M. TERENTI VARRONIS

DE

LINGUA LATINA

LIBRORUM QUAE SUPERSUNT

EMENDATA ET ANNOTATA

A

CAROLO ODOFREDO MUELLERO

ANNO MDCCCXXXIII.

VENEUNT LIPSIAE,

IN LIBRARIA WEIDMANNIANA.

PRAEFATIO EDITORIS.

Inter criticos constat, classicorum quos vocant scriptorum nullum afflictiore conditione ad nostram aetatem pervenisse, quam Varronis de Lingua Latina ad Ciceronem libros. Huius rei in causas dum inquiro, adductus sum in opinionem, iam natalitium sidus grave fuisse his libris, vel, ut apertius loquar, iam tum cum primum in publicum prodirent, aliquam partem vitiorum eos secum tulisse, quibus nunc frustra remedia quaerimus. Itaque criticam horum librorum historiam, quam in hoc prooemio enarrabo, ab eo ipso tempore ordiar, quo illi a Varrone scripti sunt.

M. Terentium Varronem, scimus, cum Pompeianas partes et in Hispania et in Graecia strenue defendisset, post pugnam Pharsalicam, anno ab U. c. DCCVI commissam, a Caesare in gratiam receptum rediisse in patriam, atque in recessu villarum delitescentem quasi renovato studio literis totum incubuisse: pro republica tam securi animi, ut, Cicerone teste (ad famil. IX, 6.), in perturbatissima etiamtum civitate prope solus in portu esse videretur. Ac statim post reditum de lingua Latina scribendi consilium ab eo initum esse, intelligitur ex epistola eiusdem Ciceronis (ad Atticum XIII, 12.) anno ab U. c. DCCIX scripta, in qua ille Varronem, queritur, iamdudum sibi magnam et gravem προςφώνησιν denunciasse: biennium autem praeteriisse, cum ille *Καλλιππίδης* assiduo cursu cubitum nullum processisset. Cicero autem cum se iam parasset, ut ad id quod ille misisset, antidoron referret *αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λωΐον*, si fieri posset: nunc consilio mutato, praevertere eum hoc genere appellationis, eoque ipso excitare voluit ut cursum maturaret. Quod cum sibi proposuisset, transtulit ad M. Terentium Academicos libros, aliorum antea honori destinatos, ita ut eos non solum illi inscriberet, sed etiam ipsum in iis loquentem induceret. Qui Ciceronianus Varro in prooemio primi libri (Academ. poster. I, 1, 2.), cum etiam Atticus, quod illius Musae diutius silerent, conquestus esset, nec tamen illum cessare,

sed celare quae scriberet, existimare se addidisset: *Minime vero*, respondet; *intemperantis enim arbitror esse scribere quod occultare velis: sed habeo opus magnum in manibus, quod iam pridem ad hunc ipsum* (Ciceronem dicit) *quaedam institui, quae et sunt magna sane et limantur a me politius.* Haec verba, quae, quanquam nuper tentata a Guilelmo Rein (Quaestiones Tullianae p. 29.), sic ut posui sana et omni mendo libera esse censeo, ostendunt, libros de Lingua Latina inchoatos quidem tum fuisse a Varrone, sed nondum de manibus depositos (ut dicitur Acad. post. I, 1, 3.) et ne partem quidem eorum etiamtum ad Ciceronem transmissam. Quocirca etiam in epistola, una cum Academicis quattuor libris ad Varronem missa (ad famil. IX, 8.), Cicero se teneri non potuisse, profitetur, quominus ipse studiorum suorum coniunctionem declararet, cum Varro *tardius faceret*, id est ex Ciceronis interpretatione, *diligentius*.

Non discrepant ab his, quae ex Ciceronis literis colliguntur, eae temporum notationes, quae ex ipsis Varronis de Lingua Latina libris confici possunt. Nam quod in quinto horum librorum (§. 100.) legitur, camelopardalin nuper Alexandrea adductam, id Varro scribere non poterat ante annum ab U. c. DCCVII, quo Caesar post Pharnacen devictum Romam reversus Circensibus ludis primus hoc spectaculum Romanis proposuit. Proximo anno, a. U. c. DCCVIII qui confusionis dicitur, cum fasti a Caesare emendarentur, Varronem intelligitur sextum ex libris suis perscriptum quidem jam habuisse, sed retractasse tamen postea, et quaedam ad novas fastorum rationes exegisse, alia autem quae cum his non concinunt, incorrecta reliquisse. Nam Saturnalia et Opalia iis diebus a Varrone (VI, 22.) memorari, quibus Caesar eas ferias tribuerat, apertum est, et observatum iam a Popma (p. 129. ed. Bipont.): contra, quod scriptor (VI, 13.) dicit, cum intercaletur, ultimos quinque dies Februario mensi demi, id non convenit fastis Iulianis, quibus bissexto intercalato inferiores dies Februario non demuntur, sed unus potius dies ei mensi additur; at convenit antiquiori consuetudini, ex qua ante quinque illos dies Mercedonius mensis intercalabatur, et huic dies, quibus Februarius deminutus erat, in fine adiiciebantur. Alio loco (VI, 88.) conieci, viros sacris Apollinaribus faciundis et libris Sibyllinis inspiciendis constitutos, qui in codicibus Varronis XII viri scribuntur, XVI viros a scriptore dictos esse, cum Caesarem constet anno ab U. c. DCCVII quindecimviris, qui antea fuerant, sextum decimum addidisse. At poterat sane etiam eo tempore, quo numerus ad sedecim creverat, ut postea ab omnibus factum esse videmus, quindecimvirum nomen reti-

neri; neque ex ea re quidquam colligi potest, quod non aliunde certius et liquidius appareret. Neque quidquam efficitur ex numero DCC annorum, quot inter suam aetatem et Numam Pompilium intercessisse scribit Varro (VII, 3.); cum non cavillari debeamus, etiamsi scriptor in numero explendo paullo liberaliorem se praestitit.

Sic Ciceronis et ipsius Varronis consensu certissime comprobatum est, annis ab U. c. DCCVIII et DCCIX scriptorem in his libris elaborandis operae non pepercisse. Nunc quaestio instituenda, duobusne qui secuntur annis, DCCX et DCCXI, Varro libros hos absolverit et ad Ciceronem miserit. Quod, si quidem hi libri ad Ciceronem omnino missi sunt, necessarium est, nam sub finem a. DCCXI Ciceronem diem obiisse constat. Mortuo autem Ciceroni hos libros inscriptos esse non credibile, cum saepius (V, 1. VI, 97. VII, 109. 110.) illum vivum alloquatur Varro, et se illi missurum esse hos libros profiteatur (nam quod eos se ad illum *misisse* dicit, in eo verbum perfectum proinde, atque in epistolis solet, intelligendum est), et Ciceroni inscribi non potuerint libri, nisi qui vivo destinati erant. Vivo autem si missi sunt, confitendum erit, Varronem ingens opus citius absolvisse, quam ab homine illo, promptissimo ad scribendum sed cunctantiore ad edendum, exspectari poterat. Nam anno DCCIX ne tres quidem priores libros, qui Septimio inscripti erant, et primum omnium, qui cui destinatus fuerit, incertum est, in publicum ediderat (qui si editi fuissent, Atticus illum celare velle quae moliretur, dicere non poterat); num credibile, proximo biennio non hos solum libros, sed alios viginti a Varrone simul uno partu profusos esse? Atque Varronem viginti quattuor de Lingua Latina libros composuisse, omnesque a quinto inde ad quartum et vigesimum usque ad Ciceronem inscriptos fuisse, Grammaticorum testimoniis certiores facti sumus. Tantam quidem librorum molem sibi parari si Cicero rescivisset: repressisset, credo, etiam morae impatientiam, nimis prurientem illam in gloriolam, qua se salutatione doctissimi Romanorum ornatum iri exspectaverat. At ne mireris, quod hac mea opinione ignorasse fingatur Tullius, quid amicissimus ipsi Terentius moliretur: id non magis mirum est, quam quod eo tempore, quo Academica posteriora conscribebat, quam philosophandi rationem ille potissimum probaret, non ex illius ore acceperat, sed coniectando tantum assequi studebat. Et fefellit eum coniectura, nam cum putaret illum Antiochi Academici philosophandi genere maxime delectari (ut scribit ad Atticum XIII, 19. et similiter ad famil. IX, 8.), atque ei propterea huius Antiochi, qui e nova in veterem Academiam remigraverat,

partes defendendas tribuisset: ex ipsis his de Lingua Latina libris intelligitur, Varronem eodem tempore Stoae addictissimum fuisse, ex qua derivata sunt, quaecunque de mundo, de anima, de diis placita largiore manu, quam a grammatico exspectaveris, in his libris dispersa inveniuntur. Itaque Cicero non sensisse videtur, Varronem a vetere Academia, quam Antiochus instauraverat, ad Zenonem (quem etiam Aelius, Varronis magister, secutus fuerat, teste Cicerone in Bruto 56, 206.) transiisse eodem fere tempore, quo ipse novae Academiae, quam Arcesilaus inchoaverat, in castra discesserat. Omnino Varronem Cicero magis propter doctrinae famam et studiorum quandam communionem suspexisse, quam commode et familiariter eo usus esse videtur: tam cautus et offensarum pavidus in epistolis agit cum homine, cuius ingenium, ex Sabina austeritate colorem quendam retinens, acre quidem et subtile, ieiunius tamen et minus mobile, mirum quantum abhorrebat a Tullii animo mollius composito et impotentius aestuante et, ut assolent id genus ingenia, ubi commovebatur, in magnam et sententiarum et verborum ubertatem exundante.

Sed haec scripsi non aliam ob causam, nisi ut tela praeverterem, quae forte diversa a parte venire possent. Nunc redeo in viam, in qua iam progrediendo eo perventum est, ut minus probabile appareat, Varronem, qui anno DCCIX nullum dum ex libris de L. L. edidisset, proximo biennio in omnibus XXIV libris perficiendis et politius limandis sibi satisfecisse. Hoc minus probabile esse intelleximus; at illud plane incredibile, post annum DCCXI a Varrone haec scripta in publicum edita esse. Quid igitur restat? Nonne hoc unum, ut eos libros a Varrone editos esse omnino negemus? At sic, dum minus probabilia vitamus, incurrimus in sententiam specie longe perversissimam atque etiam ridiculam, non editos esse libros, quos etiamnunc manibus tenemus.

His ex angustiis effugium, quod nobis iam undique praeclusisse videbamur, praebet historia anni illius reipublicae liberae fatalis,

Quo cecidit fato consul uterque pari.

Hoc cum Pompeianarum maxime partium reliquiae, quibus Divus Iulius pepercerat, et quidquid inter Romanos libertatis tenacius esse videbatur, proscriptionibus saevissime vexaretur: etiam M. Terentium Varronem, hunc ipsum nostrum Romanae doctrinae principem, sicut Ciceronem, proscriptum esse, sed feliciorem illo instantem mortem latebris vitavisse, testatur Appianus (B. C. IV, 47.): cuius de fide in ea re cur dubitaret Schneiderus p. 238., nihil fuisse quominus dicam, non prohibeor carissima mihi venerabilis senis memoria. Verum

enim vero confirmatur Appiani testimonium ipsius Varronis indicio (apud Gellium III, 10.), qui in primo Hebdomadum libro, quem septuagesimum octavum vitae annum ingressus, id est anno ab U. c. fere DCCXV, scripsit, ad eum diem CCCCLXXXX libros se composuisse profitebatur: *ex quibus aliquammultos, cum proscriptus esset, direptis bibliothecis suis non comparuisse.* Iam quid apertius, quid certe cogitatu proclivius, quam libros de Lingua Latina, etiamtum in scriniis Varronis reconditos, hoc tempore protractos, et ab homine literarum amantiore exceptos, et, ne penitus perirent, qua forma et specie erant, librariis permissos, transscriptos, in publicum editos esse? Sic si mecum statuis, a Varrone hi libri editi sunt et non editi, ad Ciceronem autem scripti et non scripti.

Hactenus disputavi ex probabilibus: nunc demonstrare studebo, ipsam horum librorum formam esse eam, ut appareat, accelerato et quasi immaturo partu eos editos esse. Non insistam quidem in ea re verbis Varronis Ciceroniani, *politius* haec a se *limari*: at notabo tamen, de Re Rustica libros multo magis politam et elegantius elaboratam speciem offerre, quam de Lingua Latina non modo singulos locos, sed universum opus. Sed ex ipsis his libris documenta protraham laboris nondum absoluti; eaque, cum numero multa sint, in classes quasdam digeram, levioribus praemissis, scilicet *ut roret antequam pluat.*

Varro de iisdem rebus eadem dicit diversis locis. Sic vocabulum iubar iisdem poëtarum versibus adductis bis explicat, VI, 6. VII, 76. Canis, quod canat, ut signa canunt, dictus esse traditur V, 92. et VII, 32. Merces explicatur V, 44 et 178. non sine levi discrimine; itaque hoc exemplum iam proximis accenseri poterit.

Varro de iisdem rebus diversa tradit diversis locis. Sic V, 71. lympham ab aquae lapsu lubrico dictam scribit, VII, 87. a Nympha. Gravius est alterum exemplum, quod VI, 52. vaticinari a vesana mente dictum statuit, idque post, cum de poëtis dicendum sit, id est septimo libro qui est de poëticis vocabulis, explicatius se scripturum pollicetur; hoc autem libro (VII, 36.) vates a versibus viendis dictos esse memorat, idque de poëmatis cum scribat, id est singulari de poësi opere, se ostensurum esse promittit. Itaque non solum sententiam suam de etymo v. vatis, sed etiam consilium suum de argumento tractando inter scribendum mutaverat; atque, quominus quae prius scripserat, ut debebat, retractaret, prohibitus est.

Varro alia correxit, alia quae cum illis intime cohaerent, non correcta reliquit. Exemplo sunt fasti Caesaris,

quos iam ostensum est, contra antiquum usum observari VI, 22, non observari VI, 13.

Varro, cum libros suos passim sed obiter et festinantius retractaret, nonnulla addidit, quae cum prius scriptis arte committere et commissuras tereti digito laevigare omisit. Sic VII, 60. a Varrone primum scriptum erat: *In Mercatore: non tibi istuc magis dividiae 'st quam mihi hodie fuit; dividia ab dividendo dicta, quod divisio distractio est doloris; itaque* **idem** (id est Plautus) *in Curculione ait.* Postea post versum ex Mercatore adscripsit: *Hoc itidem et in Corollaria Naevius*, quo tum nexus versus et explicationis interrumpitur, tum pronomen idem a Plautino versu divellitur, tanquam ad Naevium referendum esset: quam iuncturam misere hiare quis diffiteri possit? Eiusdemmodi exemplum est VII, 54.

Varro libri sui margini multa adscripserat, postea ipse ea non sine mutatione verborum cum sententiis ante scriptis vincturus, quae deinde imperiti librarii, qui ne multa indiligentius efferrent, ille iam inter scribendum metuerat (VIII, 51.), quoquo modo poterant, ordini verborum inferserunt. Sic locum de amphibiis V, 78., qui in omnibus libris legitur, nego, ullo modo a Varrone scribi potuisse, nisi forte sic:

Sunt etiam animalia in aqua quae in terram interdum exeant, alia Graecis vocabulis, ut polypus, hippopotamios, crocodilos, alia Latinis, ut rana, anas, mergus; e quis rana a sua dicta voce, anas a nando etc.	*a quo Graeci ea quae in aqua et terra possunt vivere vocant ἀμφίβια.*

Nunc cum librarii ea verba, quae dextra parte adscripsi, ante vv. *e quis* interseruerint, omnis sententiarum nexus quasi dirumpitur; sed excusabis tamen illos, si observaveris, etiam post *interdum exeant* posita illa verba orationis tenori officere. At fortasse haec verba, dices, glossema redolere: quanquam me iudice alienam speciem habent a glossematis, quae in libris scriptis melioris notae agnoscuntur, omnibus. Alterum igitur ponam locum (X, 5.), quem cum in annotando demonstraverim sic ut in libris habetur stare non posse, hic nulla mora interposita formam eius subiiciam, qua in codice ipsius Varronis manu scripto eum extitisse arbitror:

Sunt qui tris naturas rerum putant esse simile, dissimile, neutrum, quod alias vocent non simile, alias non dissimile: simile esse et dissimile, si videatur esse	*Sed quamvis tria sint simile,*

ut dixi, neutrum, si in neutram partem praeponderet, ut, si duae res, quae conferuntur, vicenas habent partes, et in his denas habeant easdem, denas alias ad similitudinem et dissimilitudinem aeque animadvertendas. Hanc naturam plerique subiiciunt sub dissimilitudinis nomen. Quare quoniam fit, ut potius de vocabulo quam de re controversia esse videatur, etc.

dissimile, neutrum, tamen potest dividi etiam in duas partes sic, quodcunque conferas, aut simile esse, aut non esse.

Verba quae margini adscripsi, a Varrone non possunt alio consilio apposita esse, nisi ut sententiae: *Hanc naturam plerique subiiciunt sub dissimilitudinis nomen*, locum occuparent: quippe quae ad argumentorum connexionem infirmior videri posset. Librarii autem, cum id non intelligerent, eam paulo superiore loco inferserunt, et sic universum locum plane pessumdederunt. Etiam graviore vulnere afflicta est ea sexti libri pars, qua de mentis agitationibus animique affectibus dicitur. In qua cum vocabula, quorum etyma aperiuntur, in libris sic disposita invenirentur: cogitare, consilium, reminisci, comminisci, eminisci, meminisse, m e t u e r e, t r e m o r, curare, recordare, velle, lubere, metuere, m e m i n i s s e, m o n e r e, maerere, laetari; atque hic ordo non solum humani ingenii actionum naturalem ordinem mire conturbet, sed etiam, quae de eodem vocabulo dicenda erant, intolerabili modo divellat: non poteram non luxatis membris iuncturam suam sic reddere, ut ordo fieret hic: cogitare, consilium, reminisci, comminisci, eminisci, meminisse, m e m i n i s s e, m o n e r e, curare, recordare, velle, lubere, metuere, m e t u e r e, t r e m o r, maerere, laetari. Itaque eo, quod locorum de v. memini et de v. metuo dimidiae partes suo loco motae, et alterna vice inter se permutatae essent, quod aberrante ab altera in alteram paginam librarii oculo fieri potuisse non incredibile est, harum turbarum causa intelligi et effectus tolli videbatur. At, ut verum fatear, non penitus tollitur sententiarum nunc connexarum discrepantia,. sed eo magis offendit, quod nunc continua oratione et uno quasi spiritu v. meminisse scriptor primum pronunciat a mente, deinde a memoria dictum esse, memoriam autem a manendo: quae sic coniuncta ab homine sano et, non dico memoria, sed oculis valente, scribi potuisse, quis asseverare audeat? Quamobrem etiam in hoc loco Varronis δεύτεραι φροντίδες agnoscendae erunt, ex quibus cum duo additamenta de etymis verborum memini et metuo provenissent, ea primum margini adscripta, postea permutatis inter se locis in verborum ordinem irrepsisse statuemus. Quod explicandi subsidium etiam loco de spondendo VI, 70.

utiliter adhiberi poterit, et loco peius affecto X, 18...20. Hoc enim loco, res ipsa clamat, divisionem casualium vocabulorum in articulos et nominatus praeponendam fuisse partitioni generum, in quae tum articuli tum nominatus dividuntur. Nunc haec ita turbata sunt, ut antequam totum distinctum sit, partes eius tractentur et dividantur. Sed etiam hac in re nobis non plane satisfecimus illa anteponendo, haec inferiore loco collocando; et insunt, quae Varronis secundas curas cum prioribus non diligenter commissas et compositas arguant. Certe quae de articulorum divisione et eorum imperfecta analogia dicuntur, ea iisdem fere verbis repetuntur §. 20., ut ea scriptor quo loco poneret incertus ex illo huc transferre voluisse videatur. Postremo commemoro locum X, 44., cuius conditionem, qua in libris habetur, ex errore librariorum Varronis archetypum primum transscribentium in annotatione satis explicuisse mihi videor.

Haec omnia quanquam ita comparata sunt, ut criticum angere et fallere possint: in plerisque tamen horum librorum partibus, si singula additītia removerimus, agnoscimus scriptorem ordine disputantem et stilum eius festinantem quidem et negligentiorem, sed non temere tamen per materiam suam decurrentem. Alia autem species est septimi libri, quae farrago potius est locorum poëticorum, quam iusta poëticae dictionis tractatio, quae ad finem quidem quodammodo perducta, sed nullomodo absoluta dici potest. Nam cum Varro poëticorum verborum explicationem eodem ordine disposuerit, quo volgaria vocabula duobus prioribus libris exposuit (v. V, 13. VI, 3. 35. VII, 5.): tum in singulis argumentis componendis sibi constare volebat. Hinc, ubi de locis dicit, primum caelestia, deinde quae in terris et aqua sunt collocat; sic sibi respondent scripta V, 16...20 et VII, 6...14., atque V, 21...40 et VII, 15...23. Et ubi de iis agit, quae sunt in locis, primum dicit de immortalibus, deinde de mortalibus, ut sibi respondeant V, 57...74 et VII, 26...29, atque V, 80 sqq. et VII, 34...38. 41...46. Ubi denique tempora persequitur: eaedem fere res recurrunt, quas in priore libro tractaverat, et similia sunt inter se VI, 4...11 et VII, 72...79. Sed hisce rebus in septimo libro immiscentur non pauca, quae ab eo ordine alienissima sunt. Nam quae VII, 50. 51. posita sunt de iugula et vesperugine et supremo tempore: ea cum disputatione de temone et iubare similibusque ad diei noctisque tempora spectantibus coniungi, ideoque reiici debebant ad VII, 73-76. Ad eundem locum *aurora rutilans* ex inferiore VII, 83. retrahenda fuisse videtur. Explicatio autem vocabulorum cassabundus et carere, quae VII, 53. 54. legitur, si quid

video, ad ea pertinet, quae *adsignificant tempus*, sive ad temporalia verba, id est ad VII, 80 sqq. Iam si eas res, quas modo dixi, sustuleris, habebis in ea parte libri relictum locum de nominibus militaribus (perduellibus, latronibus, congerronibus, adscriptivis, ferentariis, rorariis) continuo ordine decurrentem eumque egregie convenientem quinti libri argumentis, sic ut inter se conferenda sint V, 87...91 et VII, 49. 52. 55...58. Hinc in argumento disponendo multos huius libri locos uncis circumductis notavi tanquam suo ordine nondum positos. Quanquam ipse ultro confiteor, ne forte hoc disputandi genus in anxiam et molestam μικρολογίαν degeneret, non nimis cavillandum esse, si scriptor in ea materia etiam tenuiore quadam similitudinis specie se duci patitur, atque licere interdum in hoc disserendi genere incertis passibus securumque, quo pedes ferant, huc illuc vagari.

Postremo ad sententiam, quam proposui, confirmandam hoc quoque animadvertendum est, scriptorem extremo libro septimo, postquam *apud poëtas* multa reliqua esse verba dixit, quorum origines aperiendae essent, vocabula explicanda petere ex unius Naevii poëmatis maximeque eius comoediis, quas in annotando demonstravi secundum literas dispositas esse. Videtur igitur Varro Naevii fabularum corpus, quas proinde ac Plauti fabulas conquisitas et compositas in scriniis habebat, percucurrisse, et quae sibi in iis prae caeteris γλωττώδη esse viderentur, in chartas coniecisse: qua in lectione etiam illa arbitror a Varrone observata et superioribus adiecta esse, quae supra VII, 60 et 54. ut incommode illata notavimus. Quae cum sic se habeant: nulla apparet causa, cur solum Naevium hoc explicationum genere illustraverit, et licebit augurari, scriptorem etiam ex Ennii et Plauti et Lucilii poëmatis similem glossematicorum verborum syllogen propositurum fuisse: nisi supervenisset tempus illud, quo ulteriores omnes curae, quae his libris impendendae erant, fatorum lege abrumpebantur.

Haec habui argumenta, quibus fidem facerem meae sententiae, Varronis de L. L. libros, quanquam ad finem usque perscriptos, nondum tamen ultimis curis expolitos fuisse, cum inscio, ut puto, et invito auctore in lucem protraherentur. Etiam sic tamen hi quattuor et viginti Varronis de L. L. libri grammaticae Latinorum doctrinae primarius fons essent, si ea forma extarent, qua ab antiquis tractabantur. Nunc explicandum qui factum sit, ut labes iis inferretur, illa qua ab origine adspersi erant, longe perniciosior.

Ne disputationis quae nunc instituenda est, consilium et finis ampliore rerum complexu minus attentum fallat:

statim ponam summa sententiarum capita, quae postea defendam et explicem. Sunt ea haec:

Omnes scripturae horum librorum fontes manant ex uno codice manuscripto.

Hic liber magna foliorum parte lacer, foliis transpositis confusus, lacunosus, corruptelisque omnis generis refertus erat, sed iis tantum, quae casu et inscitia, non consilio et emendandi studio proveniunt.

Idem liber non sine siglis sive scripturae compendiis scriptus erat literatura satis antiqua, ea forma quam postea describemus.

Quidquid non describendo ex hoc codice ad nos pervenit, nullam habet fidem antiquitatis, sed, si specie sua magis commendatur, ab hominibus antiquarum literarum non imperitis ea aetate, qua id genus studia in Italia redintegrabantur, inventum et illatum est.

Denique plerumque nihil facilius, quam scripturam ex illo codice derivatam distinguere ab his philologiae nascentis rudimentis.

In recensu codicum manuscriptorum, qui nunc primum instituendus est, incipiam a libris bonae notae, qui iam excussi et quorum scriptura enotata est. Sunt hi:

1. Florentinus (F.) sive Laurentianus codex, olim in Marciana bibliotheca asservatus. Membranaceus est, saeculoque XI scriptus esse dicitur. Variantem scripturam enotavit Petrus Victorius, cuius copiis Spengelius usus est, qui de eo libro disserit p. VI. Etiam Niebuhrius scripturam huius libri enotatam habuit, nonnullis locis aliter atque apud Victorium est. V. V, 41. 46.

2. Gothanus (G.), membranaceus, forma quadrata. Scriptura elegans, et specie antiqua, sed haud dubie saeculo demum sextodecimo imitatione expressa, quod Fr. Blumio auctore affirmo. Eidem volumini inest Asconius Pedianus. In priore quinti libri parte secunda manus interpolatorum librorum lectiones intulit; in margine etiam recentiores emendationes notatae sunt, velut *rudentisibilus* Criniti coniectura. Librum hunc bibliothecae Gothanae praefectorum benevolentia in usus meos concessum cum Spengeliano Varrone comparavit iuvenis diligentissimus, Regelius, Sem. phil. sod. Quae ex hoc codice Varronis orationi ad stabiliendam eius formam subiecta non sunt, in extremo hoc libro collocavi, etiam levissima quaeque, ut unius saltem codicis integram formam et scripturam lector sibi repraesentare posset.

3. Havniensis (H.), chartaceus. Scripturae varietas a Niebuhrio adolescente enotata ex eo libro, postea in Spengelii usum concessa est. V. Spengel. p. X.

4. Parisiensis primus (a.), in bibliotheca Regia n. 7489., chartaceus. Parisiensium librorum variantem scripturam Spengelio excerpsit V. D. Donndorf.; sed ex Spengeliana *Varietate lectionis codd. Paris.* multis locis, quid illi obtulerint, non satis liquet. Hinc scripturae inde depromptae saepe diffisus adieci: *ut videtur*, quibus locis ut codices iterum inspiciantur suadeo. V. de hoc libro Spengel. p. XI.

5. Parisiensis secundus (b.), in bibliotheca Regia n. 6142., chartaceus. Desinit in VIII, 7. p. 396. l. 8. ed. Spengel. V. Spengel. p. XIII.

6. Parisiensis tertius (c.), in bibliotheca Regia n. 7535. Fragmentum, quod tantum quintum librum usque ad §. 122. sive p. 127. l. 6. ed. Spengel. continet. V. Spengel. p. XVI.

7. Codex manuscriptus, quo Adrianus Turnebus usus est. Hic praestantissimis accensendus. Nescio, an idem hic sit atque *aureus ille Varronis liber*, quem in bibliotheca Memmiana (id est praesidis iudicii *de Mesmes*) inesse scribit Is. Vossius Epist. ad Heinsium Sylloge Burmann. T. III. p. 563.

8. Fragmentum Cassinense, quod asservatur in Monte Cassini in bibliotheca Monasterii Ord. Benedict. n. 361. (Hanc notitiam debeo Fr. Blumio). Complectitur id locum de Argeis inde a v. *Capitolium* V, 41. usque ad *trib. libris* V, 56. Scripturam inde proposuit Morgagnus. V. annot. ad V, 41.

In libris nondum collatis hi sunt, quorum notitiam quandam cum lectoribus communicare possum.

1. Vaticanus 1556. (Vat. α.), chartaceus (nisi quod fol. 1 et 135. membrana est), quadratae formae. Continent eius folia 1...134. varia lexica Latina, literis cursivis quas vocant scripta: folia 135...172. Varronem de L. L. literis uncialibus scriptum. Saeculi XIV esse videtur. Secunda manu totus interpolatus est, marginique passim parva additamenta et locorum e notis scriptoribus sumptorum indicatio adiecta. Complectitur omnia quae in aliis codd. habemus; iisdemque vitiis laborat. Scripturam variantem huius et caeterorum Vaticanorum ad VII, 1. 2. 3., sicut lacunarum notationes, exscripsit mihi V. D., qui nunc Romae de antiquis literis et monumentis egregie meret, Olaus Kellermann.

2. Vaticanus 2942. (Vat. β.) chartaceus, formae quadratae. Folia 1...74. continent Ioannis Bocatii de montibus

fluminibus lacubus funtibus nemoribus paludibus et sylvis librum; folia 81...190 b. Varronis de L. L. quae supersunt. Pluribus vitiis scatet quam Vat. α.

3. Vaticanus 3308. (Vat. γ.), chartaceus, formae octonariae. In pagina prima inscriptum est

265
Fragmenti di Varrone de L. L.
Fulv. Urs.

Erat igitur inter libros, quibus Ursinus utebatur, cujus consiliis in Varrone emendando obsecutus est Scioppius. Continent folia 1...76. binis columnis Varronis de L. L. libros inde a verbis *comitatum vocant* V, 91. usque ad ultima, quae supersunt. Consentit huius codicis scriptura plerumque cum Vat. α., ita ut ex eodem codice transscriptus esse videatur: sed etiam Vat. β. saepe cum his, ubi a reliquis discedunt, ita conspirat, ut hi tres Vaticani codicum non interpolatorum in gente propriam quandam stirpem efficiant. Sic VII, 1. omnes tres habent *rapina*, non *ruina*. Itaque qui horum codd. unum α. contulerit, omnes contulerit.

4. Guelferbytanus quoque est ex codd. non interpolatis, Florentini non dissimilis, nisi quod vitiis multo pluribus deturpatur. Interdum conspirat cum Vaticanis, sicut in initio libri VII.: *repens rapina* (cui v. suprascriptum *al. ruina*) *aperuit*. Scripturam variantem l. V. initii et l. VII, 1...14. mecum communicavit V. D. Schneidewin, etiam plura ultro pollicitans, si iis utendi tempus et otium mihi fuisset.

5. Mediolanensis, Ambrosianus, Scr. 71. Membranaceus hic, quadratae formae. Continet folia LXXVI, singula XXX versuum. *Ex libris Annib. Comeri* legitur in prima pagina. Elegantissime scriptus est, sed recentiore tempore, ex bono tamen et antiquo exemplari ut videtur. Graeca verba initio libri accurato studio depicta sunt, postea omissa et lacunis notata. Librorum nulli sunt numeri. In iis quae deficiunt notandis et scriptura magna esse videtur similitudo hujus libri et Paris. a. Haec omnia debeo admirabili Blumii mei diligentiae. Cf. Iter Italicum Supplem. p. 8.

6. Mutinensis, n. 212. Membranaceus est, quadratae formae. Magnus eius nitor, titulis rubricatis, et primis literis partim aureis, partim caeruleis. Constat ex foliis quinario numero compositis; in quoque pagellarum latere scripti sunt XXXIV versus. Insunt huic libro Cato de agricultura, Varro de R. R., et de L. L. libri, qui sexies quina folia complent. Scripturae similis elegantia atque Ambrosiani; maior vetustas. Incipit liber: *M. Ter. Varronis de ling. lat. et de disciplina originum verborum ad Ciceronem liber quartus explicit: incipit quintus. Quemadmodum*

vocabula essent imposita: quibus ex verbis insignis huius libri fides cognosci potest. Graecorum verborum loco lacunae sunt. Etiam alias multae lacunae; maiores quibus verbis indicatae sint, passim in annotatione dixi. In margine et inter versus varia scriptura saepe adiecta est, fortasse ex parte a prima scribentis manu. Haec varia scriptura ex alio codice enotata videtur, non ex ingenio correctoris: quod colligo ex iis quae Blumius enotavit. Cuius viri mihi desideratissimi nomen, magno mihi est gaudio, quod et hoc loco appellare, et in annotatione saepius cum aliis iureconsultissimorum virorum nominibus iungere licebat, qui viri, quo sunt Latinarum literarum amore, eo etiam huic Varroni insigniter profuerunt.

Horum librorum quae sit conditio et dignitas, ex his quae dixi ferme intelligitur. Aliorum tenuior extat memoria, sed etiam hanc nolui iis invidere, qui ea uti poterunt. De Memmiano obiter dixi quae rescivi. — Romae in bibliotheca Barberina n. 2160. codex Varronis de L. L. V. Blumii Iter Ital. Supplem. p. 155. — In bibliotheca Chigiana Cod. H. VII, 219. Varro de L. L. liber eleganter scriptus a. 1440. quadrata forma. Retulit Blumius. — Stuttgardiensis Varronis codex in bibl. Regia, initio XV saeculi scriptus esse dicitur. — Salmasii in manibus Varronis codex erat, ex optimis unus, ut videtur. V. ad Solinum p. 386. (547.). — Gronovius Observ. I, 1. p. 11. (12.) de loco: „*Omnes Quirites inlicium visite huc ad iudices*" haec scripsit. „Sic tres Florent. et Basil. et Vossianus Mss."

Inter hos libros, non infitior, nonnullorum, maxime Mutinensis, dum eos recenseo, denuo mihi desiderium moveri; et si Varronis de L. L. libris eam formam imprimere mihi proposuissem, quae per plura saecula mansura esset, illum diligenter collatum habere debebam. Nihilominus persuasissimum habeo, ex omnibus codicibus his collatis criticarum copiarum, quae non numero sed pondere aestimantur, augmentum tam tenue futurum, ut in hoc scriptore tot vitiis, quibus nulla a libris medela exspectari potest, oppresso vix ea sentiri possit. Quod colligo ex eorum librorum conditione, qui accuratius noti sunt, quos his literis designavi: FGHabc. Horum codicum nullus ex alio eorum descriptus est, sed, quanquam Florentino palmam non praeripio, tamen sua sibi quisque propria habet et bona et mala. Omnium communis est fons, quem plerumque accurate exprimunt. Quo factum, ut in annotatione mea sexcenties codices coniuncti opponantur volgatae, i. e. interpolatae scripturae (codd. et vg.). Id significat eam scripturam reperiri in omnibus libris FGHabc. (post V, 122. in FGHab., et post VIII, 7.

in FGHa.); idque plane idem valet ac si dixeris eam in antiquissimis illis membranis fuisse, ex quibus solis fluxit quidquid in his libris antiquitatis habet auctoritatem. Contra ubi hi inter se discrepant, partim scripturae compendia varie intellecta, partim orthographicae rationes mutatae, partim oculorum calamive varii errores in causa sunt. Quam discrepantiam ut aliquo modo illustrem, exempla ponam quaedam, in quibus antiquissimus ille liber quae habuisse videatur, litera X signabo.

1. *ut taceas eam* (X. F.) V, 57.

ut tatas eam (a.) *ut at at. scam* (bc.)

ut cataseam (G.) *ut tota seam* (H.)

2. *haec* (FGb.) scriptum *ec* ut videtur, in X. V, 112.

eae (a.) *et* (c.)

esse (ex *ee*, H.)

3. *e quo* (X.) V, 141.

ee o (F.)

esse o (H.) *et e* (G.) *eae o* (a.) om. b.

4. — *que siet* (X.) VI, 86.

que sierit (F.) *que si et* (b.)

quae si erit (G.)


quaesiverit (Ha.)

5. *sola terrae* (X. Fb.) V, 22.

sola arae (a.) *sola terum* (c.)

sola a re (G.) *sola are terrae* (H.)

In hoc ultimo exemplo Havniensis lectio conflata esse videtur ex corrupta et genuina, ita ut ex duobus libris, altero in subsidium adhibito, transcriptus esse videatur. In universum autem aestimanti plurima sumpsit Havniensis ex libro, qui Gothani simillimus erat; quo factum ut hi duo saepe consentiant, ubi a caeteris aliquantum discedunt (velut V, 34. VII, 8.). Florentinus propriae familiae caput est, cui ea, quae in interpolatis libris ex antiquiore forma relicta sunt, accensenda esse, infra demonstrabimus. Parisiensium codicum b. et c. multae sunt lectiones peculiares, pleraeque corruptissimae, nonnullae autem proximae ad veram formam; etiam hi duo libri artiore inter se vinculo contineri videntur. Posthaec si quis figuram sibi proponi optaverit, qua cognatio horum librorum oculis subiiciatur: hoc habeto quasi stemma, in quo X. codices, qui non extant, significat.



Accedimus ad graviorem quaestionem, quae fuerit antiquissimi illius libri, ex quo nostri omnes transcripti sunt, forma et conditio et scriptura.

Primum, etiamsi non multum refert, iuvabit tamen cognosse, membranae, ex quibus liber ille compositus erat, quantae et quomodo iunctae fuerint. Idque intelligitur partim ex transpositione locorum, facta in quinto libro, inde a V, 23. Ubi quae in commodum legentium nunc in meo exemplari recte disposita habentur, in libris scriptis et editis omnibus sic se excipiunt:

A. *ut Sabini* (V, 32.) ..... *Septimontium* (V, 41.)
B. *demissior* (V, 23.) ..... *ab hominibus* (V, 32.)

Haec inverso ordine ponenda esse, primus viderat Georgius Bucananus, idque docuerat Turnebum (Adversar. XX, 29. Commentar. p. 18.). Nunc observes velim, ea quae litera A signavi, circiter MMCCCC literas continere, quae B designat, MMD.: inter quos numeros quae est discrepantia, praesertim si liber non sine siglis scriptus erat, nullius momenti habenda erit. Uterque igitur locus, ne dubites, eodem spatio, id est uno folio continebatur, quod cum altero connexum erat; atque in ligando codice et complicandis pagellis, foliis his duobus inverso ordine collocatis, confusio illa orta est. Ante hunc locum confusionis libri quinti literae exputantur circiter MMMMMMMCCCC, id est ter MMCCCCLXVI. Facile in-

telligitur, haec in tribus foliis scripta fuisse, quae cum quarto illo unum efficiebant quaternionem. Itaque foliorum ordo, qui in antiquissimo codice obtinebat, hac figura repraesentari poterit, in qua folia inter se nexa per A et B, eiusdem folii exterius et interius latus per 1 et 2 significamus.

I.	II.	III.	IV.	IV.	III.	II.	I.
A.	A.	A.	B.	A.	B.	B.	B.
1.2.	1.2.	1.2.	1.2.	1.2.	1.2.	1.2.	1.2.

Rationes, quas iniimus, consolidantur notatione lacunarum decimi libri, quam ex bonis codicibus acceptam tenemus. Nam X, 24. legitur in his: *hic desunt tria folia in exemplari*, et X, 34. iterum: *hic desunt tria folia*. Quae media inter has lacunas relicta sunt, constant circiter MMMMCXXXX literis, quo numero duo folia expleri poterant, si paulo laxioribus versibus vel parciore notarum usu perscripta erant. Sic intelligitur, ex quaternione periisse tria exteriora folia, relictum fuisse medium unum, hac figura:

(I.	II.	III.)	IV.	IV.	(III.	II.	I.)
(A.	A.	A.)	A.	B.	(B.	B.	B.)

Denique, ut omnia inter se concinant, quae decimi libri pars post alteram trium foliorum lacunam est, literas habet circiter septiesdecies mille; complebant igitur integrum quaternionem, cuius quodque folium erat literarum MMC. Ex hac quaternionum ratione explicatum etiam est quod initio septimi libri aliorum codicum scribae unum folium, aliorum novem cartas excidisse putarunt: hi praeter folium quod desiderabatur, totum quaternionem intercidisse opinabantur. Atque quod de pagellarum spatio hac computatione certiores facti sumus, nescio an aliquid facere possit ad lacunas animadvertendas, cum, si folium lacerum erat, hinc duas lacunas eiusdem spatii, pagellae dimidiae intervallo inter se disiunctas, oriri necesse esset. Exempla tamen, quae huc pertinere possent, non satis certa videbantur.

Lacunae, quod vitiorum genus omnium maxime hos libros deturpavit, ex parte sunt maiores, quibus tota, nec raro etiam plura folia absumpta sunt. Quot folia deessent, librarii ex quaternionum ratione, de qua diximus, intelligere poterant. Sic V, 162. notantur duo folia deesse, VII, 1. unum vel novem cum dimidio, VII, 23. unum, VII, 26. decem lineae (ubi in scribendis obscuris Saliorum verbis scriba antiquissimi codicis defecisse videtur), VIII, 84. quattuor folia, X, 23. et 35. tria folia. Ubicunque ex antiquissimo codice defectus notatus est, additus etiam est numerus foliorum vel versuum, quot desiderarentur: postea ab interpolatoribus saepe additum est: *Quaedam desunt*, et barbaro

vocabili usu: *Parum deest;* coniectura ex nexu sententiarum capta, quam interdum etiam fefellisse illos, unum ex pluribus exemplum est VIII, 10. Nihilominus etiam ii libri, qui antiquum codicem religiosius reddunt, lacunas permagnas quasdam sine notatione transmiserunt: quod factum esse post VI, 78. et 85. atque post IX, 48. et 70., in annotatione demonstravi. Mirum accidit, quod pluribus locis, quibus magna disputationis pars desideratur, pauca verba relicta sunt, quae utrimque omni nexu soluta, velut de naufragio tabulae, in gurgite vasto natant. Huiusmodi sunt verba: *nam manu asserere dicit* VI, 64., quanquam illo loco non multa absumpta sunt; eiusdemmodi dicta de manupretio et mancipio VI, 85., et de acquirendo VI, 79.; quae non modo nexu soluta, sed ne suo quidem loco reposita intelliget, qui argumenti dispositionem consideraverit, cum ex inferiore quadam lacuna, quae post VI, 85. indicata est, servata ea esse appareat. Atque ne geminum eius rei exemplum requiramus, locum de gladiatorum cognominibus, IX, 71. non ex ea lacuna, cui quasi imminet, sed ex superiore, ad IX, 48. notata, relictum esse, iisdem rationibus ostendi potest. Tertium, sed minus apertum exemplum reperitur IX, 75. Ex quo colligitur, ex ruina multorum foliorum lacinias quasdam superfuisse, in quibus scripta, ne perirent, ab eo librario, qui has reliquias resarcinavit, quo loco ei videbatur, reposita sunt.

Multo crebrius orationis tenor interrumpitur minoribus lacunis, per omnes libros dispersis. Quarum pars ex eadem vetusti codicis miserabili conditione ortae esse videntur, qua maxime in summis et extremis pagellis totos saepe versus absumptos esse credibile est. In hoc numero habere possis lacunas totorum versuum, quas explere studui V, 59. VI, 4. 51., et unius vel duorum vocabulorum VII, 2. VIII, 10. Sed multo saepius scribis sua ipsorum oscitantia fraudi erat, ut, cum post breve spatium idem vocabulum recurreret, oculis ab altero ad alterum transsilirent et, quae media erant, praeterirent. Hoc per homoeoteleuta errorum genus qui rarius in codicibus inveniri et cautissime adhibendum esse monent: nae illos Varronis libri, quantam id in scriptoribus antiquis vastitatem facere potuerit feceritque, optime docere poterunt. Hoc quam verum sit, agnoscetur statim, si comparabitur locus VI, 59. cum eodem apud Gellium, qui scriptor Varronis libro nostris multo meliore usus est. Maxima autem detrimenta hoc vitiorum genere accepit liber septimus; ubi cum post versum, in quo obscurius aliquod vocabulum inest, idem vocabulum eadem forma recurrere soleat, velut in hoc exemplo (VII, 57.): *nam illum tibi ferentarium esse amicum inventum intelligo: ferentarium a ferendo:*

multis locis verba, quae media sunt, exciderunt, sicut haec ipsa: *esse amicum inventum intelligo: ferentarium.* V. etiam VII, 43. 87. 98. 105. atque eodem libro VII, 21. 23. 26. 33. 70. 106., quibus locis singula vocabula, quae bis poni debebant, semel tantum scripta extant. Eadem autem medicina tam multis locis certam et indubitatam salutem affert, ut desperatissimis quibusque eam admovere, non inconsultum putaverim. V. V, 6. 50. 165. VI, 38. VIII, 21. 56. IX, 3. 6. 59. 88. Qua in re, qui probabile illud, quod similium exemplorum numero et consuetudinis observatione efficitur, ponderare didicerit, fatebitur, puto, prae illo etiam id quod in emendando facilius videri possit, saepe nos aspernari debere. Sic IX, 47. ubi in libris est: *dico non dissimilitudines quoque sequi*, faciliorem, quam vocant, correctionem esse non nego: *dico nos similitudines quoque sequi*; probabiliorem autem multo, affirmo: *dico non dissimilitudines solum nos, sed similitudines quoque sequi.* Saepe etiam, ubi simili specie vocabula secuntur, eodem errorum genere prius omissum et restituendum est, ut *latum* ante *Latini* V, 122., *si* ante *sic* IX, 18., et multa eiusdemmodi, quibus etiam annumerari potest *casinea messes* ortum ex: *casina sine amet*, VII, 106.

Ut a versibus et vocabulis omissis ad syllabas et literas veniam: miratus sum, quod tot locis verborum, maxime nominum, quae ut ignota non poterant facile expleri, primae syllabae in libris desiderantur. Sic V, 43. *infumam* in codicibus est *funam*, *fimam* vel similiter; idemque vitium Gothanus codex habet etiam V, 75. V, 58. loco v. *Samothracum* in Havniensi est *motrachum*, et postea *Samothracia* in omnibus codicibus est *abrhacia* vel similiter. V, 65. correxi *patet*, ubi in codicibus *et* legitur. V, 85. *Neapoli* a Varrone scriptum est, in libris *apoli.* V, 112. pro *magmentaria* in libris legitur *mentarea.* VI, 25. restitui *Compitalibus* ex scriptura codicum *ut alibi.* VIII, 76. *est* loco v. *deest*, et *sint* pro *desint* in codicibus est. Multo rarius huiusmodi defectus notantur tum in mediis vocabulis, velut *pertendo* pro *pertendendo* V, 2., et *frequenti* pro *frequentati* V, 107., quorum vitiorum causae apparent; tum in extremis, velut *conca* pro *concavo* VII, 7. et *item* pro *templa* VII, 8. Unde suspicor illius erroris in initio vocabulorum propriam quandam fuisse causam, quae nescio an fuerit mos in antiquissimis libris manuscriptis, ut in Gaii institutionum palimpsesto, observatus, non verba tantum, sed etiam syllabas, si in summa pagina primae collocantur, maiore litera inchoandi. (V. Koppius de codice Gaii. *Zeitschr. für gesch. RW.* T. IV. p. 473 sqq.) Certe si in extrema pagina *ne* et in proxima summo loco *Apoli* scriptum est: facili errore hae

syllabae pro integro nomine accipi poterant. Denique literas singulas, breviter monendum, omitti maxime in initio vocabulorum propter eandem literam in fine proximi positam. Sic VI, 90. quod pro *circum moeros* scriptum fuit *circum oeros*, unde factum *aaras* et *aras*, et *accusavit rogum* pro *accusavit Trogum*: larga inde errorum seges pullulavit.

Post ea quae in libris praeterita sunt, tractabo locum de additamentis quibusdam, quibus iam antiquissimum illum librum depravatum fuisse, ex omnibus iis intelligitur, qui inde transcripti sunt. Hoc genus vitia multo saepius voluntate scribentium, quam casu oriuntur, sed interdum tamen etiam casu proveniunt: velut si librarius oculis ad simile vocabulum in superioribus recurrentibus, ut eadem verba bis scribat, inducitur, sicut praecurrens visus facit ut media omittat. Quae cum frequentissima sit vitiorum causa: illud quoque consentaneum interdum factum esse, atque invenitur in his locis VIII, 38. IX, 3. 45. (qui locus hoc vitiorum genere plurifariam corruptus erat), et in singulis codicibus etiam saepius, ut in Gothano VIII, 7. Aliud genus additamentorum, quod criticis satis notum neque a Varronis libris alienum est, originem trahit a duplici lectione, in unam ita confusa, ut eadem notio bis recurret: cuius generis vitia removere studui VIII, 57. IX, 58. Sed etiam a culpa glossematum explicationis vel correctionis causa adiectorum in quibusdam locis liberari non poterunt ii libri, qui caeterum ab interpolandi studio alieni, ea quae scripta erant, simplici fide reddiderunt: unde intelligitur, insiticia illa, quae pauca sunt, iam fuisse in antiquissimo illo codice. Id genus glossemata reperiuntur his locis, quorum partem Spengelius iam indicaverat, V, 59. VI, 69. VII, 17. VIII, 17. 77., quibuscum conferantur similes VI, 25. 83. et anceps illa quaestio de Cornelio Stilone V, 148. atque v. *fastidium* pro cupedine subiectum V, 146. Veruntamen haec pauca emblemata toto caelo differunt a continuo illo explicandi, emendandi, explendi studio, quod postea Varronis libri perpessi sunt.

Locorum transpositorum duas causas iam memoravimus, alteram Varronis ipsius curas secundas, alteram fragmenta ex vasto illo horum librorum naufragio singulari fato servata, et a librariis, harum reliquiarum sospitatoribus, non iusto loco reposita. Praeter haec transpositionum genera, minores quasdam indagasse mihi videor: V, 44. 73. 100. 141. IX, 68. X, 72., quibus commutatum quidem esse verborum ordinem, apertum videtur, quare id factum sit, non aeque apparet.

Ut autem, antiquus ille codex qua fuerit conditione, penitus perspiceretur: scire opus esset, quo literarum genere scriptus fuerit. Ac Niebuhrii reperio fuisse sententiam, ab

eo in scriptis minoribus collectis p. 260. obiter indicatam: multa vitia cum in Ciceronis orationibus, tum in Varronis de L. L. libris ex usu Langobardicarum literarum orta esse. Cuius iudicii quae sint documenta, doleo quod a viro immortalis memoriae exquirere iam non concessum est. Nunc satis habeo notare, literarum commutationes, quae in libris nostris saepissime reperiantur, esse inter *t* et *c*, etiam inter *t* et *l*, inter *c* et *g* (ut *lugere* pro *lucere* VI, 79.), inter *l* et *i* atque *t* et *i* (sic IX, 16. *statim* restitui ex *si enim*), inter *n* et *u*, inter *m* et *in* vel *iu*, atque *nu* et *mi*, inter *ae* et *e*, inter *a* et *u* (unde multa indicativi et coniunctivi confusio), inter *ii* et *u*, inter *b* et *u*. De caeteris plura dicere cum supervacaneum habeam: ultimum quod posui aliquot demonstrabo exemplis; in quibus ut in sequentibus omnibus scripturam a me receptam recta, codicum vel omnium vel plurimorum certe inclinata literarum forma indicabo.

VII, 2.	servavit	—	*servabit*
IX, 89.	significabit	—	*significavit*
VII, 63.	vibices	—	*vivices*
VII, 67.	bovis	—	*vobis*
VIII, 81.	Arvernus	—	*arbernus.*

Hinc firmatur correctio, quam adhibui Plautino versui VII, 67.

obscoena viscera — *obscoenabis cera.*

Literas in antiquissimo codice in initio et fine vocabulorum quam minimis spatiis inter se disiunctas fuisse, ex magno numero eorum locorum elucet, quibus consonantes a fine verborum, quibus adhaerebant, avolsae et perperam ad proxima vocabula translatae, vel utroque loco positae sunt. Pauca ex hoc genere ponam.

VII, 34.	nuptiis camillus	—	*nuptiis scamillus*
VII, 64.	a binis obolis	—	*sabini sobolis*
VI, 37.	una sin	—	*unas in*
IX, 28.	pisces an e	—	*pisces sane*
IX, 29.	similitudine sint	—	*similitudines intra.*

Multo magis necessaria critico in his libris officium facturo est observatio vocabulorum, quae quod in antiquissimo codice notis sive siglis scripta erant, librariorum inscitia confusa sunt. Quod notarum genus ne quis a codice, qui Florentino vetustior et certe ante XI. saeculum scriptus est, alienum esse putet: libros rescriptos in auxilium appellasse sufficit eos, ex quibus Gaii Institutiones et Fragmenta Vaticana deprompta sunt. Ac si civilis prudentiae voluminum notarii compendiaria hac scribendi via magis usi sunt, quam qui eleganter eruditis classicorum scriptorum libros trans-

scribebant; etiam Varronis libri inter scripta peculiaris cuiusdam Artis sunt, quos admodum antiquo aevo compendiosius exarari coepta esse probabile fit.

Ingens multitudo est exemplorum, quibus pronomina, praecipue relativa, commutata reperiuntur, ita ut hoc vocabulorum genus criticorum ausibus nunc omnium maxime obnoxium esse videatur. Ponam exempla; in quibus si multa sunt quae ex Varronis exemplari a me correcto deprompta sunt, ne turpissimo vitio ea mihi sumere videar, quae demonstrari debent: pleraque tamen moneo in iis certissima esse et iam dudum cognita, atque ex his etiam novitiis inventis probabilitatis magnam speciem accedere.

VI, 62.	qui	—	*quod*
V, 21.	qui G.	—	*quod* FH. *quo* cett.
V, 23.	qui	—	*quae*
V, 166.	qui	—	*quam*
VI, 69.	qui idem G.	—	*quidem*
V, 28.	qui Anio	—	*quanto*
VI, 53.	quod	—	*qui*
V, 33.,	quod	—	*quos*
VII, 95.	quod et	—	*quae*
VII, 77.	quod	—	*et*
IX, 1. X, 67.	quod	—	*cum*
V, 21.	hinc quod	—	*hoc cum*
V, 24.	quod fluit	—	*quamvis*
V, 120.	quis	—	*quod his* (*iis*)
VI, 72.	quoi quis	—	*quisquis*
IX, 34.	quoique	—	*quoque* (*quaeque* G.)
X, 9.	quem	—	*quod*
V, 45.	quid	—	*quod id* b. *id quod* cett.
X, 3.	quoius quid	—	*quoiusque*
VIII, 27.	quoius	—	*quod ius*
IX, 102.	quoiusque	—	*quisque*
VIII, 50.	quam quaius	—	*quamvis*
V, 34. 116. 141. VII, 17. VIII, 31.	quo	—	*quod*
V, 5.	quo	—	*quorum*
V, 96.	quo	—	*qua*
V, 92.	quo	—	*cum*
VII, 1.	quo id	—	*quid*
V, 143.	eius quo	—	*eiusque*
VIII, 50.	qua	—	*quae*
V, 66.	qua	—	*qui*
VI, 41.	qua	—	*quia*
VII, 7.	quaqua	—	*qua quia*
X, 7.	ita quae	—	*itaque*
X, 11.	ad quae	—	*atque*
VII, 42.	quorum	—	*quod*
VII, 42. IX, 41. IX, 108.	quom	—	*quo*

V, 23. VIII, 29.	quom	—	*quod*
V, 4.	quom	—	*quem* (*quae* H.)
VI, 73.	quom quod	—	*quod cum*
IX, 31.	quom a.	—	*quam*
X, 77.	quom	—	*quoniam*
V, 65.	quoniam	—	*qua*
IX, 83.	quoniam	—	*quo* (*cum* F.)
V, 66.108.	quare (quor?)	—	*quorum*
V, 23. VIII, 46.	quoad	—	*quod*
X, 29.	quippe	—	*quare*
VI, 94.	quin	—	*quom*
V, 21.	quoque	—	*quod*
V, 33.	quoque	—	*quo sive*
VII, 4.	neque	—	*qui*
VI, 79.	que quaestor	—	*conquaestor.*

Ex his similibusque exemplis perspicitur, relativas formas plerasque iam in antiquissimo illo codice singulis fere literis notatas fuisse, ita ut ex *q. e.* (*quod et*) facile fieri posset *quae*, ex *q. is* (*quod his*) *quis*, et praecipue *quo* et *quod* et *quom* minimo inter se discrimine discreta fuisse. Eo facilius relativa pronomina tum, ubi plura continuo posita erant, omitti, tum, quod miror tamen toties factum esse, temere geminari poterant. Utriusque rei haec habeo exempla:

VI, 39.	quod quae	—	*quae*
VIII, 59.	quod	—	*quod cum*
X, 6.	quoi	—	*quin quoi*
VII, 7.	qua	—	*qua quia*
IX, 8.	quom	—	*quod cum*
V, 6.	quoiusmodi	—	*qui quoiusmodi*
IX, 30.	quoniam	—	*quoniam qua*
IX, 109.	quocirca H.	—	*quocirca quare.*

Etiam aliis locis *quod* male additum tollendum erat (V, 7. 94. VI, 43. IX, 64.) sicut *qui* IX, 43., addendum autem *quam* IX, 18. X, 41.

Succedant aliorum pronominum cognatorumque vocabulorum inter se permutatorum exempla.

V, 12.	id	—	*is*
V, 148.	id	—	*id est*
VII, 9.	idem	—	*id*
VI, 74.	idem	—	*ideo*
VII, 31.	idem est	—	*idem*
VII, 39.	id est	—	*idem* (*non item*)
VII, 15.	id est	—	*idem* GHb.
V, 90.	inde	—	*in die*
V, 97.	inde	—	*ide*
IX, 65.	inde	—	*id est*
VI, 45.	indeque	—	*in id quod*
V, 94.	inde est	—	*idem*

VII, 99.	quidem	—	*quid est* F.
V, 83.	in eo	—	*ideo*
V, 43.	illico	—	*in eo*
X, 21.	eodem	—	*eius*
VI, 13.	ei deo	—	*ideo*
VI, 21.	ita	—	*ideo*
VIII, 34.	ita esse	—	*idem* (*id est* F.)
VII, 14.	item	—	*ita*
V, 96.	hic	—	*hinc*
V, 21.	hinc	—	*hoc*
IX, 52.	huic	—	*huiusce*
VIII, 92.	his	—	*quis.*

Quod his exemplis immiscui, *id est* in varias formas mutatum, id in libris Varronis saepe per .I. significatur, unde factum est, ut etiam VII, 42. *Egeriai* in Fa. mutatum sit in *egria* .I., in GH. in *egria id est*, atque ut VIII, 67. pro nomine vocalis I in FG. legatur *id est*, quo errore G. etiam IX, 76. laborat. Pro hac nota aliam *.s.* ponit Parisiensis liber b. V, 137., quod proprium est signum v. *scilicet* (ut in H. X, 18.). Attamen *id est* etiam per *ide* vel similiter notatum fuisse, ostendit tum *idem* cum eo permixtum, tum hoc exemplum:

VI, 82. despicio — *id est spicio* FGab.

Transimus ad exempla permutatarum vocularum *et* et *est* et affinium vocabulorum.

VII, 87. VIII, 31. 37. IX, 59.	est	—	*et*
V, 140.	est	—	*ut*
V, 74.	et arae	—	*ea re*
V, 143.	urbes et	—	*urbs est*
V, 74.	Diana et	—	*Dianae*
IX, 105.	sacrificor et lavat	—	*sacrifico relavat*
VI, 52.	erit	—	*ea* F.
IX, 56.	erat	—	*et* (*etiam* H.)
VIII, 36.	feminae	—	*femina est*
V, 169.	proportione	—	*proportio est* b.
VI, 58.	enuntiare	—	*et nuntiare*
VI, 40.	ἔτυμα	—	*est TYMA*
V, 177.	esse	—	*eae* a. *hae* G.
V, 141.	e quo	—	*esse o* H. *eae o* a.
V, 112.	haec	—	*eae* a. *esse* H.
IX, 67.	e	—	*et* F. *a* GH.
VI, 69.	etiam	—	*est*
VII, 17. 83.	etiam	—	*enim.*

Apparet, *est* et *et* eadem litera *e* non multum variata, atque *esse* et *eae* eiusdem geminatione, $\overline{ee}$ et *ę*, significatum fuisse. Unde intelligitur etiam, qui factum sit, ut V, 155. *causae* et *esse* in libris varient; nimirum illud *cę* (*cae*), hoc $\overline{ee}$ scribebatur.

Adiungimus exempla permutationis particularum *ut*, *ita*, *vel*, *ubi* et similium

VII, 105. IX, 68.	ut	—	*et*
V, 109.	ut	—	*est*
VIII, 10.	ut	—	*vel*
V, 140.	ut Ha.	—	*vel* FGb.
V, 141.	uti	—	*ubi*
VI, 53.	ubi	—	*ut*
VII, 21.	ubi	—	*ibi*
V, 29.	ita	—	*ut*
X, 52.	vel	—	*ut* cett.
V, 172.	unde	—	*ut de.*

Saepe particulae enim, nam, nunc, non ita confusae sunt, ut notis eas scriptas esse appareat.

VI, 30.	enim	—	*est*
V, 12.	enim	—	*animi* (aī H.)
VII, 11.	ea enim	—	*enim*
VII, 12. 13.	Enni	—	*enim*
VI, 25.	nunc	—	*nec*
VI, 73.	nunc	—	*ne*
V, 46.	Caelio nunc	—	*Celionc* F. *Caelion* G.
VI, 13. IX, 79.	nam	—	*non*
VII, 58.	nam inde?	—	*ndo*
VII, 45.	Pomona	—	*pomorum nam*
IX, 79.	non	—	*nam*
IX, 108.	non esse	—	*nosse*
VIII, 43.	num	—	*nunc.*

Ex his particulis enim ut in Gaio *e*N cum obliqua lineola per N ducta scriptum puto; ex hoc *e*N facile *ai*, et *animi* fieri poterat. Attamen in H. VI, 19. pro *enim* scriptum est *e*, unde *die in* VI, 28. sumpsimus mutari potuisse in *die enim in*. Contra ex *Hesiona enimvero* VII, 107. in GH. factum est *esionam vero*. Nunc notatum esse per *nc* (*c* supra scriptum esse solet in Gaio, v. Goeschenii Ind. p. 458.), apparet ex iis quae proposui. Negativa particula quod una litera *n̄* significata est, inde factum, ut permultis locis omitteretur. Sic *non* addendum fuit VII, 2. VIII, 39. IX, 10. 19. 55. 59. 68. 79. X, 67. 82., multo saepius quam delendum, ut VIII, 32.

Pauca adiiciam de aliis nonnullis particulis.

VII, 105.	sed soluti	—	*dissoluti*
VII, 5.	sed ita	—	*dis*
X, 31.	sed	—	*si*
VIII, 34.	dissimilibus	—	*his similibus*
X, 1.	et saepius: similitudinem	—	*dissimilitudinem*
IX, 16.	tamen	—	*tum* F. *aut* G. *autem* a.
IX, 34.	autem G.	—	*cum* F. *aut* H.
X, 32.	ac	—	*ab*
IX, 25. 26.	ac	—	*an*

IX, 17.	melior. ac	—	*meliora*
VI, 17.	ab	—	*aut*
IX, 25.	ab	—	*ad*
VII, 95.	apud? Dorsenum	—	*ad obsenum*
V, 36.	propter	—	*per* G.
VI, 48.	per avia it	—	*pavet*
V, 18.	prius	—	*posterior.*

Quod ultimo loco positum est, inde ortum esse videtur, quod pro *prius* scriptum esse putabant *p'rius*, atque *p'*, ut in Gaio manuscripto (v. Goeschenii Ind. p. 465., opus in ea re longe utilissimum), *post* significare videbatur.

Ex siglis aliorum vocabulorum pauca notavi. Verbum sic fere *vb.* scriptum fuisse, duo exempla significare videntur, quanquam inter se diversissima.

IX, 101.	infecta verba G.	—	*infectaba* F. *infecta* cett.
VIII, 10.	quae verba	—	*quorum.*

Cf. etiam IX, 3. 109. Natura per n̄a, rationes per roes, oratores per ores, causa per ca expressum fuisse, ex his locis elicere possis.

IX, 57.	natura	—	*n̄a* H. *nam* G. cf. IX, 63.
VIII,	rationes	—	*orae*
VII, 41.	maior erat oratores	—	*maiore ratione*
X, 42.	oratione	—	*ore* G.
VIII, 48.	caeruleo	—	*causa* (*ca* b.) *ceruleo.*

Quirites, qui in Ciceronis Erfurtensi codice (teste Wundero Varr. lectt. Cod. Erfurt. p. LXI.) cum voculis *quare* et *cur* confunduntur, videntur etiam in Varroniano libro *qres* scripti fuisse: nam ubi nunc legitur

VI, 94. qui Quirites — habent codd. *qui ros.*

Cos., ita ut significet consul, scriptum reliqui VI, 88.; hinc nata in codice Erfurtensi confusio pronominis *eos* et v. *consul.* V. Wunder. p. XXXVII. PR. a librariis VI, 54. partim his siglis redditum, partim in *populum Romanum* conversum est, cum eo loco praetorem significet: eadem notarum ambiguitas est in Gaio (v. Goeschenii Ind. p. 471.), et in Ciceronis Erfurtensi codice. V. Wunder. p. XIII. Ut in Ulpiani Vaticano codice pro nostra *nra* scriptum, atque ex *nram* alias *nam* factum est (v. Lindemann. ad Pompei. p. 474.): sic Varroni reddidi:

V, 29. nostrum, ubi codd. *non.*

In fine vocabulorum modo et ut puto etiam modum per m° designatum fuisse, ex his codicum vitiis perspicere mihi visus sum:

VIII, 1.	Quom oratio FGH.	—	*quomodo ratio* ab.
IX, 114.	quoque modo	—	*quo quando* F. *quo qn̄* G.
X, 41.	quomodo	—	*quom*
VI, 60.	quom	—	*quomodo*
VIII, 16.	eiusdemmodi	—	*eiusdem*
VII, 61.	omnimodum edulium	—	*omne medulium.*

Ex volgaribus autem vocabulorum terminationibus maxime *us̄* et *bus̄* et *am̄* compendiaria via scripta errores pepererunt tales:

IX, 105.	sacrificatur	—	*sacrificaturus*
V, 25.	odor ibi	—	*odoribus*
VI, 94.	ibus	—	*ibi.* Cf. VI, 25.
VIII, 44.	natura	—	*naturam*
X, 48.	naturam	—	*natura*, et saepe.

Haec omnia proposui et exemplis illustrare studui, ut appareret, quae ferme fuerit conditio et forma eius libri, ex quo solo, si excipimus fragmenta ab aliis grammaticis scriptoribus passim servata, omnis nostra huius operis manat notitia.

Nunc ad tertiam fatorum, quibus hi libri agitati sunt, partem pervenio, ad interpolatorum studia. Quae cum iam Turnebus et Scaliger in exemplaribus Romae ab Augustino editis nonnullis locis agnovissent: nostro tempore Leonhardus Spengelius de Varrone optime meruit, quod genuinam et interpolatam orationis formam in hoc scriptore muro quodam dissepsit, qui nunquam sine summo horum librorum periculo transsiliri poterit. Ego tantum absum, ut ab hoc propugnaculo gradum retulerim, ut etiam firmius id mihi emunivisse videar: quod si quibus aliter videbitur, eos rogabo ut accuratius criseos a me exercitae leges introspiciant. Sed primum dicendum, quibus in libris extet interpola haec horum librorum forma.

1. Codex B., cuius scripturam Petrus Victorius enotavit, Spengelius proposuit.

2. Codex, ex quo Varronis de L. L. libros edidit Antonius Augustinus anno p. Chr. MDLIIII. (quod genus exemplaria Spengelius non novisse videtur; quae describit, a. MDLVII. typis expressa sunt; ex antiquioribus unum in bibliotheca Gottingensi asservatur).

Hi libri inter se simillimi interpolationem ostendunt perfectam quasi et absolutam, id est nulla verecundia cohibitam, quin, quae obscura et soloeca videbantur, ad eam orationis formam refingeret, qua interpolatores ipsi usi essent, si libros

de L. L. scripsissent. Sed facile ad credendum est, ad hunc Varronem, qui primus non stribligines et aenigmata, sed sermonem in plerisque facilem et sensus non expertem offerre videbatur, stupuisse eius aetatis homines, neque hunc quasi caelo donatum a quoquam eripi sibi passos esse. Quo factum, ut haec interpolata forma per omnes, qui sequebantur editores, Henricum Stephanum, Dionysium Gothofredum, Popmam, Bipontinos propagata sit, atque iure in nomen volgatae scriptura venerit. Sed est etiam aliud interpolatorum librorum genus, cuius ad exemplum ponendum adsunt hi libri:

3. Codex, ex quo primum hi libri a Pomponio Laeto Romae MCCCCLXXI. editi sunt.

4. Codex Lipsiensis, chartaceus, in bibliotheca Senatus asservatus, cuius partem meo nomine rogatus a Wachsmuthio V. Cel. diligenti cura contulit doctus iuvenis Jahn Kiloniensis. Hic autem liber Pomponiani tam similis est, eique exceptis minutulis quibusdam mutationibus tam presse adhaeret, ut vel ex eodem manuscripto libro, vel, quod multo probabilius est, ex ipsius Pomponii exemplari transcriptus esse videatur. Nam Pomponium codici suo non perinde mancipatum fuisse, sed etiam hinc inde ex obscuris codicis literis aucupatum esse sententias, ex ipsius testimonio discitur. Codex enim, quo utebatur, quanquam illa interpolationis labe tactus, nondum tamen penitus eam hauserat; sed medius quodammodo natabat inter eos libros, qui incorrupta fide ex antiquissimo codice descripti sunt, et Augustini illum *διεσκευασμένον*. Quod ita se habere uniuscuiusque pagellae apud Spengelium scriptura varians comparata ostendit.

Nunc ut ad ea, quae supra iam significavi, demonstranda me convertam, quod dixi, interpolatam hanc formam alii superstructam non esse fundamento, nisi codici illi antiquissimo, communi omnium librorum fonti, ita ut omnia, quae apud Laetum et Augustinum diversa reperiuntur a scriptura FGHabc., non tradita ex antiquitate sed noviciorum ingeniorum inventa habenda sint: id eiusmodi esse quisque intelligit, ut exemplis propositis plene probari non possit. Sed pro exemplis sit testimonium, etiamsi a me in mea causa prolatum infirmius videri possit: perlegisse me hos libros eo consilio, ut intelligerem, quidquamne esset in volgata, quod aliam originem manifesto argueret, sed repperisse me nihil, quod non aut ex vetusta illa bonorum librorum scriptura aut ex ingenio mediocriter docto et exercitato provenisse credibile esset. (Unum excipio locum, de quo postea dicam.) Ac vero omnis illa calamitas, qua libros melioris notae adflictos esse vidimus, communis etiam est huic librorum ge-

neri, transpositiones, lacunae, verba propter homoeoteleuta omissa. Huic fortasse opponi possit, aliquem certe esse locum, quo editio princeps et Augustini codex ex integriore archetypo sua sumpsisse videantur, initium septimi libri; ac certe, si illud initium, quod in codicibus FGHabc. deest, cum plerisque criticis a Varrone scriptum haberemus: omnis illa de interpolatione doctrina labasceret, et solum, cui innitimur, pedibus nostris subtrahi videretur; nam, si uno hoc insigni loco eius formae, quam interpolatam vocamus, auctor libris multo magis integris usus est: quo iure multis aliis locis, quibus non spernendae speciei scripturam offert, negabimus eum ex eodem fonte hausisse uberius scaturiente? At enim vero quod hic ponitur, falsum est; nam septimi libri initium aeque facticium esse, atque caetera omnia, quibus interpolatores illi volnera celare magis quam sanare studuerunt, in annotatione satis demonstratum puto. Itaque etiam quod V, 92. non sine specie veritatis additum est etymon *beati*, coniectura interpolatores supplevisse, persuasissimum habeo. Uno loco, X, 16. (hic est, quem supra iam excepi) duo vocabula *et languescit*, ab interpolatore addita esse, ut contendam animum inducere nequeo, et confiteri cogor, his saltem verbis pleniorem fuisse codicem, ex quo ed. princ. fluxit. V. etiam VI, 64.

Iam si intellectum est, codices interpolatos, antequam interpolarentur, fuisse eiusdem gentis, quam notis FGHabc. significamus: ulterius progredimur quaerentes, cuiusnam stirpis fuerint ex iis, quas supra (p. XVII.) tanquam in stemmate descripsimus. Atque omnia inter se comparanti dubium esse nequit, quin Florentinus vel codex Florentini simillimus fons fuerit et Pomponiani et Augustiniani libri. Permultis enim locis scripturae auctores ita discedunt in partes, ut hinc stent codices GHab., illinc Florentinus cum Laeto et Augustino et codice B. Sic, ut insignia quaedam afferam exempla, quae VI, 27. VII, 12. 46. VIII, 13. VIII, 26. desunt illis, non desunt his libris; contra VII, 12. in fine quaedam verba, quae omittunt hi, non omittunt illi; sic VIII, 41. *Diona et Theona* est in Florentino et interpolatis libris, *deona et atheona* in GHa., cuiusmodi multa facili negotio cumulari possunt. Sed quibusdam tamen locis interpolata scriptura nata esse non potest, nisi ex concursu alterius stirpis; certe nescio qua alia ratione explicari possit, quod X, 21. verba: *cum quo conferas*, iusto loco posita sint in F., non extent in GHa., falso loco extent in ed. princ. et vg., unde colligitur, ea in codice quodam margini adscripta et ab aliis omissa, ab aliis male illata fuisse. Atque V, 140. scriptura cod. B. *est vehiculum dictum, est ab aliis etiam*

dictum arcera facta est ex ea, quam habet G. *est vehiculum dictum est aliisve etiam dictum ab his vel arcera*, quae ex iis, quae habent FHab.: *est vehiculum dictum est aliis vel* (*ut*) *arcera* incommoda repetitione vocabulorum *dictum aliis* (unde factum *ab his*) *vel* originem ducit.

Qua materia usi sint interpolatores illi, satis dictum esse videtur: quali ipsi fabri fùerint doctrina ingenioque, non difficilius intellectu. Italos fuisse homines, renascenti antiquarum literarum studio haud leviter imbutos, a scriptorum quibus Varro uti solet, lectione non alienos, ex omni volgatae scripturae tenore intelligitur. Plautum eos ad manus habuisse, inde apparet, quod VII, 93. ex corruptis hisce: *ab regia*, recte restituerunt *abegi ab*, scilicet ex Menaechmis, nam coniectura credo eos id assequi non valuisse. Quid quod loco VII, 105., quo in libris legitur: *hoc verius esse*, Verrii Flacci, post Varronem doctissimi grammaticorum, nomen intulerunt (*hoc Verrius Flaccus esse* habet cod. B. ed. princ.); sanequam infeliciter, nam nihil ab illo loco magis alienum est. Neque hoc postea quisquam non vidit: aliis autem locis intempestiva illorum criticorum doctrina maiores turbas dedit, ut in Cornelii Galli et Aelii Stilonis, Cassiique et Accii nominibus.

Haec cum infitias ire nemo possit: mirabuntur fortasse multi, quod volgatae huius formae, quae tot locis manifesta in fraude deprehenditur, non usquequaque contemptorem me praebuerim, sed multis locis, ubi vg. et codd. sibi opponuntur, illam adsciverim, hos deseruerim; scilicet eos locos, qui etiam plures sunt, quibus volgatam scripturam repudiavi, silentio transire solitus, quippe quibus ad codices ipsos provocare praestabat. Iam quod volgatam illam non raro restitui, id feci nunquam nisi bene sciens, me non scripturam antiquitus traditam, sed a criticis hominibus excogitatam reponere. Sed in Varronis libris tam larga errorum seges, tantusque fuerat scribarum stupor, ut iam philologia nascens et cruda pueritiae rudimenta ponens permulta recte corrigere valuerit, quae nisi ab illis olim correcta essent, nunc corrigeremus. Leviter et incogitanter ageret, qui novitiis figmentis pro auctoritate antiquitatis niteretur, sed perverse et insane, qui probabilia inventa, quia interpolatorum essent, aspernaretur, et pro illorum simplicitate suorum commentorum artificia commendare laboraret.

Attuli ex historia horum librorum ea, quae ad eos emendandos maxime necessaria videbantur. Criticorum, qui in eodem opere elaborarunt, nomina et merita recensere,

tum hoc loco minus utile visum, tum post doctam operam, quam Spengelius in ea re posuit, supervacaneum. Rholandellum interpolatam Pomponii scripturam saepe ad saniorem formam meliorum codicum revocasse, Baptistam Pium et Michaelem Bentinum nonnullos locos coniectura sanasse, Adrianum Turnebum tum libro probi coloris adhibito tum egregio, quo valebat, acumine et sano iudicio omnium maximos in emendando Varrone profectus fecisse, Gasparem Scioppium, Ursini et codicibus et doctrina adiutum, multis locis ea proposuisse, quae in ordinem recipienda essent, gratus confiteor: at tamen nunc, postquam perspectum est, quibus fundamentis superstruenda sit iusta horum librorum forma, omnibus his criticis non tanquam ducibus in Arte exercenda obtemperandum, sed singulis tantum locis de lumine eorum nostrum accendendum est. Iosephum Scaligerum in hac nuncupatione consulto omisi, quanquam nonnullis locis veram eum intelligens adhibuisse medicinam: in universum tamen aestimanti huius viri praeclarum ingenium exsultavisse magis in doctrina et poetarum Latinorum Graecorumque multiplici lectione explicanda, quam ad hos Varronis libros emendandos aciem intendisse videbitur. Quid quod non raro sua ipse doctrina seductus, quae oculis subiecta et prona ad intellectum erant, e longinquo petitis postponit; veluti cum V, 153. in versu Plautino scripturae ed. princ. et Rholandelli *adventu*, quam Turnebus eodem tempore rectissime tuebatur et explicabat, alteram interpolatam *ad vectim* praefert, eamque magna doctrinae copia exornat et defendit. At vero, si hoc loco quaedam de ea re addere licet, verba: *circus noster ecce adest*, neque de palo in medio posito dici potuerant; neque eiusmodi ludum in fabula actum esse probabile: contra militem, quem caeteri ludificabant, ipsum dici circum, id profecto sapit comicos sales. Quapropter de vecti in annotatione nihil posui, cum varias criticorum opiniones exagitare mei instituti esse non posset. Post aetatem Scaligerorum quam longa fuerit horum librorum oblivio et quam diutina incuria, pluribus dicere taedet. G. D. Koeleri Literae criticae in Varronem de L. L. anno MDCCLXXXX scriptae pauca continent, quibus nunc uti possis; his paucis diligenter usus sum. Spengelius non modo princeps fuit, qui interpolatam librorum formam, ex qua dici non potest quot errores et vitia in nostros historiarum et antiquitatum grammaticaeque artis libros transfusa sint, a plerisque eorum partibus removerit; sed idem etiam ad veram formam redintegrandam non pauca acute excogitavit, quae ex lege mei instituti a verecundo annotationis recessu in lucem altioris loci tollenda erant. Qui vir cum Emendationum Varroniana-

rum Specimine I., quod scripsit Monaci a. MDCCCXXX., naviter se in eo stadio decurrere monstrasset: ipse fortasse in hoc curriculum non descendissem, nisi illum nunc aliis curis districtum esse, ex ipsius ore accepissem. Etiam Guilelmi Papii, qui Lindemanno in hac Grammaticorum operum parte absolvenda se nunc socium adiunxit, Lectiones Varronianae Berolini MDCCCXXIX editae quaedam sani iudicii exempla continent. Quem libellum cum ab ipso auctore transmissum acciperem, comperi simul, me offecisse quodammodo ipsius modestiae, quippe qui maiorum appetens rudimenta illa latere neque multam eorum mentionem haberi voluerat.

Mihi Musa Varronis subrisisse primum videbatur, cum inter studia Rerum Etruscarum, quae Argeorum recensus genuina forma fuerit et quid Varro de Tatii aris dixerit et similia quaedam intelligere coepissem: ex quo tirocinio, Romanarum rerum scientiam Varrone studiosius emendato non minus augeri posse quam incognito adhuc veteris scriptoris libro ex palimpsesto quodam codice eruto, coniectura augurabar. Qua re commotior, animique saucius, donec quid hac ratione effici posset intellexissem, bis terque in assiduam horum librorum lectionem me ingurgitabam, atque in familiaritatem hominis mei ita me insinuare conabar, ut eius et in sentiendo et in dicendo propria penitus addiscere studerem. Haec pars studiorum meorum unica est, cui aliquantum tribuerim: neque diffiteor, me propter eius gravitatem, cum in sententiis per caliginem obiectam aucupandis defixus essem, neglexisse quaedam alia, quae a me exspectari potuisse sentio. Nam ex criticorum operibus, quae Varronis emendandi pericula facta essent, cum anquirere coepissem, ut post Spengelii messem stipulam corraderem: mox intellexi, subsecivarum mearum horarum spatium infructuosius collocari non posse, atque uno die in lectitandis et pensitandis his ipsis libris transacto me multo plus proficere, quam tribus in illo negotio consumptis.

Etiam antiquitatum Romanarum denuo pervestigandarum aliis magis copiam facere, quam ipse earum rerum, quae ex Varrone emendatiore diligenter cum aliis scriptoribus collato nunc melius perspici poterunt, fructum praeripere volui. Omnino, in annotando parcior, tantum eos lectores, qui ipsi, quid Varro cogitaverit, cogitando assequi studerent, tanquam usu paulo exercitatior quidam, hic illic adiuvare volebam. Spero tamen fore, ut qui in Urbis situm et loca, vetustae Italiae superstitiones, festorum dierum rationes, Romanorum res publicas et prudentiam civilem, antiquorum poëtarum scripta, linguae denique Latinae progressum et

conditionem studiosius inquirent, etiam hac brevi annotatione nodos quosdam solutos et capita nonnulla ad ampliorem tractationem praeparata inveniant. Ex Adriani Turnebi Adversariis et eiusdem commentariis et emendationibus in libros M. V. de L. L., anno MDLXVI post patris obitum ab Odone filio editis, quibus iniquius Stephani iudicium ita nocuisse videtur ut recentiores iis rarius uterentur, atque ex Scaligeri et Popmae adnotatione utilissima quaeque deprompsi, pleraque largioribus commentariis relinquenda duxi. Neque tamen, etiamsi amplius opus condendum suscepissem, recoquenda putassem omnia: quorum maxima parte iamdudum in lexica et similes libros relata multo commodius nunc utitur natio philologorum. Omnino in hoc philologiae statu vela contrahenda et sarcinas abiiciendas censuerim, ut expeditius ad id quo omnis nostra doctrina spectat, interiorem humanae mentis scientiam, tendamus: sin pergimus, ut multi inceperunt, mercatus Lipsiensis assessores philologiaeque caupones, vereor ne quidquid altioris spiritus in pectoribus magistellorum resedit, ingenti mole superingesta plane suffocetur.

Ab exagitando Varrone, qua in re multus est Scaliger, plane abstinui: etymologia Latina alium sibi et ampliorem multo campum flagitat. Sermonem autem Varronis ex ipso hoc de L. L. opere addiscere studui, ne libris quidem de Re Rustica sic ut aequum erat comparatis, quippe quorum forma quo fundamento niteretur, non perinde cognoveram. Qua in re, si qui potius praeceptores sunt quam historiographi linguae Latinae, ii, magnopere vereor, ne me indiligentiae incusent in Varronis stilo refingendo. Mihi post fontes scripturae examinatos Varroni multa concedenda esse videbantur, quae, sic sine necessitate usurpata, a Cicerone abiudicanda essent. Quantum licuerit Varroni variare modos et tempora, ostendunt annotata ad VI, 82.; quantum in personis verbi, intelligitur ex locis huiusmodi: IX, 15. *et hi qui pueros in ludum mittunt, iidem barbatos non docebimus*; in generibus verbi, ex X, 16. *conferri non oportet ac dicere.* Non offendit in Varrone durior casuum iunctura, ut haec: IX, 7. *quae possunt dici atque illic praeterii*; neque transitus ex oratione recta in obliquam (v. annot. ad V, 34.), aut ex obliqua in rectam (cuius exemplum est IX, 43.), et, quae res apud eum cum illa coniunctissima est, ex nominativo in accusativum (v. ann. ad V, 37.), neque accusativi cum infinitivo suspensi a vv. *ut putant* (V, 23. IX, 74.). Nominatuum genera et numeri inaequali modo *πρὸς τὸ σημαινόμενον* construuntur, ut V, 88. X, 62. Structurarum confusioni accensendi erunt loci huius generis:

In haec sunt tripartita verba, quae sunt aut etc. (V, 10.). De attractionis variis generibus, de anacoluthis et ellipseos, saepe admodum durae, exemplis quae passim notata sunt, indicavi in Indice. Omnium autem maxime intellectui offecisse videtur singularis illa relativorum membrorum coacervatio et implicatio, quae Varroni mire placuisse videtur. Sic ubi scribere poterat (VII, 39.): Ab Lucanis elephantem Lucam bovem dictum putat Virgilius, ab eo quod nostri Lucanam bovem eam putassent; bovem enim maximam quadrupedem, quam habebant, vocabant, et in Lucanis Pyrrhi bello primum viderant apud hostes elephantos —, haec tali orationis ambitu comprehendere maluit: *In Virgilii commentario erat: Ab Lucanis Lucas; ab eo quod nostri, quom maximam quadrupedem, quam ipsi haberent, vocarent bovem, et in Lucanis Pyrrhi bello primum vidissent apud hostis elephantos, ... Lucanam bovem quod putabant, Lucam bovem appellassent.* Haec structura, cuius exempla multa sunt, si nimis vincta et implicata est: aliis locis apud Varronem, tanquam iunctura deficiente, hiant orationis membra, ut cum dicit (VI, 82.): *spectare dictum ab specio antiquo, quo etiam Ennius usus, ... et quod in auspiciis distributum est, qui habent spectionem, qui non habeant:* quae sic, quomodo iungenda fuerint, apparebit: quo etiam Ennius usus, et quo olim usos esse apparet, quod in auspiciis distributum est etc. Ac periodum X, 44. *Similiter in verborum declinationibus est bivium, ... quod sit primo versu .. secundo .. tertio, itaque fiunt per obliquas decl. analogiae hoc genus* etc., ita quidem accuratius iungere posses, si scriberes: *quod, si sit.., ita fiunt:* at vero illud plane Varronianum existimo, cui licuisse puto coniunctivum sumptionis (nam *sit* est: *fac ut sit*) cum ipsa particula causali iungere, idque membrum laxiore structura ei sententiae, cui subiungendum illud fuisset, praemittere. Caeterum diutius lectitanti habent etiam hi libri, quibus placeant, argutam brevitatem et gratam negligentiam: quam abesse tamen fatebimur a prooemiis librorum, quibus Varronem, sicut postea Plinium, anxiam magis curam impendisse apertum est. Horum in membris concisis, argutuleque compositis, et interdum poëtico ornatu illuminatis (v. maxime V, 5 et seqq. VII, 1 sqq.) aliquid mihi deprehendisse videor de Hegesiae rhetoris ambitioso et molesto dicendi genere (de quo Boeckhius dixit in Praef. Ind. Lectt. sem. hib. 1824.), quod Varroni nostro egregie placuisse, Ciceronem testem habemus (ad Atticum XII, 6.).

Quas in his libris orthographicas rationes custodiverim, ex his apparebit. Primum hic error mentibus, quibus forte

inhaeret, evellendus erit, eas rationes, quae in Varronis libris manuscriptis observantur, easdem esse, atque formulam scribendi ab ipso Varrone probatam. Quid quod etiam meliores codices nostri eo usque ab illa ratione desciverunt, ut nonnullae eius formae nonnisi in vitiosis locis, qui quid significarent librarii non intellexerant, emendatricem eorum manum effugere et quasi delitescere potuerint. Sic, ubi Varro *iei* scripsit, codices, uno F. excepto, habere solent *lei* (v. X, 1. 2. 5. 35.); *Argei* delituit in H. IX, 89., nimirum quod de Argis urbe dici non intelligebatur; simili errore IX, 28. *hinnulei* servatum est; *infeineiteis* a Spengelio VIII, 50. ex corruptissima codicum scriptura: *in iufei in ei teis*, feliciter enucleatum est. Cf. etiam V, 33. Et quanquam VIII, 36. *Terentiei* et *Terentieis* et X, 50. *Baebiei* et *Baebieis* in F. et aliis codicibus servatum est: iidem tamen IX, 80. cupressi et fici scribi solitum esse per EI diserte testantur, iidemque nihilominus scribunt *cupressi* et *fici*. Quae conferri velim cum Spengelii Praef. p. LXIV. LXV. Nunc si quis, Augustini exemplum probans, in nominativo multitudinis omnibus vocabulis hoc EI reddendum esse existimet, hunc ut advertat rogo, in lege de Thermensibus, Varronis aetate scripta, eodem casu et numero legi AMICEI et LEIBERI; et quis nobis adiurabit, Varronem constantiorem fuisse? Consuetudo enim loquendi, ut Varro verissime monet, est in motu, et antiqua forma, cum in quibusdam vocabulis iam obsolevit, in aliis etiamtum retineri potest. Alterum documentum, quo codicum fidem in ea re aestimare possis, praebet vocabuli usus patricus casus, *usuis* (qua forma Varronem in omnibus eiusmodi vocabulis usum esse, docet Gellius N. A. IV, 16.), servatus tantum in *naturae et suis* (IX, 4.) et *usui species* (X, 73.), semper autem mutatus in *usus*, ubi librarii, quid significaret, intelligebant. Similiter *cassuis* corruptum erat X, 62. Etiam elisionem vocalis in verbo *est*, quam Ciceronis de R. P. codex servavit, Varroni reddendam esse, monstrant quaedam vestigia, ut *eos* VI, 31. quod facilius in *eo 'st*, quam in *eo est* mutatur, et *opust* quod manifesto inest scripturae librorum VIII, 10. cf. VII, 60. Denique *siet*, quod Varronem ut Ciceronem saepe scripsisse credibile, nunquam nisi ex corrupta quadam forma restitutum est. V. VI, 86. IX, 77. 81.

In aliis rebus Varronis libri manuscripti antiquiorem formam saepe, sed non semper praestant. Ita plurimis locis in casu accusandi *parteis* et *partis*, *simileis* et *similis*, interdum etiam in nominativo *omneis* et *omnis* praebent (de quibus quae notare non inutile videbatur, indicavi in Indice); multis aliis locis nos in ea forma restituenda deserunt. Hac

autem in re num quidquam nostro arbitrio constituere audebimus, qui ex Varrone didicerimus, Romanos tum temporis pronunciasse gentis, sed mentes et dentes (VIII, 67.)? Itaque, nisi accuratioris scientiae aditum nobis ipsi praecludere velimus, abolitis iis quae non magna quidem sed aliqua tamen cum fide nobis traduntur, codicum, quos optimos habemus, quia unici sunt, vestigia presse sequenda, et obsoletior forma nunquam erit usurpanda, nisi codice quodam probae notae auctore. Quam legem ita observavi, ut, etiamsi persuasissimum habeam, Varronem in casu accusandi nonnisi *simileis* s. *similis* scripsisse (v. ann. ad VIII, 69.), consensui tamen librorum ita obtemperarem, ut non raro etiam *similes* tenerem. Patrici casus contractae formae in I exempla quaedam posui ad inscriptionem quinti libri, et reperiuntur plura, maxime in propriis nominibus (ut *Tati* V, 74. *Meli* V, 157. *Tarquini* V, 159. *Mamuri* VI, 45. *Enni* VII, 12. 19. et saepius. *Cassi* VII, 21. *Papini* VII, 28. *Corneli* VII, 39. *Acci* VII, 65. *Terenti* VIII, 14.; rarius in huiusmodi vocabulis: *pomeri* V, 143. *convivi* V, 168. quod ex a. receptum): nihilominus, cum Varronem ipsum hanc contrahendi consuetudinem reprehendisse sciamus, ubi in libris omnibus erat *Virgilii*, *Ennii*, *Cassii* (ut VI, 7. VII, 39. 82.), hoc non mutare debebam. Etiam in aliis nonnullis formis I ex I I contractum, codicum scripturam imitatus, recepi, cuius rei certissimum exemplum est *idem*, multitudinis forma. I vocalis ubi sequentis consonantis potentia in U mutatur, atque hoc libri offerebant, ubique recepi. Sic ante L in *tubulustrium* (VI, 14.); interdum ante F in *pontufex* V, 83.; ante M in *maxume* et *proxumus*; sed saepe etiam cum libris omnibus *maxime* et *proxime* scribendum erat, quanquam Varronem, non crediderim, Caesari sic praecipienti obsecutum esse. Quod V, 83. *pontufex* et *pontifices*, et VIII, 77. *pauperrumus* et *pauperrima* scripsi, eius rei rationem quandam reddidi, quam valere putavi ad codicum auctoritatem sustentandam, non ad corrigendam scribendi consuetudinem. *Traiciendo* V, 115., *deici* VII, 24. et similia recepi ubi libri offerebant, in quibus sine dubio saepe obliterata sunt, ut VII, 44. *deici* a Rholandello restitutum est ex scriptura *duci*. Cf. VII, 1. *Reprachendo* et *compraehendo* ex Gothano libro fortasse ubique restituendum erat. V. annot. ad IX, 91. *Mille* et *milia* quod ex lege pronunciationis antiquae ubique distinguere licuit: hoc praestantiae nostrorum librorum aliquod documentum est. In committendis praeverbiis cum verbis optimos codices expressi, cum in ea re summa cautio adhibenda sit: nam quod Niebuhrius (in conspectu orthogr. Cicer. de R. P.) in Cicerone propter conlata damnaverat collega,

propter ecflorescere effrenati: id iniuria factum est. Praeverbium enim eo magis integram servat formam suam, quo minus tum diutino usu, tum significatu cum verbo coalescente peculiarem sibi vim et potentiam amisit; quae cum multo magis conspicua esset in conlata et ecflorescere, quam in collega et effrenatis, etiam pronunciatio diversa esse debebat.

In una tamen re mihi non constitisse videbor, dico in eo, quod etiam nullo codice addicente literarum complexus VU et QVU mutavi in VO et in QVO aut CU. Etenim videbatur mihi haec res ab illis aliquantum distare, cum ex genuina consonantis U pronunciatione appareat, aevum et sequuntur ne ore quidem Romano proferri potuisse. Atque habentur etiam in libris Varronis manuscriptis, maxime in Florentino, multa verae et antiquae scripturae exempla, velut ea, quae sexcenties recurrunt, *quoius*, *quoi*, *quom*, *quor* (cuius loco saepe extat *quur* nunquam a me admissum), deinde *volt* X, 53., *clivos* X, 158. (propter quod, cum accusativum putarent, librarii etiam *Publicios* scripserunt), *imburvom* ex vestigiis codicum erutum V, 127., *obliquom* X, 50., *loquontur* IX, 85. *Relicum* habes VII, 69. sed *delicuum* VII, 106. (ut *relicuum* semel extat apud Ciceronem de R. P.). *Sequontur* legitur X, 71., *secuntur* VIII, 25., mutatum a plerisque in *seruntur* V, 33., et alibi, V, 88., in *sequitur*, quod lineolarum numero illi exaequatur, ut *cocuntur* in *coquitur* V, 98. Atque librarios innumeris locis ex *secuntur* fecisse *sequuntur*, hinc quoque intelligitur, quod VIII, 58. ubi verbum *seco* et *secor* requiritur, libri plerique *sequo* et *sequor* vel similia ostendunt. Nunc vellem tamen etiam in hac re minus curiosus fuissem, primum quia saepe dubium est, QVO an CU scriptum fuerit, tum quia, quod mihi proposueram, literas ad rationem illam exigere, in sententiis defixus non raro oblitus sum. Sic Varroni reddendum fuerat his locis: V, 39. 42. 146. 148. 161. 173. VI, 21. VII, 3. VIII, 67., *arvos*, *antiquom* vel *anticum*, *equom* vel *ecum* (quo utroque etiam M. Caesar ad Frontonem utitur, cuius rei documentum habemus codicem omnium praestantissimum, II, 7. p. 77. 78. ed. Francof.), *cavom*, *novom*, *tritavom* et *atavom*, *accusativos*. Sed in ipso illo *novom* incertus haerebam, sicne scribendum esset an quod primo aspectu mirabile videtur *noum*. Habet id tamen codex H. VI, 59., atque simillimum id est formae *boum* et, quod apud Varronem VIII, 74. extat, *Ioum*, ex quibus exemplis intelligi videtur, etiam complexum literarum OVO habuisse aliquid, quo delicatiores aures offenderet, ita ut altero U eliso ex OVU facere mallent OU.

Non minus fluctuasse interdum, fateor, iudicium meum in scribendis Graecis Latinisve literis. In universum hanc

mihi legem tuli, Graecas literas non esse usurpandas, ubi in nullo bono codice vestigium peregrinae literaturae reperiatur. Varro enim, in ea re plane a Romanorum antiquiore usu desciscens, Graecorum nominatuum formas saepe immutatas in Latinum sermonem transtulit. Certe in meo exemplari ex codicum vestigiis eruta leges, ut *Citieus* pro *Citiensis* V, 59., sic etiam *Palantieis* et *Athenaeis* V, 53. VIII, 35., et similiter *Samothrece* VII, 34. ut *Threca* V, 14., *Lato* VII, 16., *etymologos* VI, 39., *Pythonos* VII, 17., *Diona*, *Theona*, *Iona* (annot. ad VII, 16.), *analogian* IX, 34. et saepissime, *Olympiadas* VII, 20.; et fortasse etiam *Pythagora* VII, 17. Latinis literis exprimendum erat. Contra Graecis literis ubi utendum sit, monstrat tum ipsa Graecarum literarum imitatio, qua in plerisque F. unus omnium insignis est, quanquam hic quoque non raro Latinas usurpat ubi Graecis opus erat; tum primarum literarum vocabuli indicatio, quae in H. et a. non raro invenitur, quanquam ille etiam integra vocabula Graeco non raro servavit; tum vocabuli praetermissio, qua Gbc. et plerumque etiam a. Graecarum literarum inscitiam profitentur. Nunc horum indiciorum ubi nullum aderat, eo semper animus inclinabat, ut Latinas, quae in omnibus libris erant, literarum formas servarem: sed constantia in ea re vertisset in vecordiam, si etiam *nomina barbarica*, quae sic scripta sunt in omnibus codicibus, non *νόμιμα βαρβαρικά*, VII, 70. in meum exemplar transtulissem. Cf. ann. ad V, 122. VI, 33. VII, 14.

Quod reliquum est, ut quomodo mei commentarii intelligendi et aestimandi sint, breviter indicem: lectores rogo ut meminerint, me id unice curare voluisse, ut Varro rectius distinctus (quod omnium maxime neglectum erat) et emendatus formam sui similiorem indueret, eaque forma quibus in rebus ab auctoritate bonorum librorum discreparet, intelligi posset. Itaque id mihi maxime cavendum erat, ne quid nisi monito lectore in ordinem reciperem, quod bonorum codicum fundamento non niteretur. In minoribus autem rebus, ut in orthographicis rationibus, unus codex si meliora obtulisset, inde sumebam quibus opus erat; in gravioribus, ut plurium consensu stabilitum esset, quod ponerem, postulabam. Quo firmamento ubi destitutum me videram, de ea re disertis verbis monui. Quam autem scripturam libri interpolati sive scripti sive typis expressi, et critici, qui Varronem tractaverunt, finxissent vel probassent: id me annotaturum non promisi, nisi ubi in refingenda scriptura his subsidiis utendum esset. Non enim id mihi proposui, ut historiam formae horum librorum in annotando describerem,

quod utilissimum profecto est negotium sed a meo proposito alienum; neque, cum Spengelii copiis ita uterer, ut inde depromerem quibus ad novam formam condendam opus esset, in alienam messem involare (indignum et intolerandum facinus), et maioris illius operis, cui suum semper constabit integrum pretium, utilitatem deminuere volui.

Codd. in annotando dixi eos tantum, qui ab interpolationis culpa liberi et nuper accurate collati essent, id est FGHabc.; quorum pleniora nomina supra p. XII. XIII. proposita sunt. Ut facilior esset variantis scripturae contutus, et, quid antiquissimus ille codex habuerit, intellectus: hanc saepe scribendi rationem usurpavi, ut minora discrimina parentheseos signis indicarem. Itaque V, 13.: *enim* (*n* c.) *horum de quis* (*quibus* G.) GHabc. idem significat ac si scriptum esset: *enim horum de quibus* G. *enim horum de quis* Hab. *n horum de quis* c.

Vocabulum in annotatione sic scriptum *ultimae*] semper eadem forma in ipsam scriptoris orationem receptum est; id si pluries in hac legitur, neque alio vocabulo addito distinctum est, ad primum eius formae vocabulum respicitur, quod post proximo loco annotata reperitur.

Ne novitia inventa pro antiquitus traditis venditare viderer: scripturam a codicibus non satis tutam (sed potest eadem tutissima esse a sensu et argumento) asterisco (*) notavi. Crucis autem signum (†) nonnullis locis addidi, qui etiamnunc cruces sunt interpretum et criticorum. Caetera signa, quibus usus sum, explicatione non egere videntur.

Nunc quem librum diu in sinu fovi et iam non sine anxietate dimitto, eum commendo philologis non ad calumniandum, sed lectitandum. Diu est, ex quo hic scriptor ex philologorum fere omnium scriniis exulavit: nunc ita certe praeparatum accipiunt, ut neque ex arbitrio refictum, neque nimia morositate et superstitione obscuratum legere et intelligere possint. Multum abest, ut perfectae et absolutae criseos exemplum hunc Varronem me ponere, mihi persuaserim: verum tamen, si post Spengelii atque meas curas tertius quidam ἔφεδρος gradum fecerit non minorem nostris: hunc pollicebor horum fragmentorum formam iam veram et genuinam et, si dicere fas est, tanquam ad exemplar ex ipsa Varronis bibliotheca raptum expressam nobis esse redditurum.

ARGUMENTA VARRONIS DE LINGUA LATINA LIBRORUM.

Quae nunc non extant, omnia his signis ( ) inclusa sunt; quae non suo loco posita esse videntur, hisce [ ].

(L. I. De origine Linguae Latinae. Priscian. I, 7. p. 37. Kr. Spengel. p. VII.

II — VII. Pars prima. De impositione vocabulorum.

II — IV. De etymologica arte, s. de disciplina verborum originis.

II. Quae contra eam dicuntur.

III. Quae pro ea dicuntur.

IV. Quae de ea; id est quae forma sit etymologicae.)

V — VII. A quibus rebus vocabula imposita sunt, s. de verborum originibus.

V. De vocabulis locorum et quae in his sunt.

Prooemium. §. 1 — 10. Quid sibi proposuerit scriptor; de causis obscuritatis rei, et de gradibus explanandi verborum origines. 11 — 13. De partitione rerum; locum cum corpore coniunctum esse.

I. De locis. 14. 15. De loco ipso. 16 — 20. locorum divisio: A. de caelo. B. 21 — 23. de terra et humo. 24 — 30. de humore, puteo, lacu, fluviis et similibus. 31 — 33. de divisione terrarum, et agrorum quinque generibus. 34 — 40. de agro et mensuris eius, agrique colendi varietate. De Urbe. 41. 42. Capitolinus mons. 43. 44. Aventinus mons. 45. Argeorum descriptio. a. 46 — 48. in Suburana regione. b. 49. 50. in Exquilina. c. 51. 52. in Collina. d. 53. 54. in Palatina. 55. 56. de tribubus agri Romani.

II. Quae in locis sint. A. De immortalibus. 57—64. Principes dei Caelum et Terra; idem quod calidum et humidum, quod anima et corpus. Eorum vinctionis vim esse Venerem. Saturnus caelum, Ops et Ceres terra. 65—67. Iidem dei Iuppiter et Iuno; idemque, qui Iuppiter, Dis pater. 68. 69. Sol et Luna iidem, qui Apollo, Diana, Proserpina, Iuno Lucina. 70—72. Ignis et aqua Volcanus, Lympha, Neptunus, alii. 73. 74. Aliorum deorum nomina explicantur. B. De mortalibus. I. De animalibus: a. 75. 76. in aëre. b. 77. in aqua. c. 78. 79. in aqua et terra. d. in terra. *α*. de hominibus. 80—82. de hominibus dictis ab honore. 83—86. a rebus sacris. 87—91. a re militari. 92. a fortuna. 93. 94. ab arte et studio. *β*. 95—99. de pecore. 100. 101. de feris. II. 102—104. De virgultis et similibus. III. De manu factis. 105—108. De victu, qui e terra provenit. 109—112. de pecudis carne. 113. 114. de lana et vestimentis inde factis. 115—117. de armis. 118—127. de mensis et vasis ibi locatis. 128. de sellis et arcis. 129—133. de mundo et vestibus mulierum. 134—140. de instrumentis rusticis. 141—159. De aedificiis, id est de oppidis vicisque et foris, in quibus de foro Romano multisque Urbis aedificiis et locis. 160—162. de aedibus privatis. 163—165. de portis Servianorum murorum (*de his pleraque interciderunt*) et antiquioribus. 166—168. de lectis. 169—174. de pecunia signata. 175—183. pecuniae vocabula ab usu deprompta. 184. Conclusio.

VI. De vocabulis temporum et earum rerum, quae dicuntur cum tempore aliquo.

Prooemium. 1. 2. Libri argumentum. De vocabulorum mutationibus.

I. De temporibus. 3. Quid sit tempus. A. De naturalibus temporis discriminibus. 4—7. De temporibus dictis a. a motu solis ac caeli diurno. b. 8—9. a motu solis annuo, qui aliter est ac caeli. c. 10. a motu lunae. d. 11. de lustro, seclo, aevo. B. De civilibus temporum vocabulis. I. De diebus. a. Qui dies deorum causa instituti sint. 12—24. de statutis feriis Ianuarii, Februarii, Martii, Aprilis (*Maius excidisse videtur*), Quintilis, Sextilis, Octobris, Decembris mensium. 25. 26. de annalibus diebus et conceptivis feriis. b. Qui dies hominum causa constituti sint. 27—32. De certis mensium diebus, de diebus fastis nefastisque, et similibus. II. 33. 34. De mensium nominibus.

II. De rebus, quae in temporibus fuint. 35—40. De verbis primigeniis atque derivatis et compositis. 41. 42. De agendo et tribus actionum gradibus. A. Primus gradus, mentis agitatus. 43—50. De verbis cogitationis voluntatisque et similibus. B. Secundus gradus, cum pronuntiamus quae mente agitavimus. 51—55. de verbis a fando dictis. 56—60. de loquendo et pronuntiando et quae cum his coniuncta sunt. 61. 62. de dicendo et docendo. 63. 64. de disputando et disserendo et similibus. 66. de legendo. 67. 68. de murmurando aliisque a similitudine soni dictis. 69—74. de spondendo. 75. de canendo. 76. de orando. C. 77. 78. Tertius agendi gradus, in quo distinguitur inter agendum et faciendum et gerendum. I. de agendo (*hic multa interciderunt*). De iis, quae certis corporis partibus aguntur. a. 79—82. quae oculis percipiuntur. b. 83. quae auribus et naribus. c. 84. de iis quae ore percipiuntur. d. 85. de iis quae manu aguntur (*Fragmentum solum superest*). II. de faciendo (*hic locus totus intercidit; nisi fortasse huc pertinent dicta* de acquirendo 79.). III. De gerendis rebus (*huius capitis nil nisi locus* de inlicio *superest*). 86. 87. locus ex censoriis tabulis, de inlicium et ad conventionem vocando. 88. 89. locus ex commentariis consularibus item de inlicium et ad conventionem vocando explicatur. 90—93. de moeris vocare idem esse quod inlicium vocare, demonstratur ex commentario anquisitionis M. Sergii Quaestoris. 94. 95. quid inlicium sit et quomodo fiat. 96. De verbis ex Graeca lingua ductis. 97. Conclusio.

VII. De verbis quae a poëtis sunt posita.

Prooemium. 1—4. De difficultate expediendorum verborum vetustorum.

I. A. 5. De locis. 6—13. Templa ex Ennio, tesca ex Accio, tueri ex Ennio, extemplo ex Ennio. 14. Polus et signa, apud Accium. 15. Terrarum amfracta Accii. 16. Titanis Trivia Ennii. 17. Umbilicus terrarum ex Incerto. 18—22. Loca quaedam terrarum singula, ex Pacuvio, Accio, Ennio, Cassio. 23. Fretum apud Pacuv., aequor Pacuv., ratis Naev.

B. De his quae in locis sunt. [24. 25. De bubus infulatis, ut videtur.] 26—29. Casmenae Enn., cascus apud Ennium, Manilium et alios. [30. ambages Lucil. 31—33. adagio ex Valerio Sorano; adagio de cane; trabes ut canes.] 34. Camilla Pacuv. 35. subulo Enn. 36. Fauni vatesque Enn. 37. paluda virago Enn. 38.

Epeus fumificus Plaut. [39. 40. Luca bos Naev.] 41. orator Enn. 42—45. Ennii locus de Numae institutis. 46. catus Enn. [47. piscium genera ex Lucilio. 48. cava cortina Enn.] 49. perduelles Enn. [50. iugula stella Plaut. et similia. 51. supremum Naev.] 52. latro Plaut. [53. cassabundus et diabathra Naev. 54. carere Plaut.] 55. congerro Plaut. 56. adscriptivi Plaut. 57. ferentarii Plaut. 58. rorarii Plaut. 59. triportenta Pacuv., (*Lacuna*). 60. dividiae Plaut. 61. syncerastum Plaut. 62. trames Plaut. 63. vibices Plaut. 64. 65. de meretricibus nonnulla ex Cistellaria Plauti. 66. mulieres axitiosae ex Astraba Plauti. 67. stribula Plaut. 68. scobina Plaut. 69. gralator Plaut. 70. praefica Plaut. 71. Coclites ex Ennio et Plauto.

II. A. De temporibus. 72. Nox intempesta ex Cassio. 73—75. temo Enn. 76. iubar Enn. 77. crepusculum Plaut. 78. concubium Plaut. 79. conticinium Plaut.

B. De his rebus quae adsignificant aliquod tempus. 80. reciprocus Acc. 81. proversus Plaut. 82. Andromache, Alexander Enn. [83. Aurora rutilans Acc.] 84. scortari Terent. 85. numen Acc. [86. epityrum Plaut.] 87. 88. lymphari, alcyon Pacuv. 89. comiter Enn. 90. cape Atil. 91. cicurare Pacuv. 92. ferme Naev. 93. euax et similia ex Plauto, Ennio, Pompilio. 94. clepsere Lucil. 95. mandier ex Matio. 96. 97. obscaenum ex Matio. 98. crevi Plaut. 99. frequens Plaut. 100. fossari Enn. 101. mussare Enn. 102. averruncare Pacuv. 103. 104. pipulo et alia onomatopoëtica ex Plauto et aliis. 105. nexum Plaut. 106. delicuum Plaut. 107. 108. Promiscua ex Naevio. 109. 110. Conclusio huius operis partis.

VIII—XIII. Pars secunda. De declinationibus.

VIII—X. De declinationum disciplina.

VIII. Quae contra similitudinem declinationum (ἀναλογίαν) dicantur.

Prooemium horum trium librorum. 1—21. De declinatione. 3—8. Cur inducta sit in sermonem hominum. 9—20. In quas formas declinari verba voluerint. 21—24. Quemadmodum declinetur. De differentia naturalis generis (ἀναλογίας) et voluntarii (ἀνωμαλίας).

Disputatur contra analogiam ex mente Crateteorum:

I. Contra universam analogiam. 25.

A. 26—30. Ex utilitate, cui sufficiat sola consuetudo. In rebus caeteris propter utilitatem inaequalitatem esse.

B. 31. 32. Ex elegantia, propter quam in aliis rebus placere inaequalitatem.

C. 33. Consuetudinem regnare solam; analogia igitur non opus esse.

D. 34—36. Ex contrario, quod etiam a dissimilibus non solum similia, sed saepe eadem fiant.

E. 37. 38. Analogia quod non sit ubique, esse nusquam.

F. 39—43. Similitudinis notioni non convenire, quae de analogia proferantur.

II. Quod ad partis singulas orationis. 44. De quattuor orat. partibus, verbis appellandi, dicendi, iungendi, adminiculandi.

A. 45. Appellandi partes quattuor: provocabula, vocabula, nomina, pronomina; et 46. haec singulatim triplicia, ad sexum, multitudinem, casum. 47—49. Neque sexus, neque multitudinis, neque casus formas esse ad analogiam factas.

I. 50. 51. Generatim dicitur de provocabulis: qui, is.

II. 52. De vocabulis, quorum quattuor declinationum genera.

a. De declinatione nominandi. 53—57. Huius generis esse triplices radices, a vocabulo, a nomine, a verbo; in nullo horum servari analogiam. 58—62. De participiorum et compositorum nominum anomalia.

b. De declinatione casuali. 63. Casuum numerum sibi non constare. 64. 65. Barbarorum vocabulorum diversam declinationem. 66. Eiusdem casus diversas formas. 67—74. A similibus dissimilia fieri in declinatione.

c. De declinatione augendi. 75—78. Neque in his servari analogiam, nam in multis unum duosve gradus deesse.

d. De declinatione minuendi. 79. Etiam in hac multa linguae deesse.

III. De nominibus. 80—84. Descendere ea tum a nominibus, tum a vocabulis; in neutris servari analogiam. (*Hic locus duabus lacunis interrumpitur.*)

(*Facile intelligitur, deesse huic libro partem, qua*

IV. *de pronominibus, deinde*

B. *de dicendi verbis (ubi de diversa forma simplicis cape et compositi accipe dicebatur, v. VII, 90.).*

C. *de iungendi,*

D. *de adminiculandi verbis agebatur. Ultimo loco dicebatur de discrepantibus scriptorum de analogia sententiis, v. VIII, 111.).*

Ex hac libri parte atque, ut puto, ex conclusione argumentorum, hausta sunt, quae leguntur apud Gellium *II, 25.: M. Varronis liber ad Ciceronem de Lingua Latina nullam esse observationem similium docet, inque omnibus paene verbis consuetudinem dominari ostendit:* Sicut cum dicimus, *inquit,* lupus lupi, probus probi, et lepus leporis; item paro paravi, lavo lavi, pungo pupugi, tundo tutudi, et pingo pinxi. Cumque, *inquit,* a coeno et prandeo et poto, et coenatus sum, et pransus sum, et potus sum dicamus: et a destringor tamen et extergeor et lavor, destrinxi et extersi et lavi dicimus. Item cum dicamus ab Osco, Tusco, Graeco, Osce, Tusce, Graece: a Gallo tamen et a Mauro Gallice et Maurice dicimus. Item a probus probe, a doctus docte; sed a rarus non dicitur rare, sed alii raro dicunt, alii rarenter. *Idem M. Varro in eodem libro:* Sentior, *inquit,* nemo dicit, et id per se nihil est: assentior tamen fere omnes dicunt. Sisenna unus assentio in senatu dicebat; et eum postea multi secuti, neque tamen vincere consuetudinem potuerunt.

IX. Quae pro similitudine s. analogia dicenda sint.

Prooemium. 1. Cratetis doctrina. 2. 3. Aristarchum analogiam coniungere cum consuetudine. 4—6. De trinis copulis discernitur, naturae et usuis, multitudinis et finis, personarum.

I. 7. Pro universa analogia.

A. Consuetudinem non pugnare cum analogia. 8. 9. Nam consuetudinem rationis non esse expertem. 10. 11. Consuetudinem, si mala sit, emendandam esse; 12—15. sic eam in aliis rebus emendari. 16. 17. Corrigendum esse usum populi paulatim, maxime a poëtis; 18. et rectam consuetudinem sequendam. 19—22. Amissa revocanda, nova ratione introducenda esse, sicut in aliis rebus fiat.

B. Analogiam regnare ubique; 24—30. ut in tota rerum natura, sic in hominum corpore et humana voce; 31. 32. inter linguas variorum populorum; 33. itaque pugnare contra naturam, qui contra analogiam pugnent. 34. 35. De duobus analogiae generibus, naturali et voluntario.

C. Singula crimina analogiae obiecta diluuntur. 36 — 39. De quaternis rebus, quibus declinatio regatur, re, usu, natura declinationis et figura.

I. 40 — 44. Contra ea, quae ex similitudinis notione opponebantur. V. VIII, 40 — 43.

II. 45. Contra id quod postulabatur, analogiam aut ubique servandam esse, aut nusquam. V. VIII, 37. 38.

III. 46 — 48. Contra id quod delectationem et utilitatem afferre dicebatur dissimilitudo. V. VIII, 26 — 32.

(Post haec multa deesse intelligitur. Transibatur enim ab universa analogia ad

II. *analogiam in singulis orationis partibus observatam. Hic disputabatur:*

A. *de appellandi verbis;*

I. *de provocabulis et pronominibus;*

II. *de vocabulis, et*

a. *de declinatione nominandi; contra* VIII, 53 — 57. *Intelligitur ex iis, quae secuntur, Varronem hanc arctioribus finibus circumscripsisse, ita ut haec, quae nominandi declinatio ab aliis grammaticis dicebatur, magnam partem impositioni tribueretur. Hic locum suum tenebant, quae dicta contra Crateteos VIII, 35. loquentes, servata sunt a* Charisio *p. 81 P.:* Albani dicuntur ab Albano, Albenses autem ab Alba Fucente: cuius rei causam Varro ait esse, quod analogia in naturalibus nominibus tantum servatur, in voluntariis vero negligitur. *Et cf. quae secuntur. Deinde ad hoc argumentum pertinent, quae dicuntur)* 49. 50. de verborum inaequalitate, quae non sit in declinatione, et 51 — 54. de singularibus verbis, quorum nulla requirenda esse analoga. Posthaec 55 — 62. dicitur de declinatione sexus, in qua analogiam eo non tolli, quod multorum verborum non omnia sint genera, propter usum. 63 — 69. Similiter in declinatione multitudinis analogiam coniungi cum usu; contra VIII, 48.

b. 70. De declinatione casuali; contra VIII, 49.: etiam in hac non esse analogiam, ubi usus et natura non subsit. [*Sed cetera omnia, quae de analogia in casibus servata dicenda erant, hoc loco desunt. Contra quod h. l.* 71. *legitur* de Faustinis, Cascelianis, Scipionariis diversa ratione dictis, *id pertinet ad superiorem de declinatione nominandi locum.*]

c. 72. 73. De declinatione augendi; contra VIII, 76 — 78.

d. 74. De declin. minuendi; contra VIII, 79. [*Sequitur locus*, 75 — 80., de variatione in declinatione casuali, contra VIII, 48. 49., *qui manifesto pertinebat ad disputationem* §. 70. *inchoatam.*] Deinde, 81 — 88., de numerorum vocabulis ex analogia impositis.

III. 89. 90. (*post lacunam*) De nominibus homonymis et synonymis quaedam. 91. De similitudine nominum ex transitu cognoscenda; contra VIII, 68. 92 — 95. Quid omnino simile sit in declinationibus.

B. 95. De temporalibus verbis. 96 — 100. In temporibus servari analogiam, modo tempora recte inter se coniungantur. 101 — 103. Cur non omnium verborum omnia sint tempora et personae. 104. Reprehensiones ad perfectum verbum, et 105 — 107. passivum genus pertinentes solvuntur. 108. 109. Etiam in verbis non unam formam, ut rectum casum, spectandam esse docetur. 110. De participiis.

Ultimo loco, 111. 112., de causa discrepantium de analogia sententiarum dicitur. 113 — 115. Argumentis pro analogia finis imponitur.

X. De forma doctrinae de declinationibus.

Prooemium. 1. 2. Instituitur ordo disputationis.

I. De similitudine et dissimilitudine. 3. 4. Quid sit simile et dissimile. 4. 5. An tertium aliquod sit neutrum. 6. Qua in re aliquid alicui simile sit, spectandum. 7 — 10. In verbis multa videri similia, quae non sint, unde multi errores in declinationibus. 11. 12. Exigendam esse similitudinem ad verborum materiam atque materiae figuram, i. e. declinationem. 13. Divisiones horum generum: 14. Prima verborum quae declinantur et quae non declinantur. 15. 16. Secunda eorum, quae a natura et quae a voluntate declinantur. 17. Tertia divisio eorum quae a natura declinantur in quattuor orationis partes. Eae sunt:

A. 18. Pars casualis, cuius sunt partes duae: nominatus et articuli, utrumque et finitum et infinitum. 19. In his articulos vix adumbratam habere analogiam. 20 — 22. In nominatibus distinguendum genus, speciem, casum, exitum, unde transversos et directos declinationis ordines oriri. 23. Transversorum ordinum, i. e. casuum, forma demonstratur. (*Hic cum tria folia exciderint, deest omnis doctrina de casibus; deinde exciderunt etiam pleraque de*

directis ordinibus, i. e. de numero et genere, dicta praeter §. 24.) 25—29. Spectandam esse verbi figuram, flexuram, transitum, ut similitudo cognoscatur. 30. In articulis quaedam eadem, quaedam aliter esse.

B. Pars temporalis. 31. Eius declinatuum species esse sex, cum personis; 32. quattuor, sine personis; 33. accedere ad has species a copulis divisionum quadrinis.

C. Pars quae casus et tempora habet, 34. hoc genus esse participale.

(Hic desunt altera tria folia. Apertum est, hoc loco dictum fuisse de quarta parte, D., ea quae neque tempora neque casus habeat. Deinde disputatio transferebatur ad locum:

II. *De ratione, quam appellant λόγον. Huius quaedam relicta sunt):* 35. 36. ubi docetur, rationem esse et in his verbis quae imponuntur et quae declinantur; sed rationem eandem nondum efficere analogiam.

III. De proportione, quae vocatur ἀναλογία. 37 — 44. Analogia quid sit. Esse eam duarum semper rationum. 45 — 50. Analogiae duo genera, coniunctum et deiunctum. 51 — 53. Analogiae fundamentum sumi vel impositionem, vel declinationem: sed praestare principium ponere in obliquis sive naturalibus casibus, quam in impositiciis sive rectis. 54 — 62. Praestare proficisci a multitudinis forma quam a singulari. 63 — 68. De discriminum triplici genere, in rebus, in vocibus, in utroque; horum generum tertium solum perfectam continere analogiam. 69 — 71. De tribus declinationum generibus, vernaculo, adventitio et ex peregrino hic nato.

IV. De consuetudine. 72. 73. Analogiae ut in sermonem perducantur, accedere debere usum; cuius tres esse species, consuetudinis veteris unam, consuetudinis huius alteram, tertiam neutram.

Conclusio. 74 — 78. Analogiae definitio: verborum similium declinatio similis, non repugnante consuetudine communi (propter singulos et populum), ex quadam parte (poëtarum causa), explicatur. 79 — 82. In quibus non debeat quaeri analogia. 83. 84. In quibus debeat quaeri analogia. [*De hoc libro non multa in fine interciderunt.*]

(XI — XIII. De declinationibus generatim. V. VIII, 24. Ad eandem partem referendae sunt appella-

tiones: de copia verborum, VIII, 2 et 20.; et: de formulis verborum, X, 33. Fragmenta proposita sunt p. 265 sq.

XIV....... Pars tertia: ut verba inter se coniungantur. V. VII, 110. Sed nescio, syntaxisne Varroniana tam elaborata et profligata fuerit, ut omnes undecim libros ad ultimum usque complere potuerit; an scriptor in inferioribus libris ad usum vocabulorum et orationis ornatum et similia argumenta transgressus sit. V. Fragmenta horum librorum p. 267 sq.)

MENDA TYPOGRAPHI ET ALIA ANTE LECTIONEM CORRIGENDA.

P. IX. . . . v. 16. scribe ea paulo.
7. text. v. 3. — consistit.
8. annot. v. penult. scribe v. VII, 73.
16. text. v. 10. scribe *erat olim*.
23. annot. v. 24. — *ait* Gac.
24. text. v. 18. — alitur*.
— annot. v. 6. — e IX, 54.
35. text. v. 21. — lituo*.
39. — v. 16. — Lucana.
43. annot. v. 1. — Osanno.
— text. v. 18. — humorem*.
45. annot. v. 11. — Lac. in Ga.
— — v. 12. — *eae* a.
47. — v. 13. — *trullen* F.
50. — v. 2. — *orinare* Ga.
52. — v. 6. — *resclusum* Ha.
54. — v. 13. — *uteretur* G. *uterentur* b.
60. — v. 20. — *vocatur*] Ga.
62. — v. 18. — *inigeret*.
73. text. v. 4. — liberum.
78. — v. 11. 12. — appelletur.
85. annot. v. 17. 18. — *fas, is*] Victor. *fas* vg.
90. — v. 19. — *qui hac* F.
96. — v. 20. 21. — *dici numo* F. *diciminimo* G.
104. — v. 4. — *sensum*] H. *sensu* cett.
107. — v. 8. 9. Hi versus inverso ordine positi sunt.
111. — v. 18. 19. scribe *cannatum*.
120. text. v. 8. — utique.
— annot. v. 18. — *tectum quem* F.
133. — v. 17. — *mysteris* Ga.
140. — v. 11. — omittunt Gb.
144. — v. 23. — (*grege* GH.
153. — v. 5—11. ad *estur* annotatio praeponenda est ei quae pertinet ad *epityrum*.
162. — v. 23. scribe *messes* (*esses* GHa.)
175. — v. 10. — PRAECONEIS.
181. — v. 7. — *Diona et Theona*] F.
— — v. 20. — *expectari* codd.
185. — v. 1. adde *nominativis* codd.
191. — v. 16. scribe *Vatiniorum* Ha.
193. — v. 1. — *ut**] G. om. cett. codd.
196. text. v. 1. — magistratuum.
— annot. v. 9. — magistratuum.
207. — v. 5. — *dixi* interponit.

M. TERENTI VARRONIS
DE LINGUA LATINA
AD CICERONEM
LIBER QUINTUS.

1. Quemadmodum vocabula essent imposita rebus in lingua Latina, sex libris exponere institui. De his tris ante hunc feci, quos Septumio misi: in quibus est de disciplina, quam vocant ἐτυμολογικήν. Quae contra eam dicerentur, volumine primo: quae pro ea, secundo: quae de ea, tertio. In his ad te scribam, a quibus rebus vocabula imposita sint in lingua Latina, et ea quae sunt in consuetudine apud poëtas. Cap. 1 p. 3 Bip. p. (5) Durdr. p. 12 Speng. 13

Inscriptio libri in codd. varie traditur et magis e Varronis verbis effecta esse, quam antiquissimorum librorum incorrupta fide niti videtur. TERENTI] hunc genitivum retinui ex F. Sic *Pacuvi* V. §. 7. *Enni* V, 68. *Lanuvi* V, 162. *Mani filii* VI, 90. cf. VIII, 36. Nam Romanos tum temporis sic locutos esse constat, quanquam Varrone ipso dissuadente (quod a Charisio I, 59 sq. Putsch. tradi intellexit Spengelius). Qui etiamsi usum vetustum emendare volebat, non poterat statim in inscriptione ab eo desciscere. Cf. Suerdsioei Vindiciae praecepti Bentleiani de genit. subst. in IUS et IUM desinentium. QUINTUS] F., in inscriptione librorum qui secuntur sibi constans. Eademque ratione libros numerant codd. Vaticani 3308 et 1556. Quam antiquitus usitatam fuisse, Spengelius evicit testibus Grammaticis. Obloquitur quidem Guil. Pape Lectiones Varron. (Berol. 1829.) p. 40., sed desidero argumenta. Qui librum hunc quartum dicunt, cod. Vaticanus 2942 ed. Ald. aliaeque, hos induxerunt Varronis ipsius verba perperam explicata. In nonnullis codd. et edd. hic liber primus dicitur, in aliis nullus numerus est.

§. 1. *Tris ante hunc* libros Varro fecit de impositione, sed unum, ut ex inscriptione colligitur, ante hos tres de causis linguae Latinae similive argumento. *imposita*] Impositionem verborum (ὀνοματοθεσίαν) Varro dicit formam primariam, unde fiunt declinatus. Cf. VII, 1. 32. VIII, 1. 7. IX, 34. X, 15. 51. In fine §. punctum reduxi, a Spengelio deletum.

2. Quom uniusquoiusque verbi naturae sint duae, a qua re et in qua re vocabulum sit impositum (itaque, a qua re sit pertinacia quom quaeritur, ostenditur esse a pertendendo, in qua re sit impositum, dicitur quom demonstratur, in quo non debet pertendi et pertendit, pertinaciam esse; quod, in quo oporteat manere, si in eo perstet, perseverantia sit): priorem illam partem, ubi, quor et unde sint verba, scrutantur, Graeci vocant ἐτυμολογίαν, illam alteram περὶ σημαινομένων; de quibus duabus rebus in his libris
4 promiscue dicam, sed exilius de posteriore.

14 3. Quae ideo sunt obscuriora, quod neque omnis impositio verborum extat, quod vetustas quasdam delevit; nec quae extat, sine mendo omnis imposita; nec quae recte est imposita, cuncta manet (multa enim verba literis commutatis sunt interpolata); neque omnis origo
(6) est nostrae linguae e vernaculis verbis; et multa verba aliud nunc ostendunt, aliud ante significabant, ut hostis, nam tum eo verbo dicebant peregrinum, qui suis legibus uteretur, nunc dicunt eum, quem tum dicebant perduellem. 4. In quo genere verborum aut casu erit illustrius unde videri possit origo, inde repetam. Ita fieri oportere apparet, quod recto
15 casu quom dicimus impos obscurius est esse a potentia, quam quom dicimus impotem; et eo obscu-

2. *uniusquoiusque*] G. *uniuscuiusque* cett. *Quoius*, *quoi*, *quom* ponam, ubi unus modo obtulerit bonae notae liber. *pertendendo*] vg. *pertendo* codd., idque reponi volt Spengel. p. 661. At solet Varro in derivandis verbis ablativum cum praep. ab iungere: *ab equo*, *a spiciendo*, nisi cum nominativum vel praesentis primam personam adhibere necesse est. Eadem est sententia G. Pape p. 48. *pertendit*] codd. *pertenditur* coni. Vertranius. Sed Varro saepius verbis activis sic utitur, ut nullam addat personam. In seqq. *si in eo perstet*. VI, 55. *fallacia quae propterea quod fando quem decipit*, *ac contra quam dixit faciat*. 73. *spes* — *quod tum sperat quom quod volt fieri putat*. Cf. V, 176. VI, 77. *priorem*] Hic punctum tollendum erat. Idem suadet G. Pape p. 42. *quor*] G. *cur* cett., nisi quod a. hic et ubique *quur*. Sed Varro vix ullo in verbo *u* consonantem et vocalem ita commisit, ut illa praecederet, haec sequeretur, quod ne fieret antiquiores Romani multimodis cavebant. *Quor* boni libri habent VII, 2: 3. 109. VIII, 68. 71. X, 1.

4. *quom*] retinui ex vg. *quem* FGabc., *quae* H. V. de permutatione formarum relativarum Praefatio. *pos significare potius pontem*

rius fit si dicas pos quam impos, videtur enim
pos significare potius pontem quam potentem. 5.
Vetustas pauca non depravat, multa tollit. Quem
puerum vidisti formosum, hunc vides deformem in
senecta. Tertium seculum non videt eum hominem,
quem vidit primum. Quare illa quae iam maioribus 16
nostris ademit oblivio fugitiva, secuta sedulitas Muti et
Bruti retrahere nequit. Non, si non potuero indagare,
eo ero tardior; sed velocior ideo si quivero; non me-
diocreis enim tenebrae in silva ubi haec captanda;
neque eo quo pervenire volumus semitae tritae; neque
non in tramitibus quaedam obiecta, quae euntem reti-
nere possent. 6. Quo verborum novorum ac
veterum discordia omnis. In consuetudine communi
quot modis literarum commutatio sit facta qui animad- 17
verterit, facilius scrutari origines patietur verborum;
reperiet enim esse commutata, ut in superioribus libris
ostendi, maxime propter bis quaternas causas. Lite-
rarum enim fit demptione aut additione, et propter
earum adtractionem aut commutationem, item syllabarum
productione * aut correptione, denique .... one *:

videbatur, quia liquidam *n* ante sibilantem Latini obscurius pronunciabant. Hinc *fros* apud Varronem, de quo Popma ad h. l., CESOR, COSOL, TERMESES in titulis notis, et multa de quibus C. L. Schneider. Gramm. Lat. I, II. p. 457 sqq.

5. *Muti et Bruti*] de iurisconsultis Mucio et Bruto explicat Turnebus. Mihi proverbialis esse videtur dictio. *mediocreis*] Fa. *mediocris* bc. *mediocres* GH. Varronem hac in EIS s. IS terminatione etiam nominativos plur. interdum concludere, multa monstrant exempla, ut: *omneis* V, 65. VI, 2. ex F. *omnis* VII, 74. IX, 29. ex F. *parteis* V, 21. 56. ex F. *simileis* IX, 43. item ex F. *umboneis* V, 115. ex F. *disparilis* VIII, 67. ex a. *maris* IX, 62. *lentis* IX, 34. Sed apertius Varro ipse suo tempore alios *hae puppis*, *restis*, alios hae *puppes*, *restes* dixisse docet, VIII, 66.

6. *Quo*] coni. *quorum* codd. Quo eo sensu, quo hinc. Similiter VI, 4. VIII, 58. IX, 38. De permutatione verborum v. Praefatio. *In consuetudine*] interpunctione seiunxi a prioribus. *scrutari*] *se* huic verbo anteponit unus F. quem sequitur Spengel. Etiam hoc loco pronomen indefinitum cogitatione supplendum. V. ad §. 2. *reperiet*] *repperiet* a. *adtractionem*] F. *arctationem* ab. *tractationem* GH. cod. Turnebi. Adtractionem dicere videtur quam nos assimilationem. * *aut ... one* *] Lacunam indicavi et ex parte explevi, ita ut causa appareret eadem; propter quam Varronis sexcenti loci mutili sunt, ὁμοιοτέλευτον. V. Praef. De transpositione elementorum hoc quarto loco dixisse videtur

quae quoniam in superioribus libris, quoiusmodi essent, exemplis satis demonstravi, hic commonendum esse
18 modo putavi.

7. Nunc singulorum verborum origines expediam; quorum quatuor explanandi gradus. Infimus is quo etiam populus venit: quis enim non videt unde arenifodinae et viocurus? Secundus quo grammatica
19 escendit antiqua, quae ostendit, quemadmodum quodque
(7) poëta finxerit verbum, confinxerit, declinarit. Hic Pacuvi *rudentum sibilus*, hic *incurvicervicum pecus*,
20 hic *clamyde clupeat brachium*. 8. Tertius gradus quo philosophia ascendens pervenit, atque ea quae in consuetudine communi essent aperire coepit, ut a quo dictum esset oppidum, vicus, via. Quartus ubi est aditus ad initia rerum: quo si non perveniam, scientiam ad opinionem aucupabor, quod etiam in salute nostra nonnunquam facit quom aegrotamus medicus.

9. Quodsi summum gradum non attigero, tamen secundum praeteribo, quod non solum ad Aristophanis lucernam sed etiam ad Cleanthis lucubravi. Volui

Varro: sed et hanc geminam proposuerat. *quoiusmodi*] ante h. v. codd. *qui* inserunt. *commonendum*] *admonendum* HGa.

7. *is quo*] coni. *in quo* codd. *quo* Scioppius. *arenifodinae*] coni. *aretofodinae* codd. nisi quod ex F. *aurifodinae* affertur. Vel, ut Turnebus voluit, scribendum *cretifodinae*. *escendit*] coni. Scioppius. *descendit* codd. De illo verbo C. L. Schneider. Gramm. Lat. I, II. p. 552. *confinxerit*, *declinarit*] scripsi suadente Spengelio. *quod confinxerit quod declinarit* codd. *Pacuvi*] Spengel. *pacui* GHc. *pacu* a. *parvi* Fb. *Pacuvius* vg. *rudentum sibilus*] codd. Atque ita Cic. ad fam. VIII, 2. et Serv. ad Aen. I, 87. Quo consensu cogimur, ut Criniti coniecturam: *rudentisibilus* improbemus. Ipsum *sibilus* Pacuvii tempore novicium fuisse videtur. Fr. H. Bothe Poëtae Scen. Lat. V, I. p. 147. non recte refert, Varronem aperte: *rudentisibilus* habere. *incurvicervicum pecus*] Locus plenior extat ap. Quintil. I, 5, 67. Bothe P. Sc. L. V, I. p. 148. *clamyde cl. br.*] Locus plenior ex Hermiona Pacuvii ap. Nonium p. 87, 25. s. v. clypeat: *Currum liquit*, *chlamyde contorta astu clypeat brachium.* Bothe P. Sc. L. V, I. p. 126.

8. *ascendens*] codd. *escendens* cum Scioppio Spengel. *ad initia rerum*] coni. *regis* codd., quod Victorius et Scaliger proverbiali locutione dictum putabant. *ad initia rei* coni. Augustinus. *et initia rerum* Vertranius. *facit*] H. ut videtur. *fecit* cett. *quom*] G. *cum* cett.

9. *Cleanthis*] Stoicorum igitur grammatica doctrina ex Varrone partim instaurari poterit. Inter eos etiam Cleanthem his rebus studuisse,

praeterire eos, qui poëtarum modo verba ut sint ficta 21
expediunt; non enim videbatur consentaneum, quaerere me in eo verbo quod finxisset Ennius causam, neglegere quod ante rex Latinus finxisset; quom poëticis multis verbis magis delecter quam utar, antiquis magis utar quam delecter. An non potius mea verba illa quae 6
haereditate a Romulo rege venerunt, quam quae a poëta Livio relicta? **10.** Igitur quoniam in haec sunt tripartita verba, quae sunt aut nostra aut aliena 22
aut oblivia: de nostris dicam cur sint, de alienis unde sint, de obliviis relinquam. Quorum partim quo ita invenerim partim quo* ita opiner scribam. In hoc libro dicam de vocabulis locorum et quae in his sunt; in secundo de temporum et quae in his fiunt; in tertio de utraque re a poëtis comprehensa.

11. Pythagoras Samius ait omnium rerum initia esse bina, ut finitum et infinitum, bonum et malum, vitam et mortem, diem et noctem. Quare item duo, status et motus: quod stat aut agitatur, corpus; ubi agitatur, locus; dum agitatur, tempus; quod est in agitatu, actio. Quadripartitio magis sic apparebit: corpus est ut cursor; locus stadium qua currit; tempus hora qua currit; actio cursio. **12.** Quare fit 23
ut ideo fere omnia sint quadripartita, et ea aeterna, quod neque unquam tempus quin fuerit motus, eius (8)

ex ipso h. l. discimus. De Chrysippi et Diogenis inventis v. Io. Classen de gramm. Graecae primordiis p. 72 sqq.

10. *partim quo**] coni. supplevi. V. D. in censura Varronis Spengeliani (*Paedag. Phil. Literaturblatt zur allg. Schulzeitung* 1827. *Abth.* II. *N.* I. *p.* 5.) proposuit: *quorum partem quotam invenerim ut opinor scribam.*

11. *initia esse bina*] Non plane Varro consentit cum Aristotele, Metaph. I, 5. p. 986. Bekk.: *ἕτεροι δὲ τῶν αὐτῶν τούτων (τῶν Πυθαγορείων) τὰς ἀρχὰς δέκα λέγουσιν εἶναι τὰς κατὰ συστοιχίαν λεγομένας, πέρας καὶ ἄπειρον, περιττὸν καὶ ἄρτιον, ἓν καὶ πλῆθος, δεξιὸν καὶ ἀριστερόν, ἄῤῥεν καὶ θῆλυ, ἠρεμοῦν καὶ κινούμενον, εὐθὺ καὶ καμπύλον, φῶς καὶ σκότος, ἀγαθὸν καὶ κακόν, τετράγωνον καὶ ἑτερόμηκες.* Recte Varro omnibus praeponit finitum et infinitum, quippe fontem ceterorum principiorum. V. Amad. Wendt de rerum principiis sec. Pythagoreos c. II. *Quadripartitio* haec, cuius Varro studiosissimus est, respicitur VIII, 44. *Oratio secanda, ut natura, in quattuor partis.*

12. *fuerit*] vg. *fuerint* codd. *eius enim*] vg. *eius animi* codd. (*ãi* H.) *eius ac mundi* coni. Spengelius. *eius omne* censor, quem

enim intervallum tempus; neque motus ubi non locus et corpus, quod alterum est quod movetur, alterum ubi; neque ubi id agitatur, non actio ibi. Igitur initiorum quadrigae: locus et corpus, tempus et actio. 13. Quare quod quattuor genera prima
24 rerum, totidem verborum; horum iam de binis*, locis
7 et iis rebus quae in his videntur, in hoc libro summatim ponam. Sed qua cognatio eius erit verbi quae radices egerit extra fines suas, persequemur: saepe enim ad limitem arboris radices sub vicini prodierunt segetem. Quare non, quom de locis dicam, si ab agro ad agrosum hominem, ad agricolam pervenero, aberraro. Multa societas verborum, nec Vinalia sine vino expediri, nec curia Calabra sine calatione potest aperiri.

2 14. Incipiam de locis ab ipsius loci origine.
25 Locus est, ubi locatum quid esse potest. Ut nunc dicunt conlocatum, veteres id dicere solitos, apparet; apud Plautum:

Filiam habeo grandem cassam dote atque inlocabilem,
Neque eam queo locare quoiquam;

apud Ennium:

§. 10. dixi. cf. VI, 3. *ubi id agitatur*] scripsi. *ubi* (om. GHa.) *is* (*his* bc.) *agitatus* (*agitus* G.) codd. *ubi sit agitatus* vg.

13. *horum iam de binis*] coni. *horum enim de quis* F. *enim* (*n*c.) *horum de quis* (*quibus* G) GHabc. Spengel. Emend. Varron. p. 10. coni. *totidem verborum* (*n. horum* corruptam eiusdem verbi lectionem habet), *e quis de locis*. *iis rebus*] *his rebus* codd. Nescio an Varro, ut *idem* pro *iidem* (v. ad V, 57.), scripserit etiam *is* pro *iis*, unde librarii tot locis *his* effinxerunt. Certe etiam ubi *is* nominandi casu ponitur, interdum libri *his* habent, velut V, 21. VII, 19. Item *hisdem*, quod est in libris VIII, 35. ex *isdem* factum est, non ex *iisdem*. Et notum est, Latine dictum esse dīs et dēis, diis autem dissyllabum non fuisse. Atqui eadem ratio esse videtur formarum eis, iis et īs. *prodierunt*] GH. *prodiere* F. et, ut vid., abc. *quom*] G.

14. *ab*] Scioppius. *sub* codd. *potest.*] sic interpunxi. Dicit V., veteres locatum esse aliquid dicere solitos, ut tunc collocatum dicebant. *Plautum*] Aulul. II, 2, 14. *cassam ... inlocabilem*] ex Plauti libris. *cassa .... inlocabili* Varronis codd. *Ennium*] Locus ex incerta tragoedia (Bothe P. Sc. L. V, 1. p. 77.) de Orpheo

O terra Threca, ubi Liberi fanum in civium
Moero locavi.

15. Ubi quidque constitit, l o c u s; ab eo praeco dicitur l o c a r e, quod usque id emit, quoad in aliquo 26
consistit pretium; inde l o c a r i u m, quod datur, in stabulo et taberna ubi consistant. Sic l o c i m u l i e b r e s, ubi nascendi initia consistunt.

16. Loca naturae secundum antiquam divisionem 3
prima duo, caelum et terra; deinde particulatim utriusque multa. C a e l i dicuntur loca supera et ea deorum: t e r r a e loca infera et ea hominum. Ut Asia, sic caelum dicitur modis duobus. Nam et A s i a, quae 27
non Europa, in qua etiam Syria; et Asia dicitur prioris pars Asiae, in qua est Ionia ac provincia nostra. 17. Sic c a e l u m et pars eius, summum ubi stellae, et id quod Pacuvius, quom demonstrat, dicit:

Hoc vide circum supraque, quod complexu continet
Terram,

quoi subiungit:

Id quod nostri caelum memorant.

dictus esse videtur. *Threca*] i. e. Θρῄκη, e coni. dedi. *treca* FHc. *trecha* G. *tēca* a. *trita* b. Tacitus Bekkeri, Ann. II, 64—66., *Thraecia*, ut poëtae saepius. *Moero*] b. ut vid., et c. fort. *muro* Fa. *maro* GH.

15. *quidque*] FG. *quisque* b. *quicquam* a. *quiquam* H. *quidquam* c. *usque id emit*] i. e. praeco, cum opus aliquod locat, id a conductoribus emere dici potest, quod opus praestandum certa pecunia soluta reipublicae acquirit. In hoc emendi negotio eo usque procedit, dum pretium certo loco consistit. Ita ut locum explicarem, suasit G o e s c h e n i u s.

16. *naturae*] *natura* codd. *caelum et terra*] De eadem rerum divisione Varro ap. Augustin. de C. D. VII, 6. *ac*] FGabc. om. H. Uncis inclusit Spengel., non recte, nam Asia provincia constabat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia; Ionia plerasque civitates liberas habuisse videtur. Utraque est in Asia minore, quae a Varrone *pars Asiae* dicitur.

17. *Hoc vide*] Apud Ciceronem de N. D. II, 36, 91. Pacuvius: *Hoc quod memoro nostri caelum, Graii perhibent aethera.* Quod memoriter scripsisse Ciceronem puto. Contra Bothe P. Sc. L. V, 1. p. 112. cum G. I. Vossio a Varrone adiectum esse volt verba *Id quod.* *Lu-*

(9) A qua bipartita divisione Lucilius suorum unius et viginti librorum initium fecit hoc:

28 *Aetheris et terrae genitabile quaerere tempus.*

8 **18.** Caelum dictum scribit Aelius, quod est caelatum: aut, contrario nomine, celatum, quod apertum est. Non male, quod prius* multo potius a caelo quam caelum a caelando; sed non minus illud alterum de celando potuit dici, quod interdiu celatur, quam quod noctu non celatur. **19.** Omnino ego magis puto a Chao choum, hinc cavum *et hinc caelum, quoniam, ut dixi, *hoc circum supraque, quod complexu continet terram* cavum caelum. Itaque dicit Andromacha nocti:

29 * *Quae cava caeli signitenentibus conficis bigis;*

et Agamemnon:

in altisono caeli clipeo,

cavum enim clipeum; et Ennius item ad cavationem:

caeli ingentes fornices.

cilius] coni. Scaliger. *Lucretius* codd. Eadem nominum confusio VII, 94. De qua egerunt etiam Eichstad. de vita et carm. Lucretii p. LXV sq. Alb. Forbiger. de T. Lucretii Cari carm. dissertatio p. 77. Osann. ad Caecil. Apulei. p. 18. Necdum locus persanatus videtur.

18. *Aelius* hic est Stilo, Grammaticorum Romae ante Varronem doctissimus, non Gallus, qui de verborum ad ius civile pertinentium significatione scripsit. Hunc interpolati libri Varroni obtrudunt; de illo Gellius X, 21. conferendus cum Varron. VI, 59. Plinius N. H. II, 5. hanc caeli a caelando derivationem ipsi Varroni tribuit. *contrario nomine*] FGHa. i. e. *κατ' ἀντίφρασιν*. *a contrario nomine* bc. ut videtur. *celatum*] b. *caelatum* cett. *prius*] coni. posui. *posterior* codd. unde Spengel. *posterius*. Sed etiam hoc sensum pervertit, et poterant librarii primam literam v. prius pro compendio praepositionis post habere. *de celando ... celatur ... celatur*] coni. *de caelando ... caelatur ... caelatur* codd. Sed Varro dicit, non opus esse illa *κατ' ἀντίφρασιν* derivatione, sed, si caelum a celando dictum sit, potuisse hoc fieri, quod stellae in caelo fixae interdiu solis splendore obscurentur. Sed postea ipse hanc etymologiam improbat.

19. *ego*] bc. *eo* cett. *chouin*] FG. *chorum* H. *chouum* a. *conum* b. in c. glossema: *chonoavum hodie dicimus.* Festus: *cohum poëtae coelum dixerunt a chao, ex quo putabant coelum esse formatum.* Cohum alii dixerunt choum, ut inchoo alii incoho. *hinc cavum**] coni. addidi, propter ea quae secuntur. *Andromacha*] F. ut vid. *androma* GHac. *andromada* b. *Andromeda* Scaliger. Andromachae Ennii tribuit G. I. Vossius, v. Bothe P. Sc. L. V, 1. p. 36. *in altisono*] De hoc Ennii ex Iphigenia fragmento v. VII, 72. *caeli ing.*] cf. Cic. de Orat. III, 40. Bothe P. Sc. L. V, 1. p. 77.

20. **Quare** ut a cavo **cavea** et **caullae** et **convallis**, cavata vallis: et **caelum** a cavatione; ut 30
cavum sit ortum, unde omnia apud Hesiodum, a **Chao**, a cavo **caelum**.

21. **Terra** dicta ab eo, ut Aelius scribit, quod 4
teritur; itaque terra in Augurum libris scripta cum R uno. Ab eo colonis locus communis qui prope oppidum relinquitur, **territorium**, quod maxime teritur; hinc linteum quod teritur corpore, **extermentarium**; hinc in messi **tritura**, quod tum frumentum teritur, et **trivolum**, qui teritur: hinc fines agrorum **termini**, 31
quod eae parteis propter limitare iter maxime teruntur; itaque hinc, quod is in Latio aliquot locis dicitur, ut apud Accium, non terminus sed termen, hinc Graeci quoque τέρμονα; pote vel illinc; Euander enim, qui in Palatium venit, e Graecia Arcas. 22. **Via** sicut* **iter**, quod ea vehendo teritur, iter itu; **actus** 32
quod agendo teritur; etiam **ambitus** est quod circumeundo teritur, nam ambitus circuitus, ab eoque XII Tabularum interpretes ambitus parietis circuitum esse 9
describunt. Igitur tera **terra**, et ab eo poëtae appellarunt summa terrae quae sola teri possunt, **sola**

20. *caullae*] Scaliger. *cavile* Fac. *cavillae* GH. *caville* b. *et caelum a cavatione*] coni. *et cavete cavitione* FGHab. *et cavace cavicione* c. *a cavo*] *a* om. codd. Ad h. l. cf. Apulei. de diphth. p. 135. Os.

21. *Augurum libris*] De his dixi Rerum Etruscarum III, 5, 5. *messi*] ac. *messe* cett. ut vg. *qui*] G. Augustinus in mg. ex libris. *quod* FH. *quo* cett. Hoc *qui* Varro adhibere solet instrumentali, ut ita dicam, casu. v. V, 124. 166. VI, 82. *hinc quod is in Latio*] coni. *hoc cum his* (*is* c.) *in latino* (*latio* F.) codd. *hoc cum in latino is* a. De *his* v. ad §. 13. De confusis *quom* et *quod* v. Praef. *hinc Graeci quoque τέρμονα; pote vel illinc*] coni. *hoc Graeci quod termona. pote vel illinc* F. *hoc Graeci quod* G. et sic in cett. plus minusve verborum deest propter Graecum τέρμονα et sequentia non intellecta. Concedit Varro, Latinum terminus posse etiam profectum esse a Graeco τέρμων.

22. *via sicut**] coni. *vias quidem* Fac. *via siquidem* G. *vita siquidem* H. *via quidem* b. Meae lectioni officit, quod non intelligitur, quid viae commune sit cum terendo, nam de vocabulis a terendo derivatis loquitur Varro. Pape Lect. Varr. p. 56. 57. quomodo locum interpretetur, non satis assequor. Restat aliquid vitii. *itu*] coni. *iterum* codd. Sed v. V, 35. et Digestor. VIII, 3. Itus, aditus, ambitus ad monumenta notus est. *ambitus*] cf. Festus s. v. Heineccii Antiqu. Rom. II, 3, 4. *sola teri*] *solo teri* coni. Turneb. Scaliger.

terrae. **23.** Terra ut putant eadem et **h u m u s**;
(10) ideo Ennium in terram cadentis dicere:

cubitis pinsibant humum.

33 Et quod terra sit humus, ideo is **h u m a t u s** mortuus, qui terra sit obrutus. Ab eo, quom Romanus combustus est, si in sepulcrum eius abiecta gleba non est, aut si os exceptum est mortui ad familiam purgandam, donec in purgando humo est opertus (ut Pontifices dicunt, quoad inhumatus sit), familia funesta manet. Et dicitur
40 **h u m i l i o r** qui ad humum | demissior, infimus **h u m i l-**
(12) **l i m u s**, quod in mundo infima humus.

24. **H u m o r** hinc; itaque ideo Lucilius:

Terra abit in nimbos imbremque;

41 Pacuvius:

terra exhalat auram atque auroram humidam

humectam. Hinc ager **u l i g i n o s u s** humidissimus; hinc **u d u s** uvidus; hinc **s u d o r**, quod fluit* deorsum in terram. **25.** Unde sumi pote, **p u t e u s**, nisi potius quod Aeolis dicebant, ut *πύταμον τὸν ποταμὸν**,

23. *Ennium*] *Enium* c. *Ennius* cett. Locus ap. Both. P. Sc. L. V, p. 77. Homericum ἕλε γαῖαν ἀγοστῷ recte confert Turnebus. *quom*] coni. *quod* codd. *quia* b. *quod quom* Scaliger. *si*] addidi cum Turnebo. *sepulcrum* locus vocatur ab eo ipso tempore, quo gleba in os iniecta erat, Cicerone teste. Ea glebae in os iniectio relicta erat, antiquorum populorum more, ex antiquiore inhumationis usu. Exceptum autem dicitur os, ut puto, cum ad sacra, quibus purgabatur familia, facienda os, id est calva corporis cremati, supra terram extra sepulcrum relinquebatur. Ceterum v. Intpp. ad Cicer. de Legg. II, 22. a Turnebo inde, ap. Moser. p. 679. *quoad*] vg. *quod* FGab. De foliis transpositis, hic ordini suo restitutis, v. Praef. *qui*] coni. *quae* codd. *infima humus*] nam ut Varro ap. August. de C. D. VII, 6. aether summus, tum aër, deinceps aqua, infima humus.

24. *abit*] abc. ut Augustinus emendaverat. *abiit* cett. *Lucilius*] Lucilii reliquiae coll. F. Dousa Incert. 96. p. 12. *sola terrae*] Post haec verba Spengel. Emend. Varr. p. 18. inculcat locum: *Ager dictus* usque ad *fidem praestant* (§. 34—40.). Non assentio, quod hoc loco, ubi de terra universa dicit, melius humus ei adiungitur, quam ager; infra, postquam divisionem terrae fecerat, agrorum genera et partes iustiore loco explicantur. Quanquam ultro concesserim, locos hos omnes: de humore, de terrae divisione, de agri generibus, de Septimontio, de agri Romani divisione, a Varrone melius disponi potuisse. *Pacuvius*] Locus inter incerta ap. Bothium P. Sc. L. V, 1. p. 148. *quod fluit*] Sic, ne locus, coniecturis multum vexatus, sine sensu relinqueretur, scripsi. *quamvis* codd. *terram*] b. *terra* cett.

25. *ut πύταμον τὸν ποταμὸν, sic πύτεον a potu*] Buttmannus probabiliter. *ut ποταμὸν (potamon* GH. *potamen* a. *paca-*

sic *πύτεον* a potu, non ut nunc *φρέαρ*. **A** puteis op- 42
pidum **Puteoli**, quod incircum eum locum aquae frigidae et caldae multae; nisi a putore potius, quod putidus odor ibi saepe ex sulphure et alumine. **Extra** 12
oppida a puteis **puticoli**, quod ibi in puteis obruebantur homines, nisi potius, ut Aelius scribit, **puticulae** quod putescebant ibi cadavera proiecta. **Qui** locus publicus ultra Exquilias, itaque eum Afranius **subluculos** * in togata appellat, quod inde suspiciunt perpetuo lumen. **26. Lacus** lacuna magna, ubi aqua contineri potest. **Palus** paululum aquae in alti- 43
tudinem, et palam latius diffusae. **Stagnum** a Graeco *στεγνόν*, quod non habet rimam; hinc ad villas rotunda stagna, quod rotundum facillime continet, anguli maxume laborant. **27. Fluvius** quod fluit, item **Flumen**, a quo Lege praediorum urbanorum scribitur:

Stillicidia fluminaque ut fluant ita cadantque.

Inter haec hoc interest, quod **stillicidium** eo quod 44
stillatim cadat; **flumen** quod fluit continue. **28. Amnis** id flumen quod circuit aliquid; nam ab ambitu amnis; ab hoc qui circum Aternum habitant, **Amiternini** appellati. Ab eo qui populum candidatus cir-

men bc.) *sic potura potu* (*potum* GH.) codd. *nisi potius quod Aeoles dicebant πύτεον, ut ποταμόν sic poteum a potu* Boeckhius. Cf. VI, 84. et Rer. divinar. XIV. ap. Gell. I, 18. *φρέαρ*] *ΦPE* F. om. cett. *Puteoli*] *ut puteoli* codd. *odor ibi*] coni. *odoribus* codd. *Aelius*] Eiusdem loci vestigia quaedam extant apud Festum s. v. puteum p. 200. Lindeman. Restituit hunc Ursinus ex Varrone, sed Aelium pro Stilone (ad §. 18.) Gallum dixit. *puticulae*] codd., an non recte dubito, cum apud Festum *puticuli* fuisse videatur. *Afranius*] Bothe P. Sc. L. V, 2. p. 200. *subluculos**] coni. scripsi propter Varronis explicationem. *cuticulos* codd.

26. *non habet rimam*] Scaliger. *nomen* (*non* c.) *habet primam* codd. *maxume*] G. *maxime* cett.

27. *fluminaque*] vg. *flumina quae* codd., nisi forte abc. *que* habent. *flumina, aquae* coni. Scaliger. Hanc legem sive formulam, qua in servitute stillicidii constituenda utebantur, integram a Varrone exhiberi non necesse; neque opus ut interiiciatur *uti nunc sunt* (Heinecc. Antiq. Rom. II, 3, 5.), vel scribatur, quod suasit Spengelius: *still. fluminaque uti nunc fluunt caduntque, ut ita fluant cadantque.*

28. *aliquid*] Hab. *aliquod* Fc. *aliquot* G. *Aternum*] vg. *alterunum* Fc. *alterum annum* H. *aliter unum* G. *alterum* ab.

cum it, ambit; et qui aliter facit, indagabili † ex ambitu causam dicit. Itaque Tiberis amnis quod ambit Martium campum et Urbem. Oppidum Interamna dictum, quod inter amneis est constitutum;
45 item Antemnae, quod ante amnis, qui Anio, influit in Tiberim: quod bello male acceptum consenuit. 29.
(13) Tiberis quod caput extra Latium, si inde nomen quoque exfluit in linguam nostram, nihil ad ἐτυμολόγον Latinum; ut quod oritur ex Samnio Volturnus, nihil ad Latinam linguam; at, quod proxumum oppidum ab eo secundum mare Volturnum, ut ad nos iam, ut Latinum vocabulum: ita Tiberinus nostrum*; et colonia enim nostra Volturnum, et deus Tiberinus.
13 30. Sed de Tiberis nomine anceps historia; nam
46 suum Etruria, et Latium suum esse credit; quod fuerunt qui ab Thebri vicino regulo Veientum dixerunt

it] a. ut vid., ut vg. *id* codd. *indagabili* †] codd. Sed nihil corruptius. Inter alia proponi poterat: *interrogatus lege ambitus;* ut apud Sallustium est: *interrogare aliquem legibus ambitus.* Ita *aliter facit* perinde esset ac si dixisset: qui non tantum populum circumit, sed sodalitia conducit, et similia. *qui Anio*] coni. Spengelius. *quanto* codd. In omittendo verbo substantivo magna est Varronis licentia. Cf. §. 58. *neque ii Samothraces dei, qui Castor et Pollux*, et similia saepe.

29. *ad ἐτυμολόγον*] *ad* coni. addidi. Graecam vocem solus servavit F. *at*] vg. *ad* codd. *proxumum*] *proxumumum* G. *proximum* cett. *ut ad nos*] *ut* coni. addidi. Constructio eadem quae saepe in Varrone observatur. Praeponere solet relativa membra iis unde pendent, ut in his ipsis: *Tiberis quod caput extra Latium, si inde nomen quoque exfluit in linguam nostram.* v. VIII, 3. IX, 3. 69. *ut Latinum*] coni. *ad Latinum* codd. *ita*] coni. *ut* codd. *nostrum*] coni. codd. *non*, quod a compendio n r m cum lineola supra literam r non multum distat. *Volturnum*] vg. *Volturnus* codd.

30. *ab*] codd. nisi quod a. habet *a.* Item V, 71. *ab Tiberi*, 137. *ab terra.* 169. *ab tribus.* VI, 14. *ab Tusculanis.* IX, 81. *ab tressibus.* Vereor ne his omnibus locis *abs* ponendum sit, quanquam id eo tempore, Cicerone teste, tantum in accepti tabulis manebat. Nam Varro in usu harum formarum, ubi vocabula disiuncta coeunt, easdem fere leges observasse videtur, quas lingua Latina in componendis vocabulis. Quocirca *ab* praeter vocales etiam liquidas *l* et *r* et sibilantem *s* antecedere solet, *ab lacu*, *ab ritu*, *ab sue*, ut dicitur ablego et abrumpo et absisto. Rarius cum *n* iungitur, nunquam cum *m*, sed dicitur *a magnitudine*, *a muro*, ut amoveo. Inter medias *d* saepe a Varrone committitur cum *ab*, *ab decem*, *ab diis*, ut in abdo et abdico. Sed ut abtraho et abterreo non admissum est (puto quia *b* ante *t* pronunciando *p* fieret, et praepositio ab hanc mutationem refugit): ita mihi persuadere non possum, *ab terra* a Varrone scriptum esse, sed *abs terra* sicut abs te. Forma *a*, cum lingua senescente magis evalesceret, saepe pro antiquiore ab posita est. Sic quo

appellatum Thebrim; sunt qui Tiberim priscum nomen Latinum Albulam vocitatum literis tradiderunt, posterius propter Tiberinum regem Latinorum mutatum quod ibi interierit, nam hoc eius ut tradunt sepulcrum.

31. Ut omnis natura in caelum et terram divisa 6
est, sic caeli regionibus terra in Asiam et Europam. Asia enim iacet ad meridiem et austrum, Europa ad septemtriones et aquilonem. Asia dicta a Nympha, a qua et Iapeto traditur Prometheus. Europa ab 47
Europa Agenoris, quam ex Phoenice Mallius scribit taurum exportasse, quorum egregiam imaginem ex aere Pythagoras Tarenti fecit. 32. Europae loca multae incolunt nationes. Ea fere nominata aut translaticio nomine ab hominibus, | ut Sabini et Lucani, 33
aut declinato ab hominibus ut Appulia et Latium: 34
utrumque ut Etruria et Tusci. Qua regnum fuit Latini, universus ager dictus Latium, particulatim oppidis cognominatus, ut a Praeneste Praenestinus, ab Aricia Aricinus. 33. Ut nostri Augures publici disserunt, agrorum sunt genera quinque, Romanus, Gabinus, Peregrinus, Hosticus, Incertus. Romanus dictus, unde Roma, ab Romulo. Gabinus ab oppido Gabis. Peregrinus ager pacatus, qui extra Romanum et Gabinum, quod uno modo in his 35

loco Varro (VI, 59.) *ab novo* scribit, eodem Gellius X, 21. *a novo.* VIII, 26. librarii verba *ab luo luam* in *abluo abluam* mutaverunt. Quapropter forma *ab*, ubi unus modo probus codex obtulerit, recipienda erit. *Veientum*] H. ut vid. *vehientum* Fb. *vehentum* c. *vinietium* G. *veientium* a.

31. *Agenoris*] GHabc. *filia* vg. add. quod nescio an non habeat F. *Mallius*] *Manlius* G. fort. ac. *Manilius* Bentinus. *Pythagoras* est notissimus artifex, Myronis aemulus, non, de quo Lobeck. Aglaopham. p. 924. cogitat, philosophus Samius. De eadem statua Tatianus c. Graec. c. 53. *declinato*] codd. *declinata* ut vg. Spengel. *Tusci*] Scaliger. *tuscia* codd. *Latium*] vg. *latius* codd., quod ab hoc sermonis genere abhorret.

33. *publici*] FGc. *publice* Hab. *publicei* Scaliger, probabiliter. V. ad VIII, 36. 50. *ab Romulo*] *ab* (*a* ab.) *romo* Fabc. *Gabis*] FHabc. *gabiis* G. Varro haec et similia ex vulgari sermone, contractionis amantissimo, retinuisse videtur. Sic boni codd.: *Publicis* V, 158. *Esquilis* 159. (Ga.) *Faleris* 162. (F.) *praeverbis* VI, 38. (ab.) *mysteris* VII, 34. (Ha.) Minus probanda *censoris* VI, 86. (H.) et *volun-*

secuntur auspicia. Dictus peregrinus a pergendo, id est a progrediendo; eo enim ex agro Romano primum progrediebantur. Quocirca Gabinus quoque peregrinus, sed quod auspicia habet singularia, ab reliquo discretus. Hosticus dictus ab hostibus. Incertus is ager, qui de his quatuor qui sit, ignoratur.

34. Ager dictus in quam terram quid agebant,
36 et unde quid agebant fructus causa: alii quod id Graeci
10 dicunt ἀγρόν. Ut ager quo agi poterat, sic qua agi actus. Eius finis minimus constitutus in latitudinem pedes quatuor, fortasse an ab eo quatuor, quod ea quadrupes agitur; in longitudinem pedes CXX; in quadratum actum et latum et longum esse CXX. Multa antiqui duodenario numero finierunt, ut XII decuriis actum. 35. Iugerum dictum iunctis duo-
37 bus actibus quadratis. Centuria primo a centum iugeribus dicta, post duplicata retinuit nomen, ut tribus multiplicatae idem tenent nomen. Ut qua agebant,
(11) actus: sic qua vehebant, viae dictae; quo fructus convehebantur, villae; qua ibant, ab itu iter appellarunt, qua id anguste, semita ut semiter dictum.

taris IX, 35. (a.) Cf. notata ad V, inscr. et §. 13. *secuntur*] G. *seruntur* cett. *feruntur* vg. *Sequuntur* Varronem neque dixisse, neque scripsisse certum videtur (cf. ad V, 2.), sed vel *sequontur*, vel *secuntur*, ut *loquontur* et *locuntur*, *reliquom* et *relicum*. Hoc *secuntur* librarios fefellisse videtur. *Sequi auspicia* eodem sensu dictum puto, quo sequi leges, sequi rationem. *quoque*] Scaliger. *quo sive* (*sine* b.) codd. *quod*] Turnebus. *quos* codd. *habet*] Turnebus. *habent* codd. Dixi de h. l. Rerum Etruscarum III, 5, 4.

34. *alii quod*] Spengel. e lectione *aliquod* FGc. *aliquid* Ha. om. b. An fortasse Varro scripsit *ali* (ut idem) *quod?* *quo*] Turneb. Sciopp. *quod* codd. *fortasse an*] v. VII, 40. VIII, 7. Scaliger ad Varr. de R. R. III, 6. p. 240. ed. Durdrecht. *esse*] coni. Spengel. *esset* codd. Cf. V, 46. *Ab eis dictus vicus Tuscus, et ideo ibi Vortumnum stare;* et supra §. 23. VI, 64.

35. *Iugerum*] cf. de his Niebuhr. R. H. II, p. 705. ed. sec. *Centuria* rectius explicatur a Niebuhrio R. H. II, p. 177., Varrone ipso, de R. R. I, 10. docente, centurias fuisse centenorum herediorum, heredia binorum iugerum. *primo a*] vg. *primo* G. *primum* H. *prima* cett. *tribus*] vg. *tribus actibus* codd. Locum Varronis exprimit Columella de R. R. V, 1. *qua agebant*] Augustinus ex libris. *quo agebant* codd. *viae*] vg. *actus viae* codd. Idem etymon *viae* s. *veae* de R. R. I, 2, 14. *ab itu*] vg. *ab abitu* (*habitu* Fc.) codd.

36. Ager cultus ab eo quod ibi cum terra semina coalescant, ut inconsitus, incultus. Quod primum ex agro plano fructus capiebant, campus dictus; posteaquam proxima superiora loca colere coeperunt, a colendo colles appellarunt; quos agros non colebant 38
propter silvas aut id genus, ubi pecus posset pasci et possidebant; ab usu suo saltus nominarunt. Haec etiam Graeci νομάς, nostri nemora. 37. Ager quod videbatur pecudum ac pecuniae esse fundamentum, fundus dictus; aut quod fundit quotquotannis multa. Vineta ac vineae a vite multa. Vitis a vino, id a vi; hinc vindemia, quod est vinidemia aut vitidemia. Seges ab satu, id est semine. Semen quod non plene id quod inde; hinc seminaria; sementem, item alia. Quod segetes ferunt, fruges; a fruendo fructus; ab spe spicae, ubi et culmi, quod in summo campo nascuntur, et summum cul- 39
men. 38. Ubi frumenta secta, ut terantur et 11
arescant, area. Propter horum similitudinem in urbe loca pura areae; a quo potest etiam ara deum, quod pura; nisi potius ab ardore, ad quem ut sit, fit ara; a quo ipso area non abest, quod qui arefacit ardor est solis. 39. Ager restibilis qui restituitur ac reseritur quotquotannis; contra qui intermittitur, a

36. *coalescant*] coni. *coalescebant* codd. *ut*] Hb. *et* FGa. om. H. Post codd. addunt *ab* quod omisi. Hinc orta vulgata: *et ab eo quod inconsitus.* *posset*] scripsi. *possit* codd. *possidebant*] Festus p. 209. Lindem. *possessiones appellantur agri late patentes publici privatique, quia non mancipatione, sed usu tenebantur, et ut quisquam occupaverat, collidebat (colebat).* Cf. Niebuhr. R. H. II. p. 162., qui etiam nostro loco uti poterat.

37. *plene*] coni. *plane* codd. Varro semen a semis dictum putat. *sementem*] FGab. *sementum* Hc. *sementes* vg. Sed reliqui illud, quia et aliis locis oratio in accusativum abruptius transit, ita ut modo passivum *dicitur*, modo activum *dicunt* supplendum sit. V. V, 88. 142. *fructus*] h. v. Varro infra V, 104. a ferundo ut fruamur dictum censet; ita ut sibi non satis constare videatur.

38. *potest ara deum*] *esse* addit b., ut vg. Sed non opus est. Nam Varro saepius sic: *possunt in Latio quoque haec eadem ficta* V, 96. *id a θριάμβῳ potest dictum* VI, 68. *potest id ab acciendo* VII, 58. Cf. V, 118. VI, 58. 60. VII, 75. Item: *hoc primum debuit pastoribus caseus*, intellige *esse*, V, 108.

novando novalis. Ager arvus et arationes ab arando; ab eo quod aratri vomer sustulit, sulcus; quo ea terra iacta id est proiecta, porca. 40. Prata dicta ab eo, quod sine opere parata. Quod in agris
40 quotquotannis rursum facienda eadem, ut rursum capias fructus, appellata rura. *Dividit illico Siccius**, scribit Sulpicius, *plebei rura largiter ad aream*. Praedia dicta, item ut praedes, a praestando, quod ea pignore data publice mancupis fidem praestent.
5 41. Ubi nunc est Roma, erat olim Septimon-
(12) tium, | nominatum ab tot montibus, quos postea urbs
47 muris comprehendit. E quis Capitolium dictum, quod hic, quom fundamenta foderentur aedis Iovis, caput humanum dicitur inventum. Hic mons ante
48 Tarpeius dictus a virgine Vestale Tarpeia, quae ibi ab Sabinis necata armis et sepulta; quoius nominis monimentum relictum, quod etiam nunc eius rupes Tarpeium appellatur saxum. 42. Hunc antea montem Saturnium appellatum prodiderunt, et ab eo *late Saturniam terram*, ut etiam Ennius appellat. Antiquum oppidum in hoc fuisse Saturnia scribitur. Eius vestigia etiam nunc manent tria: quod Saturni

39. *arationes*] i. e. agri publici qui decumis impositis ab aratoribus colebantur: qua de re Turnebus ad h. l. prudenter agit. *porca*] Aliter Varro de R. R. I, 29. *dicitur porca quod ea seges frumentum porricit.*

40. *illico Siccius**] coni. *in eos eius* codd. Cogitavi de L. Siccio, qui cum Icilio legem de Aventino publicando pertulerat. *Illico* suasit Blumius. *Sulpicius* quis sit, incertum. Servius Sulpicius Rufus Ictus, Varronis aequalis, a Turnebo intelligitur. *largiter*] F. *largitur* cett. ut vid. omnes. *pignore*] codd. *pignori* vg. Est ea formula inter solennes, in quibus dativi antiqua forma servata est. Cf. *Praetor*, *qui praeiret iure et exercitu* V, 81. *qui dant quique accipiunt foenore* Plaut. Curcul. IV, 1, 19. Alia Schneider. Gramm. Lat. II, 1. p. 202. *mancupis*] coni. Ribbentrop. *mancupes* codd. *mancupi* Vertranius.

41. Ad locum de Urbe lectiones excerpti Cassinensis affert, et de iis disputat Io. Bapt. Morgagnus (*Raccolta d' opuscoli scientif. Venet.* T. IV. p. 3 sqq.). Nuper de eo quaesitum est in Boettigeri „*Kunst und Alterthum*" Fasc. 1. p. 69. et a Bunsenio in Descr. Urbis Romae. T. I. p. 688 sqq. *erat olim*] addidi. Similiter Spengel. Emend. Varron. p. 18 n. *Septimontium*] F. referente Niebuhrio R. H. I. p. 400. ed. sec. Turnebus. *septem montium* cett. Cf. Festus s. vv. Sacrani et Septimontium.

42. *Ennius*] in Annalibus. Ennii Annalium fragmenta post Meru-

fanum in faucibus; quod Saturnia porta, quam Iunius (14)
scribit ibi, quam nunc vocant Pandanam; quod post
aedem Saturni in aedificiorum legibus privatis parietes
postici muri sunt scripti. 14

43. A v e n t i n u m aliquot de causis dicunt. Naevius ab avibus, quod eo se ab Tiberi ferrent aves; 49
alii ab rege Aventino Albano, quod ibi sit sepultus;
alii adventinum ab adventu hominum, quod commune
Latinorum ibi Dianae templum sit constitutum. Ego
maxume puto, quod ab advectu; nam olim paludibus
mons erat ab reliquis disclusus, itaque eo ex urbe advehebantur ratibus: quoius vestigia, quod ea, qua tum
vehebantur, etiam nunc dicitur V e l a b r u m, et, unde
escendebant, ad infumam novam viam locus sacellum 50
Velabrum. **44.** V e l a b r u m a vehendo. Velaturam facere etiam nunc dicuntur, qui id mercede faciunt.
M e r c e s dicitur a merendo et aere. Huic vectura*
quadrans; ab eo Lucilius scripsit:

Quadrantis ratiti,

quia ratibus transibant.

45. Reliqua Urbis loca olim discreta, quom Ar- 8
georum sacraria in septem et XX partis urbis sunt dispo-

lae curas ed. E. S. L. I. v. 125. *in faucibus*] erat *παρὰ τῇ ῥίζῃ τοῦ λόφου κατὰ τὴν ἄνοδον τὴν ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς φέρουσαν εἰς τὸ Καπιτώλιον*, ut Dionys. Hal. I, 34., sive in ima parte convallis inter arcem et Capitolium. *Iunius*] cf. ad VI, 33. *quod post aedem*] Etiam hoc in vestigiis Saturniae urbis, quod parietes post aedem Saturni versus Capitolium in legibus aedificiorum privatis (quibus de aedificiis exstruendis constituebatur, ut in Puteolana parieti faciundo lege ap. Gruter. p. 207.) *postici muri*, tanquam ad posticam Saturniae regionem pertinentes, dicebantur. Hinc corrigenda Descr. Rom. I. p. 145 sq.

43. *Naevius*] Bothe P. Sc. L. V, II. p. 26. *adventinum*] coni. *aventinum* codd. *maxume*] G. *maxime* cett. *advectu*] F. *aventu* a. *adventu* bc. *adventum* H. *eventu* G. **vehebantur, etiam nunc**] addidi coni. *ea qua advectum, dicitur*, coni. Spengel. Emend. Varron. p. 11. *infumam*] coni. Spengel. Turnebum fere secutus. *rumam* F. *funam* H. *fimam* Ga. *finam* bc. De infima nova via Gell. XVI, 17. (coll. Liv. V, 32. 50. 52.) et infra VI, 24. *Velabrum*] coni. *labrum* codd.

44. *vectura*] coni. *vecturae qui ratibus transibant* codd. Hinc verba: *quia ratibus transibant* post *ratiti* transposui. *Lucilius*] Rel. coll. F. Dousa, Inc. 100. p. 13. cf. Festus s. v. Ratitum quadrantem p. 228. Lind.

45. *partis*] Gac. *partes* cett. Accusativus *partis* VIII, 44. IX, 34. X, 17. 20. *parteis* V, 55. IX, 30. X, 6. 18. *sunt*] G. et abc. ut vid.

51 sita. **Argeos** dictos putant a principibus, qui cum Hercule Argivo venere Romam et in Saturnia subsederunt. E quis prima est scripta regio Suburana, secunda Exquilina, tertia Collina, quarta Palatina.

46. In Suburanae regionis parte princeps est **Caelius** mons, a Caelio Vibenno Tusco duce nobili, qui cum sua manu dicitur Romulo venisse auxilio contra Tatium regem: hinc post Caelii mortem, quod nimis munita loca tenerent neque sine suspicione essent, deducti dicuntur in planum. Ab eis dictus vicus **Tuscus**,
52 et ideo ibi Vortumnum stare, quod is deus Etruriae
15 princeps. De Caelianis qui a suspicione liberi essent, traductos in eum locum, qui vocatur **Caeliolus**, cum Caelio nunc coniunctum. 47. Huic iunctae* Carinae et inter eas quem locum Ceroliensem appellatum apparet, quod primae regionis quartum sacrarium scriptum sic est:

Ceroliensis, quarticeps circa Minervium qua e Caelio monte iter in Tabernola est.

(15) **Ceroliensis** a Carinarum iunctu dictus **Carinae**,
53 postea **Cerolia**, quod hinc oritur caput **Sacrae**

sint cett. Ex hoc loco sumere solent, urbem tum fuisse divisam in septem et viginti partes: quod Varronis verbis non significatur. Sed sacraria tantum disposita sunt. *venere*] *venerunt* G. *Suburana*] vg. et c. ut vid. *suburbana* cett. codd.

46. *Caelio*] F. *coele* GH. *cele* a. similiter bc. *Tatium*] em. Fr. Puccius. *Latinum* codd. *Caelii*] codd. ut vid. omnes (*celii* G.) *cum Caelio nunc*] coni. Bunsen. p. 691. *cum Celion*, supra *n.* addito *c*, F. ex collatione Niebuhrii. *quom caelion* G. *cum coelion* H. *cum celion* ac. *in celio* b.

47. *Huic iunctae**] addidi e coni., unde, quomodo locus truncari potuerit, appareret. *Huic* ad Caelium montem pertinet. *Ceroliensem*] vg. *ceroniensem* codd., praeter G. qui *cironiensem*. *Ceroliensis*] *cerolienses* FGHc. *cerulienses* a. *ceruliensis* b. *quarticeps*] vg. *quae* (*que* b.) *triceps* codd. *e*] coni. *in* codd. *iter*] coni. *itir* G. *itur* cett. Bunsen. p. 692. mavolt ut locus sic suppleatur: *qua in Celio monte* (vel *in Celium montem*) *itur: via sinistra in tabernola est.* Hoc Minervae Captae delubrum erat, *Caelius ex alto qua mons descendit in aequum, Hic ubi non plana est, sed prope plana via est.* Ovid. F. III, 835. *postea Cerolia*] Pro his et sqq. Bunsen. p. 693. *Postea sacra via, quod hinc oritur etc.* (intellige: eo loco sacrarium Argeorum est). Me quin in sententiam viri egregii pedibus eam, retinet praeter alia, quod sic Ceroliensis nomen inexplicatum relinquitur. Varroni autem, qui Urbis loca hactenus tantum enarrat, ut nominum etyma explicet, frigidus etiam in stirpe investiganda lusus potior videbatur quam nullus conatus. Ita esse,

Viae ab Streniae sacello, quae pertinet in Arcem, qua sacra quotquot mensibus feruntur in Arcem, et per quam Augures ex Arce profecti solent inaugurare. Huius Sacrae Viae pars haec sola volgo nota, quae est a foro eunti primore clivo. 48. Eidem regioni attributa Subura, quod sub muro terreo Carinarum: in ea est Argeorum sacellum sextum. Subura Iunius scribit ab eo, quod fuerit sub antiqua Urbe: quoi testimonium potest esse, quod subest ei loco qui Terreus murus vocatur. Sed ego a pago potius Succusano dictam puto Succusam: *quod in nota etiam* nunc 54
scribitur tertia litera C non B. Pagus Succusanus quod succurrit Carinis.

49. Secundae regionis Exquiliae. Alii has scripsere ab excubiis Regis dictas: alii ab eo quod excultae a rege Tullio essent: *alii ab aesculetis.* Huic origini magis concinunt loca vicini, quod ibi Lucus dicitur Facutalis et Larum et Querquetulanum sacellum et Lucus Mefitis et Iunonis Lucinae: quorum angusti fines: non mirum, iamdiu 55
enim late avaritia nunc est. 50. Exquiliae duo

multi Varronis loci fateri cogunt. *Cerolia*] Turnebus. *Cerionia* codd. *Arcem qua*] vg. *arce* (cum lineola c.) codd. *arte* b. *Huius Sacrae Viae*] De eadem re Festus p. 238. Lindem.: *Itaque ne eatenus quidem, ut vulgus opinatur, sacra appellanda est a Regia ad domum Regis sacrificuli, sed etiam a Regis domo ad sacellum Streniae, et rursus a Regia usque in Arcem.* *primore*] Aldina. *primoro* codd. *proximoro* esse in F., si recte intelligo, dicit Bunsen. p. 693., qui coni. *proxima sacro.*

48. *in ea*] vg. *in eo* codd. **quod in nota etiam**] coni. addidi, coll. Quintil. Inst. I, 7. Accedit auctoritas Bunsenii p. 694.

49. *Exquiliae*] scripsi. *esquiliae* G. *esquilie* b. *exquilinae* ut vid. cett., quod Spengel. p. LXVIII. praeferre videtur. Sed iidem §. 50. *Exquiliae.* *scripsere*] F. *scripserunt* cett. *Tullio*] vg. *tullo* (*nillo* H.) codd. De Servii domo in Exquiliis v. Solin. I, 25. Liv. I, 48. Varro V, 159. Festus s. v. Patricius vicus. **alii ab aesculetis**] coni. addidi. Assentitur Bunsen. p. 696. *Lucus*] vg. et c. ut vid. *locus* GHab. *lacus* F. et excerpt. Cassinense. *dicitur*] a. et excerpt. Cassinense. om. cett. *Facutalis*] *falcultalis* G. *facutalis* cett. *fagutalis* vg. Fortasse an Varro in antiquis nominibus interdum vetustam literaturam, in qua c pro g erat, servaverit. Certe §. 50. *facutalem* servandum erat: quanquam *ficulinis* contra libros scribere non audeo. *et ante Querquet.*] coni. addidi. *est post Querq.* exc. Cassin. *nunc*] Fb. ut vid. *unae* H. *une* c. *unde* Ga.

montes habiti, quod pars *Oppius, pars* Cespeus mons suo antiquo nomine etiam nunc in sacris appellatur. In sacris Argeorum scriptum est sic:

16 *Oppius mons, princeps Exquilis ouls lucum Facutalem; sinistra via secundum moerum est.*

56 *Oppius mons, terticeps cis lucum Exquilinum, dexterior via in Tabernola est.*

Oppius mons, quarticeps cis lucum Exquilinum, via dexterior in Figulinis est.

Cespius mons, quinticeps cis lucum Poetelium, ... Exquilinis est.

57 *Cespius mons, sexticeps apud aedem Iunonis Lucinae, ubi aeditumus habere solet.*

51. Tertiae regionis colles quinque ab deorum fanis appellati, e quis nobiles duo colles. Viminalis a Iove Vimino, quoi ibi arae; sunt qui, quod ibi vimineta fuerint. Collis Quirinalis ob Quirini fa-

50. **Oppius pars**] ut adderetur, paene necessarium habui. *Exquilis ouls*] emendavi. Accedit Bunsen. p. 696. *exquilisouis* F. *quilistyoius* a. *quilisoius* G. *quilisonis* c. *quilistius* b. *quisoius* H. Hartung de casibus p. 195. hoc et sequentibus locis *pos* inserendum putavit, intelligens et ipse praepositionem deesse. Sed *cis* et *ouls* ceteris omnibus aptiora, cum haec sacraria a pontificibus certo quodam circuitus ordine obeunda fuerint. *lucum*] vg. *lacum* FGHa. *latum* bc. *facutalem*] *facultalem* FHc. *facultatem* Gab. Cf. Solin. I, 26. *Tarquinius Superbus* (*habitavit*) *Esquiliis supra clivum Pullium ad Fagutalem lucum*, et infra V, 152. *via*] Scioppius. *quae* codd., quam lectionem Bunsen. p. 696. retinet. Quod sequitur in vulgata lectione: *Oppius mons bicepsos simplex*, tum codd. auctoritate destituitur, tum propter *os* sine nomine manifestarium tenetur emblema. Neque mihi adhuc persuasit Bunsen. p. 696., necesse esse ut secundum quoque sacrarium fuerit in Oppio. Poterat esse in decliviore quadam Exquiliarum parte. *terticeps cis*] coni. *terticepsois* Fa. *terciceps ois* b. *tertocepsois* c. *lucum*] vg. *lacum* FHac. *latum* b. *quarticeps cis*] coni. *quatricepsos* FH. *quarticepsois* G. *quadricepsos* b. *lucum*] vg. *lacum* FGa. *locum* H. *latum* c. *via dexterior*] vg. *viam dexteriorem* codd. *in Figulinis*] *imis Exquiliis* coni. Bunsen. p. 696. non probabiliter. *Cespius*] coni. et accedit Bunsen. p. 697. *sceptius* FGH. *septius* c. *septimus* b. *quinticeps cis*] *quinticepsois* FHa. *quinticepsiois* G. *qui noticepsois* c. *qui noncepsois* b. *lucum*] vg. *lacum* FG. *locum* H. *latum* bc. *La* a. Lacunae signum interposui. Bunsen. p. 697. scr. *Exquiliis est*. *Cespius*] Fabc. *ceptius* GH. *aedem Iunonis Lucinae*] de hac Ovid. F. II, 435. III, 245.

51. *quoi*] coni. *quod* codd. *vimineta*] G. ut vg. *vimina nata* b. Turneb. Augustinus ex libris. *vimitata* a. *vimina* cett. *ob*] addidi,

num; sunt qui a Quiritibus, qui cum Tatio Curibus venerunt Romam, quod ibi habuerint castra. 52. (16)
Quod vocabulum coniunctarum regionum nomina oblite- 58
ravit: dictos enim collis plureis apparet ex Argeorum sacrificiis, in quibus scriptum sic est:

Collis Quirinalis, terticeps cis aedem Quirini.

Collis Salutaris, quarticeps, advorsum est Apollinar, cis aedem Salutis.

Collis Martialis, quinticeps apud aedem Dei Fidi in delubro ubi aeditumus habere solet.

Collis Latiaris, sexticeps in vico Instelano 59
summo, apud auraculum †: aedificium solum est.

Horum deorum arae, a quibus cognomina habent, in eius regionis partibus sunt.

53. Quartae regionis Palatium, quod Palantieis cum Euandro venerunt, aut quod Palatini Aborigines ex agro Reatino, qui appellatur Palatium, ibi consederunt. Sed hoc alii a Palanto uxore Latini putarunt; eundem hunc locum a pecore dictum putant quidam; itaque Naevius Balatium appellat. 54. Huic 17

quod item in codd. nonnullis deest V. 129. *Quiritibus*] codd. nisi quod H. *Quiritebos.* cf. Serv. ad Aen. VII, 710. *Curetibus* vg.

52. *collis*] Gabc. *colles* cett. *plureis*] FH. *pluris* Gabc. Sed in hoc vocabulo diphthongus EI tenacius haesit quam in aliis multis. Hinc *plureis* et *complureis* saepius etiam post Varronis aetatem. *terticeps cis*] *terticepsois* FGHa. *anticepsois* c. *anticeps* b. *Apollinar cis*] coni. *polinarois* G. *pilonarois* FH. *pilonaris* a. *pilomātis* b. Bunsen. p. 698. dubius haeret inter hanc et suam coniecturam: *adversum est pulvinar* i. e. Solis, de quo Quintil. 1, 7. *Martialis*] Scaliger. *mutialis* GH. *mucialis* Fabc. *Dei Fidi*] G. *defidi* Fc. *deidefidi* ab. *dei fidii* G. De eius templo in Martiali colle Dionys. IX, 60. *Latiaris*] vg. *latiores* FG. *latioris* Hac. *lacioris* b. *auraculum* †] codd. *auguraculum* Turnebus, quod non improbat Bunsen. p. 699.

53. *Palantieis*] i. e. *Παλαντιεῖς*, coni. *palantes* FGHbc. *pallantes* a. *aut quod*] vg. *qui et* FGHa. *quod et* c. *qui etiam* b. Interpungebatur antea post *Palatini.* *Palanto*] coni. *Palantio* Fc. *pallantio* Ha. *pallantia* G. *palancia* b. *Palantho* Spengel. V. de hac Palanto Festus s. v. Pallatium, cum interprett. p. 575. Alia etymologia Palatii Varroni tribuitur a Servio ad Aen. VIII, 51. *Naevius*] Bothe P. Sc. L. V, 2. p. 26.

60 Germalum et Velias coniunxerunt, quod in hac regione scriptum est:

Germalense quinticeps apud aedem Romuli;

et

Veliense sexticeps in Velia apud aedem deum Penatium.

Germalum a germanis Romulo et Remo, quod ad ficum
61 ruminalem ibi inventi, quo aqua iberna Tiberis eos detulerat in alveolo expositos. Veliae unde essent, plures accepi causas, in quis quod ibi pastores Palatini ex ovibus ante tonsuram inventam vellere lanam sint soliti, a quo vellera dicuntur.

9 55. Ager Romanus primum divisus in parteis tris, a quo tribus appellata Tatiensium, Ramnium, Lucerum: nominatae, ut ait Ennius, Tatienses a Tatio, Ramnenses a Romulo, Luceres, ut Iunius, a Lucumone. Sed omnia haec vocabula Tusca, ut Volnius, qui tragoedias Tuscas scripsit, dicebat. 56. Ad
62 hoc quatuor quoque parteis Urbis tribus dictae ab locis Suburana, Palatina, Exquilina, Collina; quinta quod sub Roma, Romilia. Sic reliquae triginta ab his rebus, quibus in tribuum libro scripsi.

10 57. Quod ad loca, quaeque iis coniuncta fuerunt,
(17) dixi: nunc de his quae in locis esse solent. Immortalia et mortalia expediam, ita ut prius quod ad deos pertinet dicam. Principes dei Caelum et Terra. Hi
63 dei idem qui Aegypti Serapis et Isis, etsi Arpocrates digito significat ut taceas eam. Idem principes in Latio

54. *Germalum*] ab. ut vg. cett. *cermalum*, quod non improbarem, si inferiore quoque loco codd. offerrent, etiam ob Festum s. v. Cermalus. *regione*] vg. *religione* codd. *Aedem deum Penatium*] huius situs optime cognoscitur e Dionysio I, 68. *ibi*] excerpt. Cassin. *et ii* (*hi* G.) *ibi* codd.

56. *triginta*] Turnebus ex libris. *texta* F. *trita* Gabc. *tria* H. *tribuum libro*] coni. Spengelius. *in tribum libros* codd. Indicat fortasse Varro unum ex libris de Rebus Humanis.

57. *idem* pro *iidem*, ut in seq. et §. 65. VI, 34. 52. VIII, 64. IX, 15. 19. 26. *ut taceas eam*] F. *ut tota seam* H. *ut tatas eam* a. *ut cataseam* G. *ut at at. scam* bc. Nihil a lectione F. recessi, quanquam multa h. l. tentata sunt cum ab interpolatoribus tum a criticis. Varro dicit, se aperire, quae sit Isidis natura et significatio, etsi Harpocratis notus ille gestus, eam naturam in arcanis habendam esse, declaret.

Saturnus et Ops. **58. Terra enim et Caelum, ut Samothracum initia docent, sunt D e i M a g n i et hi quos dixi multis nominibus. (Non quas Samothracia ante portas statuit duas virilis species aeneas, Dei Magni;** 18
neque, ut volgus putat, ii Samothraces Dei qui Castor et Pollux; sed ii mas et femina.) Et hi quos Augurum 64
libri scriptos habent sic: *Divi qui potes*, **pro illo quod Samothraces** *θεοὶ δυνατοί.* **59. Haec duo, Caelum et Terra, quod anima et corpus. Humidum et frigidum terra *eaque corpus, caldor caeli et inde anima*, sive:**

Ova parire solet genus pennis condecoratum,
Non animam,

ut ait Ennius et post:

inde venit divinitus pullis
Ipsa anima;

sive, ut Zenon Citieus, animalium semen ignis is qui 65
anima ac mens. Qui caldor e caelo, quod hic innumerabiles ac immortales ignes; itaque Epicharmus de mente humana dicit istic:

Est de sole sumptus ignis, isque totus mentis est:

58. *Samothracum*] *mothrachum* H. *motracum* bc. vocabulo decurtato, quod noto ob sequentia. *Samothracia*] edd. vetustae, et Servius ad Virg. Aen. III, 12. *abrhacia* F. *ambratia* G. *ambraci* b. *ambracia* ut vid. ac. Praeter alios de hoc loco egerunt Salmas. ad Spartiani Hadr. 14. et Lobeck. Aglaopham. p. 1244. Varro hoc spectat, ut caelum et terram ab origine deorum loco cultos demonstret, quod Varronianae physiotheologiae principium est. Hi igitur sunt etiam dei magni Samothracum, non fratrum illae species in propatulo positae. *Dei qui*] codd. ut vid., quanquam Spengel. *dii* ex vg. retinuit. *sed hi mas et femina*] interpunctione mutata a seqq. seiunxi. *θεοὶ δυνατοί*] vg. *THEOE ΔYNATOE* F. om. GH. De abc. nihil notatum.

59. **eaque .... anima**] lacunam in nullo cod. significatam coni. supplevi. Ex caelo animam natam esse, Varro dicit, vel ita ut aura caelitus veniens se animalium partui insinuet, vel ita ut ipsum animalium semen animam in se habeat. *parire*] G. ut vg. *parere* cett. codd. *Ennius*] Epicharmo. Locus in Ennio Hesselii p. 182. ex Varrone, Prisciano, Diomede. *inde venit*] ap. Hessel. p. 183. *pullis*] post h. v. *insinuans se* non est in codd. Additum est ex Enniano loco ap. Lucretium de R. N. 1, 117. *Zenon Citieus*] Uti poterant hoc loco Tennemannus Hist. philos. T. IX. p. 63 sq. et Ritterus Hist. phil. T. III. p. 606. Varronis physiologia maximam partem Stoicis debetur: hi eam Heraclito acceptam referebant. *anima*] vg. *animam* codd. Post v. *mens* interpunxi. *Epicharmus*] Ennii locus ap. Hessel. p. 175. corruptus affertur. *dicit*] *ait* ac. Iidem *dicit* addunt ante v. *de*. Quocirca Spengelio p. XL. utrumque spurium visum est. *isque*] quod ante h. v. in codd. est: *id est, sol est*, suadente Spengelio, ut glossema induxi.

ut humores frigidae sunt humi, ut supra ostendi. 60. Quibus iunctis caelum et terra omnia exgenuerunt, quod per hos natura:

66 *Frigori miscet calorem atque humori aritudinem.*

Recte igitur Pacuvius quod ait:

Animam aether adiugat,

et Ennius: *terram corpus quae dederit, ipsam capere, neque dispendi facere hilum.* Animae et corporis discessus quod natis is exitus, inde e x i t i u m, ut, quom in unum ineunt, i n i t i a. 61. Inde omne
67 corpus, ubi nimius ardor aut humor, aut interit, aut, si manet, sterile; quoi testis a e s t a s et h i e m s, quod in altera aër ardet et spica aret, in altera natura ad nascendum cum imbre et frigore luctare non volt et potius ver exspectat. Igitur duplex causa nascendi ignis et aqua; ideo ea nuptiis in limine adhibentur quod coniungit. Hinc et mas ignis, quod ibi semen; aqua
(18) femina, quod fetus alitur humore. 62. Et horum
19 vinctionis vis V e n u s; hinc Comicus:

68 *huic v i c t r i x Venus,*
Videsne haec?

non quod vincere velit Venus, sed vincire. Ipsa V i c t o r i a ab eo, quod superati vinciuntur. Utrique testis poësis quod et Victoria et Venus dicitur Caeligena.

60. *Quibus iunctis*] coni. *quibus iuncti* codd. Ante h. v. interpunxi. *Frigori miscet*] Et haec ex Ennii Epicharmo, p. 179. Hessel. Sed eadem a Varrone dicta esse Promethei L. I, ex Nonio s. v. aritudinem, notat Scaliger. *Pacuvius*] Chryse. Bothe P. Sc. L. V, 1. p. 115. *adiugat*] Nonius Marcellus p. 75. Mercer. *adiungat* Varronis codd. *dederit*] Scaliger, Scioppius, e IX, 37. *peperit* GH. *deperit* cett. Locus pingui Minerva in versus heroicos, quorum numeros Varro solverat, redactus ap. Hessel. p. 176. *natis is exitus*] Scioppius. *nati si* (*ri* H.) *sexius* (*secius* F. *sepius* b.) codd. *nati sic exeunt* coni. Pape Lectt. p. 59.

61. *altera*] coni. *altero* codd. ut vg. Sed post haec *altera* in FGHa. est. *potius ver*] vg. *totius vere* codd. *nuptiis*] Explicatius de ea re egit Varro de Vita P. R. II. ap. Nonium s. vv. fax et titio et foelix. *hinc*] Ha. *hic* cett. *alitur*] coni. *ab eius* codd.

62. *Et*] Ante h. v. ὑποστιγμῇ interpungebatur. *vinctionis vis*] coni. sicut Pape p. 59. *iunctionis vis* coni. Turnebus. *iunctione suis* (*sumit* G.) codd. Quod in codd. esse solet *uinctio*, ambiguum est inter iunctio et uinctio. *Comicus*] vg. *comicos* codd. *huic victrix*] Incertum unde sumptum. Bothe P. Sc. L. V, II. p. 276. *Caeligena*

Tellus enim quod prima vincta Caelo, Victoria ex eo. Ideo haec cum corona et palma, quod corona vinclum capitis, et ipsa a vinctura dicitur vieri id est vinciri, a quo est in Sota Ennii:

Ibant malaci viere Veneriam corollam;

palma, quod ex utraque parte natura vincta habet 69
paria folia. **63.** Poëtae de caelo quod semen igneum cecidisse dicunt in mare ac natam e spumis Venerem, coniunctio ignis et humoris quam habet vim, significant esse Veneris. A qua vi natis dicta vita, et illud a Lucilio:

Vis est vita, vides, vis nos facere omnia cogit.

64. Quare quod caelum principium, ab satu est dictus Saturnus, et quod ignis, Saturnalibus cerei superioribus mittuntur. Terra Ops, quod hic omne opus, et hac opus ad vivendum; et ideo dicitur Ops mater, 70
quod terra mater. Haec enim

terris genteis omnis peperit et resumit denuo,

quae dat cibaria, ut ait Ennius. Quae quod gerit fruges, Ceres: antiquis enim C quod nunc G.

Venus dicitur, non quod *Οὐρανία* appellatur, sed quod Caeli e virilibus orta est. *Tellus quod prima vincta Caelo* Varroni dicitur, id ab Hesiodi narratione aliquantum discedit, sed pertinet tamen ad Titanas in sinum Telluris inclusos, quapropter illa *ἐντὸς στοναχίζετο Γαῖα πελώρη στεινομένη*, Theog. v. 159. *vieri id est vinciri*] coni. Scioppius. *viere est vincire* (*vincere* G.) codd., qui locum perperam interpunctum habent. *Sota*] codd. (Ha. sic: *in sota.*) *Asoto* Ald. *Sotadico* Scaliger. Et verum est, Ennium Sotadicos versus scripsisse. V. Festus in Exc. s. v. Cyprio bovi p. 45. Lindem. Sed erat etiam liber Ennii Sota, laudatus a M. Caesare Epistol. ad Frontonem IV, 2. (Supplem. Fronton. e Cod. Vatic.). Nunc etiam Festo s. v. tonsam p. 272. Lindem., ubi legitur *Ennius in Asota*, reddendum erit *in Sota*. *Ibant malaci*] Ennii fragm. ed. Hessel. p. 184. *palma*] coni. Scaliger. *palmam* codd. Pendent haec ab antecedentibus, quapropter non *τελείαν*, sed *μέσην* posui interpunctionem.

63. *Poëtae*] Hesiodus Theog. v. 181 sqq. *coniunctio*] coni. Scioppius. *coniunctione* codd. *habet*] c. (i. e. *ht* cum lineola.) *haberent* H. *habent* F. *hnt*, cum lineola, Gab. *significant esse Veneris*] coni. Spengel., quanquam in constituendo toto loco a vero paulum aberrans. *significantes se veris* (*severis* Habc.) codd. *veris* pro *Veneris* etiam VI, 16. est in Ha. *Lucilio*] Lucilii Reliquiae ed. Fr. Dousa Incert. 32.

64. *terris genteis*] Ennius, Epicharmo ut videtur. V. Ennii fragm. ed. Hessel. p. 178. Sed ibi locus ponitur ut a Scaligero pro arbitrio refictus est. *C quod nunc G*] coni. *quod nunc* (*inde* H.) *et* codd.

65. Idem hi dei, Caelum et Terra, Iuppiter et Iuno, quod, ut ait Ennius,

Istic est is Iuppiter quem dico, quem Graeci vocant
'Αέρα, qui ventus est et nubes, imber postea,
Atque ex imbre frigus, ventus post fit, aër denuo.
Haecce propter Iuppiter sunt ista quae dico tibi,
71 *Quoniam mortalis atque urbes belluasque omneis iuvat.*

Quod hinc omneis et sub hoc, eundem appellans dicit:

Divomque hominumque pater rex.

Pater quod patefaciat semen, nam tum esse conceptum patet*, inde cum exit quod oritur. 66. Hoc idem magis ostendit antiquius Iovis nomen; nam olim Dio-
(19) vis et Diespiter dictus, id est dies pater. A quo
72 dei dicti qui inde, et dius et divos, unde sub divo, Dius Fidius. Itaque inde eius perforatum tectum, ut ea videatur divom id est caelum; quidam negant sub tecto per hunc deierare oportere. Aelius Dium Fidium dicebat Diovis filium, ut Graeci Διόσκο-

65. *Idem hi*] codd. nisi quod *ii* bc. Dixi de hac forma contracta annot. ad §. 57. Interpunctio huius loci quam maxime laborabat. *Istic est*] Ennii fragm. p. 180 sqq. *'Αέρα*] *aërem* FGb. ut vid. *arem* c. Sed Graecum fuisse h. l. vocabulum, inde intelligitur, quod id om. H. et lacuna est in a. Ultima syllaba arsi producitur, neque opus ut scribatur *quique*, sicut fecit Columna. *ventus*] vg. *ventis* codd. *Haecce*] coni. Spengel. *haec* codd. *istaec* Turnebus, Columna. *Quoniam*] coni. *qua* codd. nisi quod H. *quia* ut videtur. IX, 30. habemus *quoniam qua* pro *quoniam*, ortum illud ut videtur e dittographia vocabuli *quoniam* et siglae. V. Praef. *hinc*] coni. Spengel. *hic* codd. *Divomque*] Ennii fragm. p. 146. *Divom* coni. *divum* codd., quod Ennii tempore Romano ore pronunciari non poterat. *esse*] coni. *est* codd. *patet*] coni. *et* codd.

66. *Diovis*] De hoc et coniunctis nominibus bene nuper disputavit Max. Schmidt in Iahnii Annalibus Phil. et Paed. a. 1831. T. XII, 3. p. 333. *Diespiter*] *Dispiter* F. quod alienum ab hoc loco. *id est*] *idem* F. *dies*] i. e. diei, patrico casu, de quo C. L. Schneider Gramm. Lat. II, 1. p. 355. *dius*] c. ut videtur. om. ab. *dies* cett. *divos*] *divus* codd. V. dicta ad §. 2. *divom*] *divum* codd. *per hunc*] i. e. per Dium Fidium. Locos Plutarchi Quaest. Rom. 28. et Varronis ap. Non. s. v. ritus contulit Scaliger. *Διόσκορον*] *dioscoron* Fac. *diostonem* b. om. H. lacuna in G., unde intelligitur Graecum fuisse vocabulum.

ρον Castorem, et putabat hunc esse Sancum ab Sabina lingua, et Herculem a Graeca. Idem hic **Dis pater** dicitur, infimus qua est coniunctus terrae, ubi omnia ut* oriuntur, ita* aboriuntur: quare, quod finis ortus, 73
Orcus dictus. 67. Quod Iovis **Iuno** coniux et is caelum: haec terra quae eadem tellus, et ea dicta, quod una cum Iove iuvat, Iuno, et **regina**, quod huius omnia terrestria.

68. **Sol**, vel quod ita Sabini, vel solus ita lucet ut ex eo deo dies sit. **Luna** vel quod sola lucet noctu, itaque ea dicta **Noctiluca** in Palatio; nam ibi noctu lucet templum. Hanc, ut Solem **Apollinem**, quidam **Dianam** vocant; vocabulum Graecum alterum, 74
alterum Latinum, et hinc, quod luna in altitudinem et latitudinem simul eat, Diviana appellata. Hinc Epicharmus Enni Proserpinam quoque appellat, quod solet esse sub terris. Dicta **Proserpina**, quod haec ut serpens modo in dexteram, modo in sinistram partem late movetur. Serpere et proserpere idem dicebant, ut Plautus quod scribit:

Quasi proserpens bestia.

69. Quae ideo quoque videtur ab Latinis **Iuno Lu**- 21
cina dicta, vel quod et ea terra, ut Physici dicunt, 75

putabat] Vertranius et Fr. Puccius. *putabant* codd. *Sancum*] Scaliger. *sanctum* codd. *Dis pater*] coni. *dies pater* Fc. *diespiter* Gab. *diaespiter* H. De Dite patre Varronem dixisse, facile intelligitur. Varro, qui omnia numina ad partes mundi revocat (Augustin. de C. D. VII, 6.), caelum, qua terram tangit et ambit (nam caelum terram undique complecti, dixerat supra §. 17.), Ditem patrem et Orcum dictum esse existimat. *qua*] coni. *qui* codd. *ut* oriuntur*] coni. *aboriuntur* GH. *oriuntur* cett. *ita**] coni. Ill b. *vi* cett. *quare*] coni. *quorum* codd. Fortasse an Varro *quor* scripserit, quod sic adhibitum esse videtur V, 108. et ex lectione G. IX, 93. *ortus*] coni. *ortum* codd. *Orcus*] Turnebi cod. *ortus* cett.

68. *Sol*] vg. *sola* codd. *solus*] Scioppius. *solum* codd. *vocabulum*] quod ante h. v. in codd. est: *Apollinis*, id omisi cum Scioppio tanquam glossema. Epexegesin esse existimavit Pape Lectt. Varr. p. 45. *eat*] Scioppius. *et* codd. *Enni*] G. *Ennii* cett. V. annot. ad Inscr. libri. Ennii fragm. ed. Hessel. p. 183. *Plautus*] Poenulo V, 2, 74.

69. *quoque*] GHa. om. cett. **Quoque** sic transpositum non offendet. V. ex. gr. V, 82. *a quo is quoque magister populi appellatus*. *ab*] Hbc. *a* cett. V. annot. ad §. 28. *et ea*] coni. *e* GH. *est e* cett. codd. *altera* Turnebi cod. *est et* coni. Spengel. Respicit Varro

et lucet; vel, quod ab luce eius, qua quis conceptus est, usque ad eam, qua partus quis in lucem, luna iuvat, donec mensibus actis produxit in lucem, ficta a iuvando et luce Iuno Lucina: a quo parientes eam invocant, luna enim nascentium dux quod menses huius. Hoc vidisse antiquos apparet, quod mulieres potissimum supercilia sua attribuerunt ei deae; hic enim debuit maxime collocari Iuno Lucina, ubi a diis lux
76 datur oculis. 70. **Ignis** a gnascendo, quod hinc nascitur, et omne quod nascitur ignis gignit; ideo
(20) calet, ut qui denascitur eum amittit ac frigescit. Ab ignis iam maiore vi ac violentia **Volcanus** dictus. Ab eo quod ignis propter splendorem fulget, et **fulgor** et **fulmen** et **fulgur** et **fulguritum*** quod fulmine ictum contrariis diis.

71. Ab aquae lapsu lubrico **lympha**. **Lympha Iuturna**, quae iuvaret; itaque multi aegroti propter id nomen hanc aquam petere solent. A fontibus et
77 fluminibus ac ceteris aquis dei, ut **Tiberinus** ab Tiberi, et ab lacu Velini **Velinia**, et **Lymphae**

Anaxagoram Democritumque, qui lunam habebant *στερέωμα διάπυρον ἔχον ἐν ἑαυτῷ πεδία καὶ ὄρη καὶ φάραγγας*. Plutarch. Plac. Philos. II, 25. V. Anaxagorae fragmenta illustr. ab Ed. Schaubach. p. 161. *ab luce eius*] *diei* addere, quanquam in proclivi erat, religioni habui, cum vocabulorum usu quotidiano tam tritorum frequens semper fuerit ellipsis. *luna*] coni. Scioppius. *una* codd. *in lucem*] post h. v. *ὑποστιγμὴν* posui pro *τελείᾳ*. Ita etiam Pape Lectt. Varr. p. 45. *antiquos*] *antiquas* FGHa. Sed vulgatam retinui.

70. *gnascendo*] conieci propter etymologiam. *nascendo* codd. *nascitur*] codd. idque defendi iis videtur, quae ad §. 2. annotavi. *quod hinc nascitur omne*, *et quod* Scaliger. *gignit*] Augustinus in marg. ex libris. *scindit* cett. *et fulgor*] F. et abc. ut videtur. om. GH. cum sequenti *et*. *et fulguritum**] coni. addidit Turnebus. om. codd. Pape Lectt. Varr. p. 60. *fulgur* h. l. dici putat rem fulgure ictam. At qui condebat fulmina sive fulgura, quanquam ipsam flammam bidentali cingere non poterat, credebatur tamen *dispersos fulminis ignes colligere*. De qua re dixi Rerum Etruscarum III, 7, 4. *diis*] codd. Sed aut *dis* aut *deis* scribendum erit.

71. *lympha*] cf. VII, 87. ubi *Lympha a nympha*. Quare Varro iure inconstantiae arguitur a Doederlinio Etymologiar. et Synonymorum L. L. V. II. p. 14. *hanc*] coni. *hic* GH. *hinc* cett. Varro loquitur non de lacu Iuturnae, qui erat in foro ad Castoris, sed de saluberrimo Iuturnae fonte iuxta Numicium fluvium. Multa de hoc Serv. ad Aen. XII, 139. *ceteris aquis*] vg. *ceteras aquas* codd. *ab*] Ha. *a* cett. De qua

Commotiae* ad lacum Cutiliensem a commotu, quod ibi insula in aqua commovetur. 72. **Neptunus**, quod mare terras obnubit ut nubes caelum, ab nuptu id est opertione ut antiqui, a quo **nuptiae**, **nuptus** dictus. **Salacia** Neptuni a salo. **Venelia** a veniendo ac ventu illo, quem Plautus dicit:

Quod ibi dixit qui secundo vento vectus est 78
Tranquillo mari: ventum gaudeo.

73. **Bellona** a bello nunc, quae Duellona a 22
duello. **Mars** ab eo, quod maribus in bello praeest, aut quod ab Sabinis acceptus, ibi est Mamers. **Quirinus** a Quiritibus. **Virtus** ut viri vis a virilitate. **Honos** ab **honere** sive onere, itaque **honestum** dicitur quod oneratum, et dictum:

Onus est honos qui sustinet rempublicam.

Castoris nomen Graecum. **Pollucis** a Graecis nomen quod est*, in Latinis literis veteribus inscribitur, ut Πολυδεύκης, Polluces, non ut nunc Pollux. **Concordia** a corde congruente. 74. **Feronia**, **Minerva**, **Novensides** a Sabinis. Paulo aliter ab 79
eisdem dicimus **Herculem**, **Vestam**, **Salutem**,

re dixi annnot. ad §. 28. *Commotiae**] vg. *comitiis* codd. *commotis* August. marg. ex libro. Insulae huius natantis multa extat memoria; de Lymphis Commotiis unus Varro testis adesse videtur.

72. *terras*] vg. *et terras* codd. *a quo nuptiae, nuptus dictus*] *a quo nuptu nuptiae dictae* vel *nupta dicta*, coni. Scaliger. Quod placeret, si mutatione opus esset. *Venelia*] codd. nisi quod *venalia* a. *vanalia* c. *Venilia* vg., ut legitur ap. Virgilium Aen. X, 76. *ventu*] Scioppius. *vento* codd. *ibi*] codd. nisi quod G. *ubi*. *ille* vg. ex Plauti libris, Cistellar. I, 1, 15. Bacchiaci sunt versus.

73. *ab S.*] *a* vg. om. codd. *Quiritibus*] *Quiribus* H. Fortasse *Curibus*. *honere sive*] coni. *honesto* codd. *honera* scribitur etiam infra VI, 77. *Onus est honos*] Sententia iusto trimetro expressa, quales multae Romae sine auctoris nomine ferebantur. *nomen quod est*] coni. h. l. posui, nam in codd. ea verba post *veteribus* leguntur. *Πολυδεύκης*] a. ut videtur. *Polydeuces* F. *pollidenceps* Gb. *pollid enceps* c. om. H. *Polluces* ad Etruscum *Pultuke* ut proximam originem referendum.

74. *Novensides*] FGHa. *noversides* bc. Non opus *Novensiles* inferre, nam Novensiles *sive per l sive per d* scribatur, non referre, docet Mar. Victorin. de orthogr. p. 2470. Putsch. *Herculem*] codd. nisi quod *hecralem* b. *hercalem* c. Dubium tamen h. l. id nomen. *Herem*

Fortunam, Fortem, Fidem. Et arae Sabinum linguam olent quae Tati regis voto sunt Romae dedicatae; nam ut Annales dicunt, vovit Opi, Florae, Vedio, Iovi Saturnoque, Soli, Lunae, Volcano et Summano itemque Larundae, Termino, Quirino, Vortumno, Laribus, Dianae Lucinaeque. E quis nonnulla nomina in utraque lingua
80 habent radices, ut arbores quae in confinio natae in utroque agro serpunt: potest enim Saturnus hic de alia causa esse dictus atque in Sabinis, et sic Diana et de quibus supra dictum est.

11 75. Quod ad immortaleis attinet, haec; deinceps
(21) quod ad mortalis attinet videamus. De his animalia in tribus locis, quod sunt in aëre, in aqua, in terra. A summa parte ad infimam descendam. Primum nomen omnium*: alites ab alis, volucres a volatu. Deinde generatim: de his pleraeque ab suis vocibus ut
81 haec: upupa, cuculus, corvus, hirundo, ulula, bubo; item haec: pavo, anser, gallina, columba. 76. Sunt quae aliis de causis appellatae, ut noctua, quod noctu canit ac vigilat, lusciniola, quod luctuose canere existimatur atque esse ex Attica
23 Progne in luctu facta avis. Sic galeritus et motacilla, altera, quod in capite habet plumam elatam, altera quod semper movet caudam. Merula, quod mera id est sola volitat; contra ab eo graguli, quod gregatim, ut quidam Graeci greges γάργαρα. Fice-

(Marteam) coni. Scaliger. *haec: Palem* idem. *Laram* vg. *Fortem*] ac. ut Ald. *fontem* FG. *frontem* Hb. *Et arae*] coni. *ea re* (id est ē are) codd. *Florae Vedio Iovi Saturnoque*] coni. *floraeve dio iovi saturnoque* G. *florae vedio iovi saturnio quae* H. *floraeve diovi saturnoque* Fac. *flore vel iovi saturnoque* b. Sic ut locum constitui, confiunt XII arae. Dixi de ea re Rerum Etruscarum III, 3, 8. *Diana et*] coni. *dianae* codd.

75. *omnium**] coni. *nominem* codd. *generatim*] i. e. non universe, sed secundum singula genera. Sic Varro V, 146. et alii. *ab alis*] Turnebus. *alii* codd.

76. *galeritus*] c. ut vid. *galericus* FH. *gallericus* Gab. *graguli*] Fab. *graculi* cett. Illud defenditur inscriptione numi, de quo Forcellinus Lex. tot. Latin. s. v. Locum hunc tangit Quintil. Inst. 1, 6. post med. *γάργαρα*] coni. Scaliger. *gergera* codd. Dixi de h. l. Rerum Etruscarum Introd. I, 2. p. 13.

dula et **miliariae** a cibo, quod alterae fico, alterae milio fiant pingues.

77. Aquatilium vocabula animalium partim sunt 12
vernacula partim peregrina. Foris **muraena** quod 82
μύραινα Graece, **cybium** et **thunnus**, quoius item
partes Graecis vocabulis omnes, ut **melandrya** atque
uraeon. Vocabula piscium pleraque translata a terrestribus ex aliqua parte similibus rebus, ut **anguilla**,
lingulaca, **sudis**; alia a coloribus ut haec: **asellus**, **umbra**, **turdus**; alia a vi quadam ut haec:
lupus, **canicula**, **torpedo**. Item in conchyliis 83
aliqua ex Graecis, ut **peloris**, **ostreae**, **echinus**.
Vernacula ad similitudinem, ut **surenae**, **pectunculi**, **ungues**.

78. Sunt etiam animalia in aqua quae in terram interdum exeant, alia Graecis vocabulis ut **polypus**, **hippopotamios**, **crocodilos**, alia Latinis ut **rana**, **anas**, **mergus**; †a quo Graeci ea quae in aqua et terra possunt vivere vocant ἀμφίβια† e quis **rana** a
sua dicta voce, **anas** a nando, **mergus** quod mer- 84
gendo in aquam captat escam. 79. Item aliae in
hoc genere a Graecis, ut **querquedula** κερκουρίς*,
halcedo quod ea ἀλκυών; Latina, ut **testudo** quod
testa tectum hoc animal, **lolligo** quod subvolat, litera
commutata, primo volligo. Ut Aegypti *in flumine (22)
quadrupes, sic in Latio, nominati **lytra** et **fiber**,

77. *muraena*] vg. *murena* codd. *μύραινα*] vg. *myraena* FG, quod fortasse recipiendum. *miraena* H. *mirena* a. *minera* c. om. b. *cybium*] a. ut videtur, sicut vg. *cytybium* F. *citibium* G. om. Hbc. *et thunnus*] Victorius. *et tiunnus* F. *et thinnius* GH. *et thinnus* a. *eathenus* bc. *melandrya*] *melanderya* F. *melander* GHac. *meleander* b. *lingulaca sudis*] b. ut videtur, sicut vg. *lingula casudis* (*cassudis* G. *cafudis* F. *casulis* c.) codd. *surenae*] vg. *syrenae* GHa. *syrene* c. *sirene* F. *sirenes* b. Nomen aliunde non cognitum.

78. *hippopotamios*] F. Eadem terminatione est voc. in c.; in *-ius* exit GHa. in *-os*, ut vg., b. *anas*] vg. om. codd. †*a quo* ..... *ἀμφίβια*†] haec cum Scioppio addititia habeo.

79. *κερκουρίς*] coni. *cerceris* codd. nisi quod b. om. *cercuris* Ald. *ἀλκυών*] coni. *ἀλ* H. *alcyon* bc. *halcyone* F. *alition* G. om. a. *Ut Aegypti*] Hoc colon cum sequentibus interpunctione coniunxi, cum antea disiungeretur. Neque quidquam deesse existimo. *lytra*] vg. *lyra* F.

lytra quod succidere dicitur arborum radices in ripa
85 atque eas dissolvere, ab λύω*; fiber, extrema ora fluminis dextra et sinistra maxume quod solet videri et
24 antiqui fibrum dicebant extremum, a quo in sagis fimbriae et in iecore extremum fibra, fiber dictus.

80. Quae sunt hominum propria primum, deinde de pecore, tertio de feris scribam. Incipiam ab honore publico. Consul nominatus, qui consuleret populum et senatum, nisi illinc potius unde Accius ait in Bruto:

*Qui recte consulat, consul fuat.**

86 Praetor dictus, qui praeiret iure et exercitu; a quo id Lucilius:

*Ergo praetorum est antidire.**

81. Censor, ad quoius censionem, id est arbitrium, censeretur populus. Aedilis, qui aedes sacras et privatas procuraret. Quaestores a quaerendo, qui conquirerent publicas pecunias et maleficia, quae triumviri capitales nunc conquirunt; ab his postea, qui quaestionum iudicia exercent, Quaestores dicti. Tribuni militum, quod terni tribus tribubus Ramnium, Lucerum, Titium olim ad exercitum mittebantur. Tribuni plebei, quod ex tribunis militum primum tribuni plebei facti qui plebem defenderent, in secessione Crustumerina.
82. Dictator, quod a consule dicebatur, quoi dicto
87 audientes omnes essent. Magister equitum, quod summa potestas huius in equites et accensos, ut est summa populi dictator, a quo is quoque magister populi appellatus. Reliqui quod minores quam hi magistri, dicti magistratus, ut ab albo albatus.

lira GHabc. Item in sequentibus. *λύω**] coni. *lytra* Fa. *lyara* G. *litra* Hc *hira* b. *extrema*] Scioppius. *ab extrema* codd. *maxume*] G. *maxime* cett.

80. *Accius*] FG. *tatius* H. *taccius* abc. Fortasse *L. Accius*. *fuat**] ex emend. Augustini dubitanter scripsi. Sic Bothe P. Sc. L. V, 1. p. 192. *consulciat* FGH. *consulcia* a. *consul ciat* b. *consul fiat* c. *iure*] v. annot. ad §. 40. *antidire**] coni. *ante et praeire* codd. *ante praeire* vg. et sic Fr. Dousa Lucil. fragm. Incert. 98. *praeire* coni. Turnebus.

81. *Titium*] *ticium* Fac. *tacium* H. *taccium* G. *tatium* b. *secessione Crustumerina*] v. Niebuhr. R. H. I. p. 630. ed. alt.

83. Sacerdotes universi a sacris dicti. Pontifices, ut Scaevola Quintus Pontufex Maxumus dicebat, a posse et facere ut potifices: ego a ponte arbitror; nam ab his sublicius est factus primum, ut restitutus saepe, quom in eo sacra et uls et cis Tiberim 88
non mediocri ritu fiant. Curiones dicti a curiis, qui fiunt ut in his sacra faciant. 84. Flamines, quod in Latio capite velato erant semper, ac caput cinctum habebant filo, flamines dicti. Horum singuli (23)
cognomina habent ab eo deo quoi sacra faciunt; sed partim sunt aperta partim obscura. Aperta, ut Martialis, Volcanalis; obscura Dialis et Furinalis, quom Dialis a Iove sit, Diovis enim, Furinalis a Furina quoius etiam in fastis Furinales feriae sunt. Sic flamen Falacer a divo patre Falacre. 85. 89
Salii a salitando, quod facere in comitio in sacris quotannis et solent et debent. Luperci, quod Lupercalibus in Lupercali sacra faciunt. Fratres Arvales dicti sunt, qui sacra publica faciunt propterea ut fruges ferant arva, a ferendo et arvis fratres arvales dicti. Sunt qui a fratria dixerunt; fratria est Graecum vocabulum partis hominum, ut Neapoli etiam

83. *ut Scaevola*] F. *a* cett. interponunt. *Scaevola Quintus*] nomina sic in codd. collocata recte tuetur Turnebus. *Pontufex*] F. *pontifex* cett. Illud antiquius, ut *carnufex* (ita ex. gr. cod. Suritanus Plauti Capt. V, 4, 22.), *artufex* ap. Varron. IX, 18. ex cod. G. Neque tamen *pontufices* scripsi, sed *pontifices*, ut est in codd., eandem legem observans, quae agnoscitur in *consul* et *consilium*, in *mancupo* et *mancipium*, multisque aliis. *potifices*] Turnebus ex libris. *pontifices* codd. *quom*] Ga. *quo* H. *cum* cett. *in eo*] coni. *ideo* codd. Varronem putavi de Argeis cogitare, quos pontifices et Vestales virgines Idibus Maiis quotannis de ponte sublicio in Tiberim iecisse constat. V. infra VII, 44. Ovid. F. V, 621. Festus s. v. Argei et Sexagenarii, Plutarch. Quaest. Rom. 32. *uls*] vg. *vis* Fbc. *ius* Ga.

84. *in Latio*] codd. nisi quod *in lano* H. *licio* coni. Scaliger. om. Scioppius. Retinui ea verba, quod flaminum apud alias Italiae nationes aliae poterant esse religiones. Legas velim, quae de titulo Anagniae urbis portae inscripto: *Flamen sume samentum*, narrat Marcus Caesar M. Frontoni, Epistol. IV, 4. *Diovis enim*] i. e. nam Iupiter Diovis dictus est. V. supra §. 66. et de elliptico dicendi genere §. 28. *Falacre*] cf. annot. ad VII, 45.

85. *salitando*] F. Spengel. *saltando* cett. *comitio* vg. *comitiis* codd. *fratria*] Phratriarum Neapolitanorum multa extat memoria. Strabo V. p. 246. Tituli ap. Ignarram de phratr. Neapolit. *Neapoli*] Turnebus. *apoli* GHac. *a poli* b. *apolini* F.

nunc. Sodales Titii dicti ab Titiis avibus quas in
auguriis certis observare solent. 86. Feciales
quod fidei publicae inter populos praeerant; nam per
hos fiebat ut iustum conciperetur bellum, et inde desi-
tum † ut foedere fides pacis constitueretur. Ex his
90 mittebantur antequam conciperetur, qui res repeterent,
et per hos etiam nunc fit foedus, quod *fidus* Ennius
scribit dictum.

16 87. In re militari praetor dictus, qui praeiret
exercitui. Imperator ab imperio populi, qui eos
qui id attentassent oppressit hostes. Legati, qui lecti
publice, quorum opera consilioque uteretur peregre
magistratus, quive nuncii senatus aut populi essent.
Exercitus, quod exercitando fit melior. Legio,
26 quod leguntur milites in delectu. 88. Cohors,
quod, ut in villa ex pluribus tectis coniungitur ac quid-
dam fit unum, sic hic ex manipulis pluribus copulatur.
91 Cohors, quae in villa, quod circa eum locum pecus
coërceretur: tametsi cohortem in villa Hypsicrates dicit
esse Graece χόρτον apud poëtas dictam. Manipulos
exercitus minimas manus quae unum secuntur signum.
Centuria qui sub uno centurione sunt, quorum cen-
tenarius iustus numerus. 89. Milites, quod trium
milium primo legio fiebat, ac singulae tribus Titien-
sium, Ramnium, Lucerum milia singula militum mitte-
(24) bant. Hastati dicti qui primi hastis pugnabant, pi-
lani qui pilis, principes qui a principio gladiis:

86. *inde desitum* †] codd. om. Vertranius, Scioppius. Fortasse: *cum desitum* (bellari). Similiter Popma.

88. *hic*] coni. *his* codd. *hic* significat *in exercitu*. Deinde τελείαν posui στιγμὴν post v. copulatur. Antea nulla erat. *coërceretur*] vg. *coreretur* F. *cooreretur* GH. *cohereretur* a. et b. vel c. *coheretur* b. vel c. *Hypsicrates*] Ald. *ipsicrates* codd. Scripsit is, Gellio teste, super iis quae a Graecis accepta sunt. *χόρτον*] Turnebus. *χο* H. Lac. in Ga. *cohorton* cett. *Manipulos*] codd. nisi quod *manipuli* a. De accusativo inter nominativos mixto v. annot. ad §. 37. *secuntur*] coni. *sequuntur* GHb. *sequitur* F. et ac. ut videtur. V. ann. ad §. 33. *Centuria*] F. *centuriae* cett. *qui*] coni. *quae* codd. Fefellit librarios structura πρὸς τὸ σημαινόμενον. Infra IX, 4. *de copulis personarum, qui eis debent uti*.

89. *milium*] G. *millium* cett. Sed *milia* omnes in sequentibus, sicut infra VI, 36. Sunt Grammatici etiam nunc, qui *mile* rectius dictum

ea post commutata re militari minus illustria sunt. **Pi-** 92
lani triarii quoque dicti quod in acie tertio ordine
extremis subsidio deponebantur; quod hi subsidebant,
ab eo subsidium dictum, a quo Plautus:

Agite nunc, subsidite omnes quasi solent triarii.

90. **Auxilium** appellatum ab auctu, quom accesserant ei qui adiumento essent alienigenae. **Praesidium** dictum, qui extra castra praesidebant in loco aliquo, quo tutior regio esset. **Obsidium** dictum ab obsidendo, quo minus hostis egredi posset inde; item ab
abscidendo, quom id ideo facerent quo facilius demi- 93
nuerent hosteis. **Duplicarii** dicti, quibus ob virtutem duplicia cibaria ut darentur institutum. 91. **Turma** terima (E in U abiit) quod ter deni equites ex tribus tribubus Titiensium, Ramnium, Lucerum fiebant. Itaque primi singularum decuriarum **decuriones** dicti: qui ab eo in singulis turmis sunt etiam nunc terni.
Quos hi primo administros ipsi sibi adoptabant, **optio-** 27
nes vocari coepti, quos nunc propter ambitiones tribuni faciunt. **Tubicines** a tuba et canendo, simi-
liter **Liticines**. **Classicos** a classe, qui lituo cor- 94
nuve canunt, tum cum classes comitiis ad comitiatum vocant.

autument. *ea post commutata re militari*] V. de h. l. Niebuhr. R. H. T. III. p. 116. *Plautus*] Est inter fragmenta Frivolariae. Bothe Plaut. T. III. p. 560. Cf. Festus s. v. subsidium. *subsidite*] vg. *subsedite* G. *subsidete* Fac. *subsidere* H.

90. *dictum*] *est dictum* F. *qui*] Gac. *quod* Hb. *quia* F. contra Varronis morem. *inde*] b. ut videtur, sicut vg. *in die* FGHa. *in diem* c. *abscidendo*] coni. *absidendo* Fc. *obsidendo* GH. *asidendo* a. *ascindendo* b. *obscidendo* s. *obscindendo* coni. Pape Lectt. Varron. p. 39.

91. *Titiensium*] Rholandell. *taciensium* FGb. *ticiensium* H. *ticensium* a. *Liticines*] a. ut vid. sicut vg. *litigines* FGHb. *litricines* c. Post h. v. *et* addit F. ut vid., sicut vg. Id om. cett. codd. *Classicos*] accusativum non mutavi propter ea, quae ann. ad §. 37. dicta sunt. *lituo*] coni. *item* codd. *cornuve canunt*] coni. *cornuve canit* bc. *cornu vocant* cett. codd. Post haec vv. codd., ut videtur omnes, *ut*, quod omisi. *tum cum*] Ubi haec coniunguntur, *quom* non solet reperiri in libris. V. §. 95. VI, 58. 95. VII, 54. Quanquam VI, 73. scribimus: *tum sperat quom*. Crediderim tamen *cum* a Varrone praelatum esse, ubi relativam particulam demonstrativae respondere indicare volebat. *comitiatum*] Vertranius. *comitatum* codd. Cf. ad h. l. VI, 92.

17 92. Quae a fortuna vocabula, in his quaedam minus aperta, ut pauper, dives, miser, beatus, sic alia. **Pauper** a paulo lare. **Mendicus** a minus, quoi quo opus est minus nihilo est. **Dives** a divo, qui ut deus nihil indigere videtur. **Opulentus** ab
95 ope, quoi ea opime. Ab eadem **inops**, qui eius indiget, et ab eodem fonte **copis** et **copiosus**. **Pecuniosus** a pecunia magna; **pecunia** a pecu; a pastoribus enim horum vocabulorum origo.

18 93. Artificibus maxuma causa ars; id est ab arte medicina ut sit **medicus** dictus, a sutrina **sutor**, non a medendo ac suendo, quae omnino ultimae earum rerum radices, ut in proxumo libro aperietur. Quare quod ab arte **artifex** dicitur nec multa in eo obscura,
(25) relinquam. 94. Similis causa quae ab scientia
96 vocatur aliqua, ut **praestigiator**, **monitor**, **nomenclator**: sic etiam quae a studio* quodam dicuntur, **cursor**, **natator**, **pugil**. Etiam in hoc genere, quae sunt vocabula, pleraque aperta, ut **legulus** ..... alter ab oleis, alter ab uvis. Haec si minus aperta: **vindemiator**, **vestigiator** et **venator**: tamen inde est vindemiator, vel quod vinum legere dicitur, vel quod de viti id demunt, vestigiator
28 a vestigiis ferarum quas indagatur, venator a ventu, quod sequitur verbum adventum et inventum.

92. *quo*] coni. *cum* codd. *nihilo*] coni. Scioppius. *nullo* codd. *videtur.*] Post h. v. quae vg. leguntur: *Beatus qui multa bona possidet*, non sunt in codd. nisi forte in b. *ea*] GH. *eae* Fabc. *opime*] ed. princeps aliaeque. *optime* GHa. *opimae* Fbc. *copis*] Augustinus. *copiis* codd. Apud Priscianum *cops* est. *pecu; a*] scripsi. *pecua* GHa. *pecu* cett.

93. *ultimae*] coni. *ultima huic rei* codd. Hoc *huic rei* tanquam e *διττογραφίᾳ* ortum delevi.

94. *studio**] Scioppius. *spatio* codd. Veram lectionem adhuc latere puto. *legulus .....*] lacunam indicavi, quanquam in codd. non significatam. Vg. interponitur *et vindemiator*. Sed plura deesse puto. *inde est*] coni. *idem* codd. *id est* vg. V. de eius generis vocabulorum permutatione Praef. Post h. v. *quod* addunt codd. quod omisi. *quas indagatur*] GH. et fortasse ac. *quasi indagator* cett. *quod sequitur verbum*] i. e. quo cum verbo coniunctum est. Cf. VIII, 12. *Haec* (*homo*, *scribit*) *sequitur et locus et tempus*. Acute tamen Scaliger: *a vento, quod sequitur cervum ad ventum*. Posses haec vv. translata putare e sequentibus.

95. **Haec de hominibus. Hic quod sequitur de** 19
pecore, haec. Pecus ab eo quod perpascebant (a quo 97
pecunia universa, quod in pecore pecunia tum consistebat pastoribus); et standi fundamentum pes, a quo dicitur in aedificiis area pes magnus, et qui negotium instituit pedem posuisse: a pede pecudem appellarunt, ut ab eodem pedicam et pedisequum. Et peculia tori* atque oves aliudve quid, id enim peculium primum. Hinc peculatum publicum primo, tum cum pecore diceretur multa et id esset coactum in publicum, si erat aversum. 96. Ex quo fructus 98
maior, hic est qui Graecis usus. Sus, quod ὗς, bos, quod βοῦς, taurus, quod ταῦρος, item ovis, quod ὄϊς, ita enim antiqui dicebant, non ut nunc πρόβατον. Possunt in Latio quoque ut in Graecia ab suis vocibus haec eadem ficta. Armenta, quod boves ideo ma- 99
xume parabantur, ut inde eligerent ad arandum; inde arimenta dicta; postea tertia litera extrita. Vitulus, quod Graece antiquitus ἰταλὸς, aut quod plerique vegeti, vigitulus. Iuvencus iuvare qui iam ad agrum

95. *pecunia*] em. Augustinus. *pecora* codd. *consistebat pastoribus*] ordinem h. vv. invertunt Fa. *et standi*] Posses: *et quod standi*, scribere. Certe sic nexus sententiae accuratius indicatus esset. Sed Varro laxiore non raro utitur sententiarum conformatione. Duplex affertur, ut saepe fit, vocabuli pecus etymon, a perpascendo et a pede. Aliter de h. l. sentire videtur Pape Lectt. Varr. p. 44. *pedisequum*] Aut scribendum *pedisequom* aut *pedisecum*. *peculia tori* atque*] coni. *peculatoriae* codd. nisi quod *peculatorem* b. *peculiarie* c. *peculacoriae* Turnebi cod. *tori* scribere ausus sum pro *tauri*. cf. *polulis* V, 167. *colis* IX, 76. Quanquam postea scribitur *tauri*, sed haec in formis inconstantia multis locis deprehenditur. *tum*] coni. *ut* codd. Relativi et conditionalis membri eadem est compositio, quam notavimus ad §. 29. *esset*] vg. *esse* codd. *in publicum*] *im publicom* a.

96. *Ex quo fructus maior* cum antecedentibus adiungi soleret, coniunxi cum sequentibus. Dicit Varro, eius pecoris, ex quo fructus praecipuus capi possit, hic i. e. in Italia eundem esse usum atque in Graecia: quapropter etiam nomina esse communia. Demonstrativi pronominis ante relativum durior ellipsis, ut in his *eius* sive *huius* desideratur, satis frequens est in Varronis libris. Cf. VI, 78. VII, 88. *quo*] coni. *qua* codd. *hic*] coni. *hinc* codd. *Sus*] addidit post alios Spengelius. om. codd. propter *usus*. Graeca om. codd. F. tamen habet *hys* et *BYC* et *oïs*, et pro ὗς et βοῦς lacuna est in GHabc. πρόβατον habere videntur Ha. *probaton* F. om. b. lacuna in Gc. *Latio*] fortasse F. ut vg. *latino* cett. codd. ἰταλὸς] *Graecia enim antiqua* (*ut scribit Timaeus*) *tauros vocabant* ἰταλούς, Varro de R. R. II, 5.

colendum posset. **97.** **Capra** carpa, a quo scriptum *omnicarpae caprae.* **Ircus**, quod Sabini fircus: quod illic fedus, in Latio rure **edus**; qui in urbe, ut in multis A addito, aedus. **Porcus**, quod
100 Sabinis dictum APRIMO PORCOPOR, inde porcus; nisi si a Graecis, quod Athenis in libris sacrorum scripta *κάπρῳ καὶ πόρκῳ.* **98.** **Aries**, quod eum dicebant *ἀρήν* veteres, nostri **arviga**, hinc **arvignus.**
(26) Haec sunt quarum in sacrificiis exta in olla, non in
101 veru cocuntur, quas et Accius scribit et in pontificiis

97. *ircus*] codd. excepto G. qui *hircus* ut vg. *fedus*] codd. praeter GHa. qui *foedus.* *edus*] codd. nisi quod *aedus* F. *haedus* G. Aspiratione parcissime veteres usos et oedos ircosque dixisse, testis Quintil. I, 5, 20. *Marcus Terentius scribit hedum lingua Sabinorum fedum vocatum, Romanosque corrupte hedus pro eo quod est fedus habuisse, sicut hircus pro fircus et trahere pro trafere.* Haec Apuleius, de not. aspir. 13. p. 94. Osann., non optimis ut videtur Varronis codicibus usus. De Sabinorum usu literae F dictum est Rer. Etrusc. Introd. 1, 11. p. 43 sq. et a G. F. Grotefendo *Neues Archiv f. Philol. u. Paedag.* 1829. p. 123. *aedus*] De hac rusticae et urbanae linguae differentia VII, 96. Diomedes II. p. 447. Putsch. ex Lucilio. Apuleius de orthogr. §. 3. p. 125. Osann. cum dicit: *Haedus scribit Terentius Varro in libris de origine Latinae linguae quibusdam placuisse per AE diphthongon notari, ut a verbo edo in quibusdam suis casibus discreparet; aliis vero visum esse ait, ut aspirationis nota hanc differentiam faceret*, non hoc solo loco usus esse videtur. *Sabinis dictum*] coni. *Sabini* (*Sabino* H.) *dicto* codd. *APRIMO PORCOPOR*] codicum literas reddidi, in quibus latere puto formulam sacrificulorum Sabinorum, similem Eleusiniae, quae sequitur, et tabularum Iguvinarum verbis solennibus, in quibus APRVPH et PVRKA saepe recurrunt. POR videtur in lingua Sabina eadem esse terminatio, quae in illis Umbriae monimentis PER in POPLVPER et similibus. *inde*] vg. *ide* (*idie* GH.) codd. coniungentes id cum *por.* *De libris sacrorum Atticis* iisdem loqui videtur, de quibus Cicero ad Atticum I, 9., id est de *Εὐμολπιδῶν πατρίοις*, ea aetate in publicum editis. Cf. R. R. II, 4. *κάπρῳ καὶ πόρκῳ*] vg. *est porce* (*porie* G.) *porco* codd. *est* illud ortum ex *ca* in *capro;* quapropter eo omisso lectionem G. et vg. *scriptum* postposui ei, quam cett. codd. habent: *scripta.*

98. *quod*] H. *qui* cett. *eum*] vg. *eam* codd. *ἀρήν*] coni. *ares* codd. praeter b. qui *aχgn* ut videtur. *Aries, qui etiam dicebatur ares, veteres nostri arviga, hinc arvigas* Lindemann. ad Festum p. 447. qui etiam cetera huius loci emendare studuit. *arviga*] *ariuga* F. cf. Festus s. v. harviga. Hesychius *ἄριχα, ἄῤῥεν πρόβατον.* *arvignus*] vg. *ariugas* Fa. *arvigas* GH. *arvigns* bc. *Haec*] antique dictum pro *hae*, ut V, 75. 137., et nisi fallor *hic* pro *hi* VI, 73. Feminini forma *haec* magis nota est, quam masculini *hi.* Pertinet autem *haec* ad arvigas hostias. *quarum*] scripsi cum Lindemanno. *quorum* codd., falsi nimirum specie neutrius generis in v. *haec.* *in olla*] vg. *molla* G. *in ollo* F. et similiter cett. *cocuntur*] scripsi. *coquuntur* codd. nisi

libris videmus. In hostiis eam dicunt arvigam quae 29
cornua habeat, quoniam is, quoi ovi mari testiculi dempti, et *cornibus caret*; ideo ut natura versa vervex declinatum. **99.** Pecori ovillo quod agnatus, agnus. Catulus a sagaci sensu et acuto; hinc canis, nisi quod, ut tuba ac cornu aliquod signum cum dent canere dicuntur, quod hic item et noctu lu- 102
cuque in custodia et in venando signum voce dat, canis dictus.

100. Ferarum vocabula item partim peregrina, 20
ut panthera, leo, utraque Graeca, et muliercula pantheris et* leaena. A quo etiam et rete quoddam panther et leaena. Tigris qui est ut leo varius, qui vivus capi adhuc non potuit, vocabulum e lingua Armenia; nam ibi et sagitta et quod vehementissimum flumen dicitur Tigris. Ursi Lucani origo, vel unde illi, nostri, ab ipsius voce. Camelus suo nomine Syriaco in Latium venit, ut Alexandrea camelopardalis nuper adducta, quod erat figura ut camelus, ma- 103
culis ut panthera. **101.** Apri ab eo quod in locis

quod *coquitur* b. in quo illud latet. *Accius*] Notum est, ab Oanno Anal. crit. p. 66. hoc, ut aliis multis locis, pro Accio sive Attio poni *Ateium* philologum. Cui viri docti iudicio quod non accessi, in causa est tum numerus locorum sic corrigendorum, tum aetas Ateii, Varroni vel aequalis vel eo iunioris; ac Varro aequalium testimonio perraro utitur. *arvigam*] scripsi. *ariugem* F. *arvigem* cett. **cornibus caret**] Haec, nulli vestigio codd. insistens, propter sensum intuli. De usu v. *et* cf. V, 176. *quod duo, quae inter se trita, et deminuta.* Lindemannus coni. *si cui ovi mari testiculi dempti sunt, ideo, ut natura versa, vervex declinatum.*

99. *acuto*] post h. v. add. *catulus* F. lac. in bc. *cornu aliquod*] coni. *cornua quod* codd. *dent*] Victorius. *dente* codd. *noctu lucuque*] coni. *noctulucus* Fa. Turnebi cod. *noctuculus* Hbc. *nocticulus* G. Potest etiam nomen fuisse *noctulucus*, fictum ex noctu et lucu. Hoc *lucu* ex Terentio notum.

100. *ut panthera ..... panther et leaena*] Hic est ordo membrorum in G. nisi quod is verba *et leaena* etiam ante *et muliercula* ponit, et post secundum *leaena* verba: *tygris qui est varius ut leo panther*, addita habet, post punctis subnotata. Cett. codd. colon hoc: *et muliercula .... leaena* transponunt post *panther et leaena*. *qui vivus capi adhuc non potuit*] Augustus Qu. Tuberone Fabio Max. coss. IV. Nonas Maias, Theatri Marcelli dedicatione, tigrin primus omnium Romae ostendit in cavea mansuefactum, teste Plinio N. H. VIII, 17, 65. *Ursi*] Haec quomodo intelligenda sint, interpungendo indicavi. *camelopardalis* Dictatoris Caesaris Circensibus ludis primum visa Romae. Haec Plinius N. H. VIII, 18, 69. Dio Cassius XLIII, 23.

asperis, nisi a Graecis quod hi κάπρος. Caprea a similitudine quadam caprae. Cervi, quod magna cornua gerunt, gervi, G in C mutavit, ut in multis. Lepus, quod Siculi quidam Graeci dicunt λέποριν; a Roma quod orti Siculi, ut annales veteres nostri dicunt, fortasse hinc illuc tulerunt et hic reliquerunt id nomen. Volpes, ut Aelius dicebat, quod volat pedibus.

21 102. Proxume animalia sunt ea quae vivere di-
104 cuntur neque habere animam, ut virgulta. Virgultum dicitur a viridi, id a vi quadam humoris, quae si exaruit, moritur. Vitis, quod ea vini origo. Malum, quod Graeci Aeolis dicunt μᾶλον. Pinus .... Iuglans, quod quom haec nux antequam purgatur similis glandis, haec glans optuma et maxuma ab Iove et glande iuglans est appellata. Ea-
105 dem nux, quod, ut nox aërem, huius sucus corpus facit atrum. 103. Quae in ortis nascuntur, alia peregrinis vocabulis, ut Graecis ocimum, menta,
(27) ruta, quam nunc πήγανον appellant. Item caulis, lapathium, rapum*; sic enim antiqui Graeci quam nunc raphanum. Item haec Graecis vocabulis: ser-
106 pillum, rosa, una littera commutata. Item ex his Graecis Latina: coriandron, malachen, cyminon.

101. κάπρος] vg. *απρ* H. *capron* G. *apros* cett. *gervi*] ita scribendum esse intellexit Cod. B. scriptor. *corvi* codd. *mutavit*] GHac. *mutata* Fb. *Siculi*] scripsi suadente Spengelio. *Siculis* codd. *tulerunt*] HG. *tulerant* bc. *tulere* F. om. a. Cf. Varro Rer. Divinar. ap. Gell. I, 18. *Non enim leporem dicimus, ut ait* (Aelius), *quod est levipes: sed quod est vocabulum antiquum Graecum.* Et de R. R. III, 12. *L. Aelius putabat ab eo dictum leporem, quod levipes esset: ego arbitror a Graeco vocabulo antiquo, quod eum Aeolis Boeotii λέποριν appellabant.*

102. *Proxume*] scripsi. *proxime* Victorii Mss. *proxima me* Turnebi cod. *proxuma* H. *proxima* cett. Cf. VII, 3. *quod intervallum multo tanto propius nos.* *Pinus ....*] Lacunam a codd. non indicatam notavit Spengel.

103. *ortis*] G. ut vg. *hortis* cett. codd. *ruta*] post h. v. in H. solo lacuna est. *πήγανον*] *ΠΕΓΑΝΟΝ* F. lacuna in GHbc., sed in H. post v. *appellant.* *Ἰόλαος ἐν τῷ περὶ Πελοποννησιακῶν πόλεων, τὸ πήγανον ὑπὸ Πελοποννησίων ῥυτὴν καλεῖσθαί φησι.* Schol. Nicand. 521. p. 86. Schneider. Dioscorides III, 45. p. 391. Spreng. Hesychius s. v. *ῥυτά.* *rapum**] coni. *radix* codd. Sed *ῥάδιξ* Graece nihil significat nisi virgam; *ῥάπυς* autem idem fere fuisse quod *ῥάφυς* et *ῥάφανος* lexica docent. Ita-

Item **lilium** ab lirio et **malva** a malache et **sisumbrium** a sisymbrio. **104.** Vernacula: **lactuca** a lacte quod olus id habet lac. **Brassica** ut praesica, quod ex eius scapo minutatim praesicatur. **Asparagi**, quod ex asperis virgultis leguntur, et ipsi scapi 107
asperi sunt, non leves; nisi Graecum, illic quoque enim dicitur ἀσπάραγος. **Cucumeres** dicuntur a curvore ut curvimeres dicti. **Fructus** a ferundo, res et eae quas fundus, et eae quas quae in fundo ferunt ut fruamur. Hinc declinatae **fruges** et **frumentum**, sed ea e terra. Etiam frumentum, quod ad exta ollicoqua solet addi, ex **mola**, id est ex sale et farre 108
molito. **Uvae** ab uvore.

105. Quae manu facta sunt dicam, de victu, de 22
vestitu, de instrumento, et si quid aliud videbitur his aptum. De victu antiquissima **puls**: haec appellata

que iam Scaliger scribi voluerat: καυλὸς, λαπάθιον, ῥάπυς. *coriandron*] *coliandron* codd. Vg. hoc et sequentia vocabula Graecis literis scribuntur, sed nullum eius rei vestigium in codd. deprehenditur. *sisumbrium*] scripsi. *sysimbrium* FHa. *sysimbrum* G. *se symbrium* c. *sismibrum* b. *sisymbrio*] scripsi. *sysimbrio* FGac. *sysimbro* H. *sismibrio* b.

104. *praesica*] Turnebus. *passica* codd. *ἀσπάραγος*] scripsi, quia om. Gbc. *asparagus* F. *res et eae*] alias interpungebatur ὑποστιγμῇ inter *res* et *et*. *fundus*] *fondus* G. *quas*] coni. addidi. *fundo*] *fondo* H. fortasse recte. *ad exta ollicoqua*] Turnebus. *extaollico quo* Fac. *exta elico quo* G. *extra, olito, quo* H. *ex tao licio quo* b. De his extis ollicoquis cf. Festus s. v. aulas p. 20. Lindem. et Varro supra §. 98. Rer. Etruscar. III, 7, 8. *solet*] Turnebi codex et a. ut videtur. *solent* cett. *molito*] b. ut videtur. *mollito* cett.

105. *de victu*, *de vestitu*, *de instrumento*] Varro his verbis non spondet futurum ut primum de victu, deinde de vestibus, tertio de supellectili dicat, sed, haec non diligenter secernens, tredecim ferme capitibus factis, de victu qui e terra provenit, de pecudis carne, de lana et vestimentis inde factis, de armis, de mensis et vasis ibi locatis, de sellis et arcis, de mundo et vestibus mulierum, de instrumentis rusticis, de aedificiis, id est de oppidis vicisque et foris, de aedibus privatis, de portis, de lectis, denique de pecunia agit. Spengelius, haec melius disponi potuisse bene intelligens, in Emend. Varron. p. 17. argumenta a Varrone tractata aliter coniungit, ut quae de mundo muliebri dicuntur, post caput de lana ponantur, et alia similiter. Crederem fortasse, si ullum colon orationis monstraretur, quod hac transpositione discerptum esset: veri enim dissimile, membranae si locum inter se sic permutassent, nullam periodum in diversas partes esse disiectam. Locum de mundo muliebri non male Varro posuit postquam de arcis dixit, in quibus mundus est; ut cum mensis vasa coniungit, quae in iis ponuntur. De Ioannis Lydi loco subscribam,

vel quod ita Graeci, vel ab eo unde scribit Apollodorus quod ita sonet quom aquae ferventi insipitur. **Panis**, quod primo figura faciebant, ut mulieres in lanificio, panus; postea ei figuras facere instituerunt alias. A pane et faciendo **panificium** coeptum dici. Hinc
31 **panarium**, ubi id servabant; sicut **granarium**,
109 ubi granum frumenti condebant: unde id dictum: nisi ab eo quod Graeci id κρόκηνν†, a quo a Graecis quoque granum ..... dictum, et in quo eadem conduntur. 106. **Hordeum** ab horrido. **Triticum**, quod tritum e spicis. **Far** a farciendo, quod in pistrino fit. **Milium** a Graeco, nam id μελίνη. **Libum**, quod
110 ut libaretur, priusquam essetur, erat coctum. **Testuatium**, quod in testu caldo coquebatur, ut etiam nunc Matralibus id faciunt matronae. **Circuli**, quod mixta farina et caseo et aqua circuitum aequabiliter fundebant.
(28) 107. Hoc quidam qui magis incondite faciebant, vocabant **lixulas** et **semilixulas** vocabulo Sabino, itaque frequentati a Sabinis. A globo farinae dilatato item in oleo cocti dicti ***globi**. **Crustulum** a crusta pultis, quoius ea, quod ut corium exuitur, crusta dicta.
111 Caetera fere opera a vocabulis Graecis sumpta ut **thrion**

quae monenda habeo, sub §. 116. *Apollodorus*] libro περὶ Ἐπιχάρμου, ut videtur. Epicharmum enim constat Doriensium vocabulo πόλτος usum esse. Athen. XIV. p. 648 B. V. Apollodori Fragm. p. 441. Heyn. *aquae*] Scioppius. *aqua* codd. *panus*] codd. praeter G. qui *pannus* et b. qui *paniuis*. Est h. l. casus patricus nominis panus s. pannus, unde Ennius *pannibus*. *postea*] scripsi. *posteaquam* codd. *posteaque* vg. κρόκηνν†] *KPOKEN* F. *KPO* Ha. lacuna in Gbc. Nullum adhuc vocabulum inventum est, quod huic loco aptum esset. Bentini invento κόκκος praestat certe Turnebi ῥόγος, vox Sicula. Lacunam post *granum* significavi, cum in codd. plane obliterata sit. *et*] F. om. cett. *eadem*] F. *ea quae* cett.

106. *Hordeum*] c. *horreum* cett. idque coniungi solet cum antecedentibus. Etiam hoc loco negligentius utitur Apuleius ille de nota aspir. 38. p. 107. Osann., ut aliis nonnullis. *e*] Hc. *ex* Turnebi cod. *est* G. *et* cett. *farciendo*] coni. *faciendo* codd. In pistrinis farris furfure pecus pascebatur. Hinc Columella: *pistrinale pecus*, et *pistores scrophipasci* apud Plautum. *essetur*] Turnebi cod. *esset ut* cett. codd. *Essetur* pro ederetur, sicut *estur* pro editur.

107. *frequentati*] scripsi Spengelio suadente. *frequentia* codd. **globi*] ante h. v. omisi, quod est in codd., *a globo*. *quoius*] G. *quois* H. *quovis* c. *conis* b. *cuius* cett. *exuitur*] coni. *et uritur* abc. *exuritur* cett. *thrion*] recte explicuit Turnebus.

et **placenta**. 108. Quod edebant cum pulte, ab eo **pulmentum**, ut Plautus: hinc **pulmentarium** dictum. Hoc primum debuit pastoribus **caseus**, a coacto lacte ut coaxeus dictus. Deinde posteaquam desierunt esse contenti his quae suapte natura ferebat sine igne, in quo erant poma: quae minus cruda esse poterant, decoquebant in olla. Ab olla **olera** dicta, quare degenera* cruda olera. E quis ad coquendum 112
quod e terra erueretur, ruapa, unde **rapa**. **Olea** ab elaea. Olea grandis **orchitis**, quod eam Attici orchimorian*.

109. Hinc ad pecudis carnem perventum. Ut suilla sic ab aliis generibus cognominata. Hanc primo assam, secundo elixam, tertio e iure uti coepisse, natura docet. Dictum **assum**, quod id ab igni assu- 32
descit. Uvidum enim quod humidum, et inde ubi id non est **sucus** abest; et ideo sudando assum destillat 113
humorem; et ut crudum nimium habet humoris, sic excoctum parum habet suci. **Elixum** e liquore aquae dictum: et **ex iure**, quod iucundum magis conditione suci. 110. **Succidia** ab suibus caedendis; nam

108. *debuit*] de omisso esse cf. ann. ad §. 38. Varronis ex sententia, caseum primum pulmentarium fuisse, e conditione pastoriciae vitae intelligitur. *coaxeus*] vg. *coxeus* codd. *in quo*] sic Varro saepius, ita ut *in quo*, perinde ac forma *qui*, de quovis numero adhibeatur. V. V, 111. VI, 2. 55. 82. VII, 26. X, 8. 41. Observavit id Spengelius Emend. Varron. p. 7. *quare*] coni. *quorum* codd. *degenera**] coni. sed dubitans. *agenera* a. *a genere* cett. *terra erueretur*] Turnebus. *terrae rure* FG. *terra rure* H. *terre rure* a. et similiter bc. *Attici*] scripsi suadente Spengelio. *Attico* FG. *antiquam* H. *antiqui* abc. *orchimorian*] scripsi. *orchemmoram* G. *orchenmora* FHa. *orchemōa* b. *orchemora* c. Illud vocabulum composui ex appellatione *τῶν μοριῶν*, celeberrimarum inter oleas Atticas, et orchitum olivarum, quas Scriptores de R. R. praedicant. Idem fere voluisse videtur Buttmannus, qui *ὀρχίμορον* proposuit.

109. *Ut*] coni. *est* codd. *aliis*] coni. *illis* codd. *hanc*] abc. ut vg. *hinc* FGH. *Uti aliquid* Varro saepius dicit, antique. *e iure*] ita appellare solebant hoc genus carnis, ac Varro, ut solet, proprio vocabulo utitur, verborum structurae minus curiosus. *inde*] scripsi. *ideo* codd. De permutatione v. Praef. *sudando*] vg. *sudandum* codd. *humorem**] coni. *calorem* codd. Haec omnia in eo vertuntur, ut demonstretur, *uvidum* et *sucum* et *sudorem* et *assum* eiusdem stirpis esse vocabula. *ex iure*] G. *ex iuro* cett. Interpunctionem laborantem restitui.

id pecus primum occidere coeperunt domini et ut ser-
114 varent sallere. **Tegus** suis ab eo quod eo tegitur.
Perna a pede sueris. Ex abdomine eius **offula**, dicta ab offa minima e suere. **Insicia** ab eo quod insecta caro, ut in carmine Saliorum est, quod in extis dicitur nunc prosectum. **Murtatum** a murta, quod ea large fartum. **111.** Quod fartum intestinum e crassun-
115 diis, **Lucanam** dicunt, quod milites a Lucanis didicerunt, ut, quod Faleriis, Faliscum ventrem. **Fundolum** a fundo, quod non ut reliquae partes, sed ex una parte sola apertum; ab hoc Graecos puto τυφλὸν ἔντερον appellasse. Ab eadem fartura **farcimina** in extis appellata. In quo quod tenuissimum intestinum
(29) fartum, **hila** ab hilo dicta, quod ait Ennius:

Neque dispendi facit hilum.

Quod in hoc farcimine summo quiddam eminet, ab
116 eo quod ut in capite apex **apexabo** dicta. Tertium fartum est **longavo**, quod longius quam duo hila. **112. Augumentum**, quod ex immolata hostia desectum in iecore in porriciendo augendi causa.

110. *sallere*] c. et Diomedes I. p. 371. Putsch. *salire* cett. codd. *salere* vg. Sed quanquam vocabuli radix literas tantum continet SAL, praesens tamen geminato L amplificatur. Et *sallere* legendum esse intellexit etiam Spengel. p. XVII. *Tegus*] Ha. Turnebi cod. *tergus* cett. Illud iam a Turnebo praelatum est propter *tĕgoribus* apud Plautum Capt. IV, 3, 2. cf. IV, 4, 7. *sueris*] codd. *suis* vg. Varro, ut solet, antiquitatis studiosus; quanquam sibi parum constans in ea re, nam antea *suis* dixerat. Est autem in *sueris* illud R Romanae linguae, quod ex antiquiori S Indogermanicarum linguarum, quarto ferme post Urbem conditam seculo, detortum est. *Ex abdomine*] coni. *a nomine* codd. *dicta*] F. om. cett. *minima e suere*] scripsi. *minimae suerae* Turnebi cod. *e* om. cett. *minima in suere* vg. *murta*] codd. nisi quod *murcta* G. *murtua* H. *myrto* vg. Illud etiam apud Catonem est. Myrti bacca, antequam piper reperiretur, huius vicem obtinebat, Plinio teste. *ea large*] Turnebi codex. *eo ad* (*ab* a. *a* c. om. b.) *large* cett. codd. *fartum*] coni. *fartis* codd. Post h. v. antea non interpungebatur, sed post *crassundiis*.

111. *e*] coni. *crassundiis*] codd. nisi quod *crassundus* GHac. *crassundia* significare videntur crassiora intestina, quae opponuntur tenuioribus sive hilis. *non*] vg. om. codd. *in extis*] vg. *in* om. codd. *In quo*] coni. *a quo* (*ab eo* a.) *in eo* codd., cf. supra ad §. 108. *hila*] Eadem fere Varro Rer. Humanar. fragm. p. 212. Bip. *neque dispendi*] v. supra §. 60.

112. *Augumentum*] Gbc. *augmentum* cett. *in porriciendo*]

Magmentum a magis, quod ad religionem magis
pertinet; itaque propter hoc magmentaria fana insti-
tuta locis certis quo id imponeretur. **Matteae** ab 117
eo quod Graeci *ματτύαι*. Item Graecis singillatim
haec . . . . .

113. **Lana** Graecum, ut Polybius et Callimachus 23
scribunt. **Purpura** a purpurae maritumae colore; et 33
Poenicum, quod a Poenis primum dicitur allata.
Stamen a stando, quod eo stat omne in tela velamen-
tum. **Subtemen**, quod subit stamini. **Trama**, quod 118
trameat frigus id genus vestimenti. **Densum** a denti- 119
bus pectinis quibus feritur. **Filum**, quod minimum est
hilum; id enim minimum est in vestimento. **114.**
Pannus Graecum. Qui eum faciunt, **pannuvellium**
dictum a panno et volvendo filo. **Tunica** a tuendo
corpore: tunica ut induca. **Toga** a tegendo. **Cinctus**
et **cingulum** a cingendo, alterum viris alterum mulieri-
bus attributum. **115.** **Arma** ab arcendo, quod 24
his arcemus hostem. **Parma**, quod e medio in omnis

scripsi suadente Spengelio. *in poriendo* FG. *imporiendo* Hac. *imponendo* b. *augendi*] Turnebi cod. *agendi* cett. *Magmentum*] vg. *magnentum* GHabc. Turnebi cod. *magnetum* F. SI QVIS HOSTIA SACRVM FAXIT QVI MAGMENTVM NEC PROTOLLAT IDCIRCO TAMEN PROBE FACTVM ESTO in dedicatione arae Augustae Narbonensis. Gruter. p. 229, 1. Et v. Turnebus ad h. l. *magmentaria*] Salmasii cod. (Exerc. Plin. p. 91. b. s. 129. d.) *mentarea* FGHa. *montana* bc. *fana*] *cana* Salmasii cod. Sed *κανᾶ*, quae Salmasius a Varrone significata putat, ab hac antiquitate Romanorum sacrorum aliena sunt. *Matteae*] Popma. *matheae* G. *mactae* F. *matte* H. *mattae* a. *macte* bc. *ματτύαι*] *MATTYE* F. *μα* H. Lac. in a. om. cett. *haec*] FGb. *esse* H. *eae* b. *et* c. Post h. v. *ovum*, *bulbum* F. *ovum* cum lacuna GHac. om. cum lacuna unius vocis b. Videntur ciborum ex carne confectorum plura vocabula Graeca excidisse.

113. *colore; et*] scripsi. *colerent* Habc. *colore* FG. ut vg. *allata*] GHabc. *allatam* F. *allatum* vg. *trameat*] Turnebus. *tramat* codd.

114. *Graecum*] vg. *graecus* codd. Post h. v. antea non interpungebatur. *Qui eum faciunt*] coni. *ubi ea fecit* codd. *Qui* instrumentale, ad §. 21. *pannuvellium*] ac. *pannuvelium* G. *panvellium* F. *panuvelium* H. *pānullum* b. *Panuliae quod ex eis panni texantur; ipsae enim discurrunt per telam*, Isidor. Origg. XIX, 30, 7. Apud Hesychium, quem Scaliger adhibuit, rectius scribitur: *Πηνίον πανουήλιον* (pro *πανούκλιον*) *ἢ ἄτρακτος, εἰς ὃν εἱλεῖται ἡ κρόκη*. Cf. Interpp. *induca*] vg. *indua* b. *indica* cett.

120 parteis par. **C o n u m**, quod cogitur in cacumen vor-
sus. **A s t a**, quod astans solet ferri. **I a c u l u m**, quod
ut iaciatur fit. **T r a g u l a** a traiciendo. **S c u t u m** a
sectura ut secutum, quod e minute consectis fiat tabel-
lis. **U m b o n e i s** a Graeco quod ambones. **116.**
G l a d i u s, C in G commutato, a clade, quod fit ob
hostium cladem gladium. Similiter ab omine **p i l u m**,
121 qui hostem feriret ut perilum. **L o r i c a**, quod e loris
de corio crudo pectoralia faciebant: postea subcidit
Gallica e ferro sub id vocabulum, ex anulis ferrea tu-
nica. **B a l t e u m**, quod cingulum e corio habebant bul-
(30) latum, balteum dictum. **O c r e a**, quod opponebatur ob
122 crus. **G a l e a** a galero quo multi usi antiqui. **117.**
T u b a e a tubis, quos etiam nunc ita appellant tubici-
nes sacrorum. **C o r n u a**, quod ea quae nunc sunt ex
34 aere, tunc fiebant bubulo e cornu. **V a l l u m**, vel quod
ea varicare nemo posset, vel quod singula ibi extrema
bacilla furcillata habent figuram literae V. **C e r v i** a

115. *parteis*] F. *partis* G. aliique. De accus. *parteis* dictum ad §. 45. *vorsus*] G. *versus* cett. *asta*] codd. *hasta* cett. cf. ad §. 97. *secutum*] vocabulum est a Varrone fictum ad etymon demonstrandum. Quocirca opus non est Turnebi correctione *sectum*. *e*] scripsi. *a* codd. *consectis*] emend. Augustinus. *consectum* codd. *umboneis*] F. De hoc nominativo dictum ad §. 5. *a*] H. *quod a* cett. *ambones*] scripsi. *amboneis* F. *ambonis* GHabc.

116. *ob*] GH. *ab* (et *clade*) c. *ad* cett. *omine*] vg. *homine* codd. cf. *a bono omine* §. 159. *Gallica e*] scripsi. *Galliae* FGH. *gallia e* Turnebi cod. *gallie* a. *gallus* b. *gallia* c. Intelligit Varro *θώρακα ἁλυσιδωτὸν*, quales Gallis tribuit Diodorus V, 30. Hos putat, succidisse i. e. comprehensos esse sub nomine loricae, ab initio e loris factae. Spengelius putat, in loco nostro emendando, vel iis quae desunt supplendis, utendum esse loco Ioannis Lydi de magistrat. II, 13, 116.: *τὴν ὅλην τοῦ περιζώματος οἱ Γάλλοι (λέγουσι) καρταμέραν, ἣν τὸ πλῆθος καρτάλαμον ἐξ ἰδιωτείας ὀνομάζει. ὅτι δὲ οὐ Ῥωμαικὸν τουτὶ τὸ ῥημάτιον, μάρτυς ὁ Ῥωμαῖος Βάῤῥων ἐν βιβλίῳ πέμπτῳ περὶ Ῥωμαικῆς διαλέκτου, ἐν ᾧ διαρθροῦται ποία μὲν λέξις ἐστὶν Αἰολική, ποία δὲ Γαλλική, καὶ ὅτι ἑτέρα μὲν ἡ Θούσκων, ἄλλη δὲ Ἐτρούσκων, ὧν συγχυθεισῶν ἡ νῦν κρατοῦσα τῶν Ῥωμαίων ἀπετελέσθη φωνή.* Verum enimvero huius testimonii omne perit pretium incredibili Lydi et negligentia et vaniloquentia. Nam quis Varronis de lingua Latina libros agnosceret in iis, quae ab hoc scriptore de eius argumento traduntur imperitissime? *ferrea tunica*] scripsi. *ferream tunicam* codd. *quo*] vg. *quod* codd.

117. *ea varicare*] i. e. pedibus divaricatis transcendere. Cf. Salmas. Exerc. Plin. p. 663. b. *bacilla*] vg. *vacilla* codd.

similitudine cornuum cervi; item reliqua fere ab similitudine ut vineae, testudo, aries.

118. Mensam escariam cillibam appellabant; ea erat quadrata ut etiam nunc in castris est. A cibo cilliba 132
dicta. Postea rotunda facta, et, quod quae a nobis media a Graecis μέσα, mesa dicta potest, nisi etiam, quod ponebant pleraque in cibo mensa, mensa*. Trulla a similitudine truae, quae quod magna et haec pusilla, ut troula, trulla*; hinc Graeci τρυήλην. Trua, qua e culina in lavatrinam aquam fundunt, trua quod travolat ea aqua. Ab eodem est appellatum truleum; simile enim figura, nisi quod latius est, quo concipiat 124
aquam, et quod manubrium cavum non est, nisi in vinaria trulla. 119. Accessit matellio a matula dictus, qui, posteaquam longius a figura matulae discessit, ab aqua aqualis dictus. Vas aquarium vocant futim, quod in triclinio allatam aquam infundebant. Quo postea accessit nanus cum Graeco nomine, et cum Latino nomine, Graeca figura barbatus. Pelvis pedeluis a pedum lavatione. Candelabrum 125
a candela, ex his enim funiculi ardentes figebantur. Lucerna post inventa, quae dicta a luce, aut quod

118. *quod quae*] Scioppius. *quae* om. codd. *a Graecis*] G. ut vg. *et a graecis* codd. *μέσα*] *mesa* codd. nisi quod G. *messa*, *mesa*] ed. princ. *mensa* codd. Illud firmat Charisius p. 43. Putsch. adductus a Popma: *Mensam sine N litera dictam Varro ait quod media poneretur* (*sed auctores cum N litera protulerunt*, *Virgilius saepe*); *sed et mensam cum N posse dici item Varro ait quod et mensa ἄβρωτα edulia et esculenta ponerentur.* Cf. annot. ad *pos* supra §. 4. *dicta*] coni. *dici* codd. Ita a librariis scriptum esse puto, quod omissum *esse* offendebat: de qua re dictum ad §. 38. *mensa**] iteratum coni. addidi. *troula*] Fabc. et G. ut vid. *torula* H. *truula* vg. Sed Varro dicit *troulam* pro *truula*, ut *assiduom* dicebant pro *assiduum*, et, ne exemplum desit prioris V mutati in O, *fovi* pro *fuvi*. *trulla**] coni. addidi. *τρυήλην*] coni. Spengelius. *trullen* G. *trullam* G. cum lacuna. om. Habc., unde Graecum fuisse vocabulum intelligitur. *Trua qua e*] coni. *truae quae* codd. *quo*] coni. *quod* codd. *concipiat*] F. *concipit* cett.

119. *Accessit*] *accesserit* G. qui h. v. cum antecedentibus coniungit. *matellio*] vg. *matiolio* F. *matrolio* G. *matiolo* c. *maholo* a. In Hb. deest locus. *dictus*] Turnebus. *dictus et dictus* (*ductus* G.) codd. *ab*] Scioppius. *et ab* codd. *nanus*] Turnebus. *magnus* codd. Illud ex Festo p. 169. Lindem. *Nanum Graeci vas aquarium dicunt humile et concavum, quod vulgo vocant situlum barbatum.* *pedeluis*] Scioppius.

id vocant Graeci λύχνον. **120.** Vasa in mensa escaria: ubi pultem aut iurulenti quid ponebant, a capiendo **catinum** nominarunt, nisi quod Siculi dicunt κάτινον ubi assa ponebant. **Magidam** autem aut **langulam**, alterum a magnitudine, alterum a latitudine finxerunt. **Patinas** a patulo dixere, ut pusillas, quis libarent coenam, **patellas**. **Tryblia** et **ca-**
126 **nistra** quod putant esse Latina, sunt Graeca: τρυβλίον
enim et κανοῦν. Graeca reliqua quod aperta sunt unde sint relinquo.

26 **121.** Mensa vinaria rotunda nominabatur **ciliban-**
(31) **tum**, ut etiam nunc in castris. Id videtur declinatum
127 a Graeco κυλικείῳ, id a poculo cylice. Quae in illa **capis** et minores **capulae**, a capiendo, quod ansatae ut prehendi possent id est capi. Harum figuras in vasis sacris ligneas ac fictilis antiquas etiam nunc videmus. **122.** Praeterea in poculis erant **paterae**, ab eo, quod latum* Latini ita dicunt, dictae. Hisce etiam nunc in publico convivio antiquitatis retinendae causa, quom magistri fiunt, potio circumfertur; et in sacrificando deis hoc poculo magistratus dat deo
128 vinum. **Pocula** a potione, unde **potatio** et etiam

pedevis FGHab. *pedeius* c. λύχνον] vg. *lichnon* F. λόχνον H. lacuna in G (ante *Graeci*) ac. om. b.

120. κάτινον] vg. *catinon* FG. lacuna in bc. *patinas*] b. ut videtur, sicut vg. *patenas* cett. codd. *quis*] coni. *quod iis* H. *quod his* cett. *tryblia*] fort. ac. ut vg. *triplia* cett. codd. τρυβλίον] vg. *triplion* FG. τρ. H. lacuna in abc. κανοῦν] Spengel. ex F. qui *canunum*. καν H. Lac. in G (post *Graeca*) abc. *Graeca*] ante h. v. *de* addit F. *de Graeco* Turnebi cod.

121. *vinaria*] *vasaria* coni. Spengelius. Sed non opus est correctione. *cilibantum*] Fab. *cylibantum* Gc. *cylabantum* H. *cillibanum* Turnebi cod. κυλικείῳ] scripsi. *cyliceo* FG. et b. ut videtur. Graecam vocem fuisse monstrat lacuna in Hac. *id*] coni. interposui. *Quae in illa*] coni. *qui illa* FHabc. *quod illa* G. *capis*] *capit* codd., sed de capide Varronem loqui, viderunt Turnebus et alii. *fictilis*] b. *fictiles* cett.

122. *latum**] coni. addidi, hac voce usus ut appareret, quomodo excidisset. *ita dicunt*, *dictae*] G. *dicunt* om. cett. *magistri*] curiarum, vicorum, municipiorum, puto. Minus apti esse videntur magistri Augurum, Saliorum, Quindecimvirum et magistri Larum aliorumque deorum. Neque magistros convivii aptos puto, ut Turnebus et Scaliger.

repotia*. Haec possunt a poto, quod πότος potio Graece. 123. Origo potionis aqua, quod aequa summa. Fons unde funditur e terra aqua viva, ut fistula a qua fusus aquae. Vas vinarium grandius sinum ab sinu, quod sinum maiorem cavationem, quam pocula habebant. Item dictae lepestae, quae etiam nunc in diebus sacris Sabinis vasa vinaria in mensa deorum sunt posita; apud antiquos scriptores Graecos inveni appellari poculi genus λεπαστάν*, quare vel 129
inde radices in agrum Sabinum et Romanum sunt profectae. 124. Qui vinum dabant ut minutatim funderent, a guttis guttum appellarunt; qui sumebant minutatim, a sumendo simpulum nominarunt. In huiusce locum in conviviis e Graecia successit epichysis et cyathus; in sacrificiis remansit guttus et simpulum.

125. Altera vasaria mensa erat lapidea quadrata oblonga, una columella: vocabatur cartibulum. Haec 36
in aedibus ad compluvium apud multos me puero pone- 130
batur et in ea et cum ea aenea vasa. A gerendo cartibum, unde cartibulum post dictum.

126. Praeterea erat tertium genus mensae et qua- 27
dratae vasorum, vocatum urnarium, quod urnas cum

*repotia**] coni. *postea* codd. *posca* Turnebus. *poteria* proposuit Spengel. Illud sumpsi e loco simili VI, 84. *poma*, quod vg. ponitur, derivatur quidem etiam a potu, de R. R. I, 31., sed id huic loco minus aptum. *a poto*] intellige a πότῳ. Sed Graecae vocis nulla sunt vestigia. Et Varro ipse interdum Graeca Latinis literis scripsisse videtur. πότος] scripsi cum Spengel. *potos* FG. π H. om. ab.

123. *dictae lepestae*] scripsi. *dicta flepeste* Fa. *dictae flepestae* GH. *lepestae* om. b. *dicta lepeste* Sciopp. *dicta depesta* vg. De iisdem vasis Varro de Vita P. R. I. *Ubi erat vinum in mensa positum, aut lepestam, aut galeolam, aut sinum dicebant: tria enim pro quibus nunc acratophoron.* Servaverunt haec Priscianus VI. p. 714. Nonius s. v. sinum. Servius ad Virg. Bucol. VI, 33. Idemque Varro eodem libro: *lepistae etiam nunc Sabinorum fanis pauperioribus plerisque aut fictiles sunt aut aënae.* Nonius s. v. lepistae. λεπαστάν] coni. δέπασταν a. δεπίσταν H. *depestam* FG. om. b. Illud vocabulum, notum ex comoedia Attica, Varro e Siculo poëta sumpsisse videtur. Vox δεπίστα caret teste.

124. *Qui*] cf. dicta ad §. 21.

126. *vocatum*] suasit Spengel. *vocatur* codd. *urinator*] vg.

aqua positas ibi potissimum habebant in culina. Ab eo etiam nunc ante balineum locus ubi poni solebat urnarium vocatur. Urnae dictae, quod urinant in aqua haurienda ut urinator. Urinare est mergi in
(32) aquam. 127. Imburvom fictum ab urvo, quod ita flexum ut redeat sursum vorsus; ut in aratro quod
151 est urvom. Calix a caldo, quod in eo calda puls apponebatur et caldum eo bibebant. Vas ubi coquebant cibum, ab eo caccabum appellarunt. Veru a versando.

28 128. Ab sedendo appellatae sedes, sedile, solium, sellae, seliquastrum. Deinde ab his subsellium: ut subsipere quod non plane sapit, sic quod non plane erat sella, subsellium. Ubi in eiusmodi duo, bisellium dictum. Arca, quod arcean-
132 tur fures ab ea clausa. Armarium et armamentarium ab eadem origine, sed declinata aliter.

29 129. Mundus muliebris dictus a munditia. Ornatus quasi ab ore natus, hinc enim maxume sumitur quod eam deceat. Itaque ob id paratur speculum. Calamistrum, quod his calefactis in cinere capillus ornatur. Qui ea ministrabat, a cinere cinerarius est appellatus. Discerniculum, quo discernitur capillus. Pecten, quod per eum explicatur ca-
133 pillus. Speculum a speciendo, quod ibi se spectant.

orinator codd. praeter b. qui *ut é nator.* Etiam in prioribus *o* supra literam *u* in *urinant* scriptum est in H.; et in sequentibus *orinare* a.

127. *imburvom*] scripsi. *impurro* FGa. *impurom* H. *impuro*, ita ut *u* supra *o* scriptum sit, b. *imburum* vg. *Imburvom* eodem modo compositum esse videtur, quo imbuo et comburo. *urvo*] scripsi. *urbo* codd. *vorsus*] b. *versus* cett. *ut in*] vg. *est in* codd. *urvom*] scripsi. *arvum* FGHa. *avum* b. *veru*] vg. *vera* codd.

128. *solium*] Augustinus marg. ex libro. *sovum* FHa. *sovium* G. om. b. *seliquastrum*] vg. *silliquastrum* G. *siliquastrum* cett. *ubi in eiusmodi duo*] intellige: *subsellio sedent.* Durissimae ellipseos exemplum. *arceantur*] Scioppius. *arcebantur* codd.

129. *maxume*] ex G. *eam*] intellige *mulierem*, constructione ἀπὸ κοινοῦ. *calefactis*] *calfactis* F. *speciendo*] *spiciendo* FH. *spicio* G. *se spectant*] ab. *espectant* F. (quod non volt mutari Spengel. p. XII.) *expectant* G. *exspectant* H.

130. Vestis a velis; vela ab eo, quod vellus lana tonsa universa ovis. Id dictum quod vellebant. Lanea ex lana facta. Quod capillum contineret, dictum 37 a rete reticulum. Rete a raritudine. Item texta fasciola qua capillum in capite alligarent, dictum capital a capite, quod sacerdotulae in capite etiam nunc solent habere. Sic rica ab ritu, quod Romano ritu sacrificium feminae cum faciunt, capita velant. Mitra et reliqua fere in capite postea addita cum vocabulis Graecis.

131. Prius dein indutui, tum amictui quae sunt tangam. Capitium ab eo quod capit pectus, id est 134 ut antiqui dicebant comprehendit. Indutui alterum quod subtus, a quo subucula; alterum quod supra, a quo supparus, nisi id, quod item dicunt Osce. Alterius generis item duo: unum quod foris ac palam, palla; alterum quod intus, a quo intusium, id quod Plautus dicit:

Intusiatam patagiatam caltulam ac crocotulam.

Multa post luxuria attulit, quorum vocabula apparet esse Graeca ut asbeston. **132.** Amictui 135

130. *velis*] *vellis* Hab. *vellebant*] vg. *vellabant* F. *velabant* Gab. Desunt haec in H. *Lanea*] Turnebus, Scioppius marg. *lana* codd. *dictum*] ante h. v. punctum expunxi. Attractionis hoc notissimum est genus. Cf. *proportio, quod dicunt ἀνάλογον* X, 2.

131. *dein indutui, tum*] coni. (cf. *dein* VIII, 25.) *deinde utuitum* F. *deinde ut vitium* GH. *deinde ut vitrum* a. *deinde .... ut* b. *de indutui* Turnebi cod. *de indutu aut amictu* vg. *de indutui* probat Spengelius. Neque ego id improbo, siquidem Varro formulas eiusmodi, quotidiano usu traditas, sermoni suo liberius inserere solet. V. X, 27. *quo indutui mulieres ut uterentur est institutum*, et in simili re X, 59. *ex singularibus multitudinis* (i. e. plurales), *et ex multitudinis* (i. e. pluralibus) *singulares nonnunquam recuperari possunt*, et id genus plura. V. etiam Turnebum ad h. l. et cf. supra ann. ad §. 109. Sed tamen *dein* h. l. abesse vix poterat, cum locus de mundo muliebri continuetur; nam huius sunt omnia quae secuntur, nisi quod in fine aliena quaedam adduntur. *capitia*] Varro de Vita P. R. IV. ap. Nonium s. v. capitia: *quod eae pectore et lacertis erant apertis, nec capitia haberent.* *comprehendit. Indutui*] codd. sed *τελειων* interserui. *palla*] Secundum Varronem apud Servium ad Aen. I, 648. *palla dicta est ab irrugatione et mobilitate, quae est circa finem huiusmodi vestium, ἀπὸ τοῦ πάλλειν.* *Plautus*] Epidico II, 2, 47.

dictum, quod ambiectum est, id est circumiectum. A
(33) quo etiam quo vestitas se involvunt, circumiectui appellant. Et quod amictui habet purpuram circum, vocant circumtextum. Antiquissimis amictui ricinium. Id, quod eo utebantur duplici, ab eo, quod
136 dimidiam partem retrorsum iaciebant, ab reiciendo ricinium dictum. 133. Hinc quod facta duo simplicia paria, parilia primo dicta; R exclusum propter levitatem. Parapechia, clamydes, sic multa Graeca. Laena quod de lana multa, duarum etiam togarum instar. Ut antiquissimum mulierum ricinium, sic hoc duplex virorum.

31 134. Instrumenta rustica quae serendi aut colendi fructus causa facta. Sarculum ab serendo ac sarriendo. Ligo, quod eo propter latitudinem, quod sub
137 terra, facilius legitur. Pala a pangendo; factum* L,
38 G quod fuit. Rutrum ruitrum a ruendo. 135. Aratrum, quod aruit terram eius ferrum. Vomer, quod vomit eo plus terram. Dens, quod eo mordetur terra. Supra id regula quae stat, stiva ab stando: et in ea transversa regula manicula, quod manu bubulci tenetur. Qui quasi temo est inter boves,

132. *ambiectum*] scripsi. *ablectum* FG. *abiectum* Hab. *amiectum* vg. *circumiectum*] vg. *circumlectum* codd. Idemque error pluribus codd. inhaeret in sequentibus. *quo vestitas*] G. ut Augustinus coni. *quod* cett. *antiquissimis*] lectio a Turnebo memorata. *antiquissimi* codd. *iaciebant*] G. ut vg. *faciebant* cett.

133. *R exclusum*] scripsi. *resculum* F. *reclusum* Ha. *reclusum* Gb. Idem fere, quod posui, Turnebus assecutus est coniectura: *ri exclusum*. Pallia unde nomen habeant, explicare studet scriptor. *propter levitatem*] id est propter γλαφυρίαν et εὐφωνίαν. Etiam Ciceronis locus, Bruto 25, 96., mihi videtur sic emendandus: *Hoc in oratore Latino primum mihi videtur et levitas apparuisse illa Graecorum et verborum comprehensio, et iam artifex, ut ita dicam, stilus.* Cf. de optimo genere orat. c. 2. *Sed et verborum est structura quaedam duas res efficiens, numerum et laevitatem* (al. *lenitatem*). *clamydes*] scripsi. Sed *clamides* codd. et etiam supra §. 7. *clamide* abc.

134. *sarriendo*] vg. *sarcendo* codd. nisi quod *sacerdo* G. om. b. *factum**] coni. addidi. *g. l. quod fuit* codd. *g in l mutatum quod fuit* vg.

135. *manicula*] *manibula* Turnebi cod. *tenetur.*] sic interpunxi, nam adhuc verba: *qui quasi temo est inter boves*, coniungebantur cum etymologia *maniculae*. Sed in simplicissimo aratri genere bura et temo

bura a bubus; alii hoc a curvo urvom appellant. Sub iugo medio cavum, quod bura extrema addita oppilatur, vocatur cous a cavo*. Iugum et iumen- 138
tum ab iunctu. 136. Irpices regula compluribus dentibus, quam item ut plaustrum boves trahunt ut eruant quae in terra serpunt; sirpices, postea irpices* S detrito a quibusdam dicti. Rastelli, ut irpices, serrae leves; ita qui homo in pratis, per fenisecta eundo*, festucas corradit, quo ab rasu rastelli dicti. Rastri, quibus dentatis penitus eradunt terram atque eruunt, a quo rutu rastri dicti. 137. Falces, 139
a farre litera commutata; haec in Campania seculae a secando. A quadam similitudine harum aliae, ut, quod apertum unde, falces fenariae et arboriae, et, quod non apertum unde, falces lumariae et sirpiculae. Lumariae sunt quibus secant lumecta, id est quom in agris serpunt spinae, quas quod ab terra agricolae solvunt id est luunt, lumecta. Falces sirpiculae vocatae ab sirpando id est ab alligando. Sic sirpata dolia quassa, quom alligata his, dicta. 140
Utuntur in vinea alligando fasces, incisos fustes, fa- (34)
culas. Has zanclas Chersonesioe dicunt. 138.

ex eodem ligno dolantur. *urvom*] scripsi. *curvum* codd. *urvum* quidam apud Turnebum, Salmas. ad Solin. p. 576. (820.). *cous*] F. *coum* GH. *coū* a. *conus* b. *cavo**] vg. *covo* FGH. *cono* ab. An fortasse *choo* scribendum, coll. §. 19. *ab*] GH. *a'* a. *a* cett.

136. *serpunt*] Turnebus. *serunt* codd. *irpices**] coni. addidi. S] Turn. cod. *quae* F. *est* GHa. om. b. *qui*] coni. instrumentali sensu. cf. ad §. 21. *qua* codd. *quia* coni. Vertranius et probat Spengel. *fenisecta*] Fa. *foenisecta* GH. *foeni sectus* b. *fenisecia* vg. *eundo**] coni. *eo* codd. *dentatis*] Turnebus. *dentalis* codd. *rutu rastri*] Scaliger. *ratrqbatri* G. *ruturbatri* cett. nisi quod lectio b. non satis aperta.

137. *haec*] F. *hae* cett. v. ann. ad §. 98. *arboriae*] F. *arboreae* GHa. in b. haec desunt. *id est quom*] a. *idē cum* F. *id est cum* GH. .*s*. b. *ab terra*] codd. praeter G. qui *a*. cf. ann. ad §. 30. *id est ab alligando*] om. b. idque probat Spengel. Mihi sana haec videntur. *sirpata*] vg. *sirpita* codd. praeter b. qui *spica*. *Has . . . dicunt*] om. b. Adulterina existimat etiam Turnebus. *zanclas*] *phanclas* FGa. *fanclas* H. *zanculas* coni. Scaliger. Neque mihi dubium fuit, Varronem loqui de voce Sicula, a qua Zancle, post Messana, nomen accepit, ζάγκλη s. ζάγκλον. Hanc enim falcem vinitorum, sirpiculam illam, significare, intelligitur ex Nicandro Alex. v. 180. *Chersonesioe*] scripsi. *Chermonesioe* Fa. *Chermosioe* G. *Chermonesiae* H. Qui tamen hi Chersonesii sint, nondum liquet.

Pilum, quod eo far pisunt, a quo ubi id fit dicitur pistrinum (L et S inter se saepe locum commutant).
39 Inde post in urbe Lucili pistrina, et pistrix.
141 Trapetes, molae oleariae; vocant trapetes a terendo, nisi Graecum est. Ac molae a molliendo; harum enim motu eo coniecta molliuntur. Vallum a volatu, quod cum id iactant volant inde levia. Ventilabrum, quo ventilatur in aëre frumentum. 139. Quibus comportantur fructus ac necessariae res: de his fiscina a ferendo dicta, corbes ab eo quod eo spicas aliudve quid corruebant; hinc minores corbulae dictae. De his quae iumenta ducunt, tragula ab eo quod trahitur per terram; sirpea, quod virgis sirpatur id est colligando implicatur, in qua stercus aliudve quid ve-
142 hitur. 140. Vehiculum, in quo faba aliudve quid vehitur, quod ex viminibus vietur, aut eo vehitur brevi, est vehiculum dictum; ut aliis est arcera, quae etiam in duodecim tabulis appellatur; quod ex tabulis vehiculum erat factum ut arca, arcera dictum. Plaustrum ab eo quod non ut in his quae supra dixi, sed ex omni parte palam est quae in eo vehuntur, quod perlucent, ut lapides, asseres, tignum.

138. *L*] vg. *r* codd. *Lucili pistrina*] intelligi potest nota quaedam in urbe Roma pistrina. Dubium tamen, num Varro hoc voluerit. A Lucilio vocabula *pistrina* et *pistrix* scripta esse, ostendit Scaliger. *trapetes a*] *trapetas a* F. Spengel. *molliendo*] scripsi. *moliendo* codd. *molendo* vg. *molliuntur*] scripsi. *moliuntur* codd., nisi quod b. *moluntur*, ut vg. *vallum*] codd. *vannum* quidam correxerunt: sed non opus, cum illud vocabulum huius deminutivum sit, eadem literarum attractione, quae obtinet in ullus et bellus et corolla et multis.

139. *Quibus comportantur*] Hunc locum, antea in multa membra distinctum, continuo magis filo deduxi. *tragula ab eo quod*] a. ut videtur. *tragula quod ab eo* (*ea* GH.) cett. *quod*] coni. *quae* codd.

140. *ex*] b. ut videtur. *est* cett. *vietur*] Turnebi cod. *utetur* FHa. *uterentur* Gb. *ut aliis est*] scripsi. *est aliis vel* FGb. *est aliis ut* Ha. *duodecim tabulis*] Locus est apud Gellium XX, 1. *non ut in*] *ut in* om. GHb. *non ut* om. a. *quae in eo vehuntur*] cum superioribus coniunxi. Indicativus in hac minus polita Latinitate non offendet, quando ipse Cicero: *animum denique illum spirabilem si quis quaerat unde habemus, apparet*. De qua re qui dixerunt, multos indicat Ph. C. Hess ann. ad Tac. Germ. 45, 7. *perlucent*] vg. *perlucet* FGHb. *perducet* a.

141. Aedificia nominata a parte ut multa. 32
Ab aedibus et faciendo maxume aedificium. Et oppi- 143
dum ab opi dictum, quod munitur opis causa, ubi
sit, et quod opus est ad vitam gerundam. Uti habe-
rent tuta oppida quod operis muniebant, moenia dicta.
Quo moenitius esset quod exaggerabant, aggeres dicti.
Et qui aggerem contineret moerus, quod moeniendi
causa portabatur, moenus, [quo sepiebant oppidum †] e 144
quo moenere moerus. **142.** Eius summa pinnae
ab his, quas insigniti milites habere in galeis solent,
et in gladiatoribus Samnites. Turres a torvis, quod
eae proiciunt ante alios. Qua viam relinquebant in 40
muro, qua in oppidum portarent, portas. **143.**
Oppida condebant in Latio Etrusco ritu, ut multa, id
est iunctis bobus, tauro et vacca interiore, aratro
circumagebant sulcum. Hoc faciebant religionis causa (35)
die auspicato, ut fossa et muro essent muniti. Ter-
ram unde exculpserant, fossam vocabant, et introrsum
iactam murum. Post ea qui fiebat orbis, urbis princi- 145
pium; qui, quod erat post murum, postmoerium
dictum eius, quo auspicia urbana finiuntur. Cippi po-

141. *a parte*] codd. praeter a. qui *aperte*, sicut vg. *a parte* est a parte aedificiorum, nam non omnia aedificia aedes sunt. Cf. V, 155. VII, 18. Spengel. Emend. Varron. p. 15. n. *maxume*] Spengel. l. l. p. 16. n. lacunam h. l. notat. Ego nullum eius vestigium video, nam *maxume* ad *aedibus* pertinet. *opi*] Fa. *qui* H. *op* G. ut videtur. *ope* b. ut vg. Ablativus casus *opi* concinit cum accusativo *Opim* apud Ovidium. *sit*] b. *sint* cett. cf. supra §. 38. *ad quem* (ardorem) *ut sit*, *fit ara.* *gerundam*] G. *gerendam* cett. *Uti*] coni. *ubi* codd. Haec antea cum prioribus coniungebantur, atque ante *tuta* et post *esset* plene interpungebatur. *haberent*] scripsi. *habeant* Fab. *habitent* GH. *operis*] scripsi. *operi* codd. *ope* b. *dicta*] assumpsi ex GHa. om. F. et b. ut videtur. *Et qui*] Punctum ante *Et* posui, post *moerus* sustuli. *moerus*] Scioppius. *moerum* codd. *murus* vg. *moeniendi*] H. *muniendi* cett. *moenus*] scripsi. *manus* codd. *quo*] vg. *que* G. *quod* cett. Hoc membrum *quo sepiebant oppidum* †, hoc loco sane quam incommodum, post *moerus* loco paulo superiore poni velim. *e quo*] ed. pr. *eę o* F. *et e* G. *esse o* H. *eae o* a. om. b. *moerus*] Scioppius. *murus* codd.

142. *Samnites*] cf. commentatores Iuvenalis III, 158. *torvis*] eodem sensu *torvus* infra §. 167. *proiciunt*] intransitivo sensu, antique.

143. *ut multa*] Augustinus coni. *multi* codd. Egi de h. l. Rerum Etruscarum III, 6, 7. *iactam*] coni. *factam* codd. *Post ea*] scripsi. *postea* codd. *eius quo*] Turnebus. *eiusque* codd. *eiusque*

meri stant et circum Ariciam* et circum Romam. Quare
et oppida, quae prius erant circumducta aratro, ab
orbe et urvo urbes; et ideo coloniae nostrae omnis
in literis antiquis scribuntur urbeis, quod item conditae
ut Roma; et ideo coloniae ut urbes conduntur, quod
intra pomerium ponuntur. **144.** Oppidum, quod
146 primum conditum in Latio stirpis Romanae, Lavinium; nam ibi dii penates nostri. Hoc a Latini filia quae coniuncta Aeneae, Lavinia, appellatum. Hinc post triginta annos oppidum alterum conditum Alba; id ab sue alba nominatum. Haec e navi Aeneae quom fugisset Lavinium, triginta parit porcos; ex hoc prodigio post Lavinium conditum annis triginta haec urbs facta, propter colorem suis et loci naturam Alba Longa dicta. Hinc mater Romuli Rhea, ex hac Romulus, hinc Roma.

145. In oppido vici a via, quod ex utraque
parte viae sunt aedificia. Fundulae a fundo, quod
exitum non habent, ac pervium non est. Angipor-
tum sive quod id* angustum, sive* ab agendo et portu.
147 Quo conferrent suas controversias, et quae vendere vel-
41 lent quo ferrent, forum appellarunt. **146.** Ubi
quid generatim, additum ab eo cognomen, ut forum boarium, forum olitorium; hoc erat antiquum macellum ubi olerum copia. Ea loca etiam nunc Lacedaemonii vocant macellum; sed Iones ostia ortorum

ambitu vg. *Ariciam**] Scioppius. *Ardeam* Turnebus. *ars clam* codd. qui syllabas has varie ligant cum aliis. In G. est *circummars clamet.* *orbe*] vg. *urbe* codd. *urbes et*] vg. *urbs est* codd. *omnis*] Ga. *omnes* cett. cf. ann. ad §. 5. *ut urbes*] vg. *et urbes* codd. *ut* om. a.

144. *appellatum*] scripsi, Spengelio proponente. *appellata* codd. Et ante h. v. ὑποστιγμῇ interpunxi. *fugisset*] vg. *fuisset* FGHa. *fuisse* b.

145. *ex utraque*] vg. *dextra qui* Fab. *dextra quod* G. *dextraque* H. An *laeva dextraque* scribendum? *habent*] scripsi cum cod. B. *habet* codd. *sive quod id**] coni. *si id* codd. *et id* vg. *sive**] coni. addidi. *agendo*] codd. *angendo* vg. Sed angiportum a Varrone etiam VI, 41. ab agendo derivatur. *vendere vellent*] G. *venderentur vellent* cett.

146. *generatim*] cf. V, 75. *macella*] scripsi. *macelli* codd. Cf. Hesychius s. vv. μάκελλοι et μάκελα. *Iunium* †] codd. nisi quod H.

macellotas ortorum, et castelli macella. Secundum Tiberim ad Iunium † forum piscarium vocant; ideo ait Plautus:

Apud piscarium
Ubi variae res.

Ad corneta forum cupedinis a cupedio; quod multi 148
forum cupidinis a cupiditate. **147.** Haec omnia posteaquam contracta in unum locum quae ad victum pertinebant, et aedificatus locus: appellatum macellum, ut quidam scribunt quod ibi fuerit ortus; alii quod ibi domus fuerit quoi cognomen fuit macellus, quae ibi publice sit diruta: e qua aedificatum hoc quod (36)
vocetur ab eo macellum.

148. In foro lacum Curtium a Curtio dictum constat, et de eo triceps historia; nam et Procilius non idem prodidit quod Piso, nec quod is, Cornelius Stilo † secutus. A Procilio relatum, in eo loco dehisse terram, et id ex S. Con. ad aruspices relatum esse: 149

rimum. *Ianum* quidam ap. Turnebum, Scioppius. *Ianium* Scaliger. De Iani templo locum explicat Sachse Histor. et Descript. Romae T. 1. p. 126. 425. *merum* (id est moerum s. murum) proponit Bunsenius Descr. Rom. I. p. 629., intelligitque muros Servii. *Plautus*] Curculion. IV, 1, 13. legitur tantum: *apud forum piscarium.* Propterea hunc locum inter fragmenta Plauti rettulerunt, T. III. p. 566. Bothe. Contra Osann. Anal. crit. p. 186. nostrum locum illi fabulae vindicare volt. *cupedio*] vg. *fastidio* FGH. et Turnebi côdex. *scideo* b. Ex a. nihil notatum. Illud ex interpretatione ortum, nam cuppes in Glossis exponitur fastidiosus. Quae Varrone auctore referuntur de *Cupedine equite* (sic Festus s. v. cuppes, *Numerius Equitius Cuppes* est apud Donatum ad Terent. Eunuch. II, 2, 25.), cuius aedes, cum ipse propter latrocinia damnatus esset, dirutae sint, eoque loco forum cupedinis institutum, ex alio Varronis opere sumpta sunt. Incerto Rerum Humanarum libro tribuuntur ea in Varr. fragm. ed. Bip. p. 213. *quod*] vg. *quem* codd. *cupidinis*] vg. et ab. ut videtur. *cuppedinis* FH. *cupedinis* G.

147. *quoi cognomen fuit macellus*] Manii s. Omanii Macelli domus eo loco fuisse dicitur a Donato l. l., Varrone teste.

148. *Procilius*] De hoc historiae scriptore, quem Atticus magni faciebat, v. Ernesti Clavis Ciceroniana. *Cornelius Stilo* †] codd. *C. Aelius Stilo* vg. Eadem lectionis varietas infra §. 150. et VII, 39. Interpolatam recte dicit vulgatam lectionem Spengelius p. LIV; prodit eam etiam hoc, quod Aelius Stilo (de quo pauca annotavi ad §. 18.) Lucius dicitur, non Gaius, a Varrone ipso de R. R. III, 12. et Gellio. Cornelius autem si locum recte tuetur, Stilonis cognomen valde suspectum est, et interpolationis notam quandam etiam bonis libris inurere videtur.

responsum Deum Manium postilionem postulare id*, ci-
vem fortissimum eo demitti. Tum quendam Curtium
civem fortem armatum ascendisse in equum, et a Con-
cordia versum cum equo eo praecipitatum; eo facto
locum coisse atque eius corpus divinitus humasse ac
reliquisse genti suae monumentum. **149.** Piso in
Annalibus scribit, Sabino bello, quod fuit Romulo et
150 Tatio, virum fortissimum Metium Curtium Sabinum,
quom Romulus cum suis ex superiore parte impressio-
42 nem fecisset, Curtium in locum palustrem, qui tum
fuit in foro, antequam cloacae sunt factae, secessisse,
atque ad suos se* in Capitolium recepisse; ab eo lacum
invenisse nomen. **150.** Cornelius et Lutatius scri-
bunt, eum locum esse fulguritum, et ex Senatus Con.
septum esse, id quod factum esset a Curtio Consule,
quoi Marcus Genutius fuit collega, Curtium appella-
tum. **151.** Arx ab arcendo, quod is locus muni-
tissimus urbis, a quo facillime possit hostis prohiberi.
Carcer a coërcendo, quod exire inclusi* prohibentur.
In hoc pars quae sub terra Tullianum, ideo quod
151 additum a Tullo rege. Quod Syracusis, ubi delicti*
causa custodiuntur, vocantur latomiae, inde Lautu-

Manium] vg. *manio* codd. *postilionem*] codd. *postulionem* vg. Illud retinui, cum inter postilionem et postulo eadem sit ratio, atque inter consilium et consulo. Ceterum postilio nomen eiusdem formae est ac pignoris capio et similia. *id**] a. *id est* cett., quo sensus pervertitur. Deus Manium hanc postilionem postulat, ut civis fortissimus demittatur. Accusativus obiecti *id* componitur cum accusativo nominis verbalis. Quae quidem structura, Graecis usitata, apud Romanos rarissima est. *id est* delet Scaliger, quem alio loco secutus eram. *eo demitti*] Turnebus. *eodem mitti* codd. *a Concordia*] *ad Concordiae* voluerunt Scaliger Scioppiusque. Non opus est; a Concordiae inde templo, quod in boreali fori parte situm erat, Curtius in forum et locum illum equum convertebat. Recte defendit id una cum Lucretiano *undique vorsum* I. Fr. Gronovius Observatt. I, 7. p. 51. (66.). *eo facto*] H. *eum facto* cett.

149. *Curtium*] vg. *curcium* F. *curtius* cett. *quom*] ex G. *locum*] vg. *lacum* codd. *se**] coni. addendum videbatur.

150. *esset*] coni. *est* FGa. *esse* H. om. b. *Curtio Consule*] anno urbis 309.

151. *inclusi**] recepi ex b, qui *indusi*. om. cett. *Tullo*] sic scribendum intellexit cod. B. scriptor. *Tullio* codd. *delicti** *causa*] coni. Bergmann. *de causa* codd. *simili de causa* vg. ex interpolatione.

mia translatum, vel quod hic quoque in eo loco lapidicinae fuerunt.

* * *

152. In eo Lauretum ab eo quod ibi sepultus est Tatius rex, qui ab Laurentibus interfectus est, vel ab silva laureà, quod, ea ibi excisa, est aedificatus vicus, ut inter Sacram viam et macellum editum Corneta a cornis, quae abscissae loco reliquerunt nomen; 152
ut Esculetum ab esculo dictum et Fagutal a fago, unde etiam Iovis Fagutalis, quod ibi sacellum.

153. Armilustrum ab ambitu lustri; locus idem circus maximus dictus, quod circum spectaculis aedificatis ibi ludi fiunt, et quod ibi circum metas (37)
fertur pompa, et equi currunt. Itàque dictum in Cornicularia militis adventu quem circumeunt ludentes:

Quid cessamus ludos facere? Circus noster 153
ecce adest.

In circo primo unde mittuntur equi, nunc dicuntur carceres, Naevius oppidum appellat. Carceres dicti,

inde] coni. *et de* codd. *exinde* Turneb. *vel*] coni. addidi, quae loci ipsius sensu et Varronis more satis commendatur. Lautumiae ad Capitolinum montem et coniunctae fuisse videntur cum carcere Tulliano. Lacunam post *fuerunt* indicavi propter sequens *In eo.*

152. *In eo*] codd. vg. om. *In eo* pertinet ad Aventinum montem, nam in hoc Lauretum erat. V. Varro Humanar. Rer. II. apud Macrob. Sat. III, 12. et Sachse Hist. et Descr. Urbis T. 1. p. 76. qui de vicis Loreti maioris et Loreti minoris, coniunctis cum Armilustro, disputat, neque tamen ad nostrum locum satis attendit. Varro in aedificiis recensendis hunc ordinem sequitur, ut primum de generibus dicat, de oppidis, de vicis, de foris (propter forum Romanum Curtii lacus meminit), de arce, carcere, circis, comitio, curiis. Sed immiscet huic recensui explicationem singulorum locorum, quae ad ea genera non pertinent, quod monstrat tum locus de Laureto, tum quae §. 155 — 157. continentur, in quibus locorum situm secutus esse videtur. Ubi ad Publicium clivum pervenit, simul de ceteris clivis vicisque agit. *vel*] iterum coni. addidi. *aut* Scioppius. *est*] scripsi. *et* codd. *editum*] i. e. locus paulo editior. *a cornis*] retinui ex vg. om. codd.

153. *maximus*] vg. *mecinus* FGb. *metinus* H. *mecitius* a. *aedificatis*] scripsi. *aedificatus* codd. Spectacula sunt, unde spectatur, τὸ θέατρον. *Cornicularia*] Vertranius et Salmasius ad Solinum p. 386. (547.): *cornicula* codd. Plauti Comoediae ed. Bothe, T. III. p. 559. *militis*] Turnebus. *milites* codd. *primo*] vg. *prinum* codd. *Naevius*]

quod coërcentur equi, ne inde exeant antequam magistratus signum misit. Quod ad muri speciem* pinnis
43 turribusque carceres olim fuerunt, scripsit poëta:

Dictator
ubi currum insidit, pervehitur usque ad oppidum.

154 **154.** Intumus circus ad Murcim vocatur, ut Procilius aiebat ab urceis, quod is locus esset inter figulos: alii dicunt a murteto declinatum, quod ibi id fuerit: quoius vestigium manet, quod ibi sacellum etiam nunc Murteae Veneris. Item simili de causa circus Flaminius dicitur, qui circum aedificatus est Flaminium campum, et quod ibi quoque ludis Tauriis equi circum metas currunt.

155. Comitium ab eo quod coibant eo comitiis
155 curiatis et litium causa. Curiae duorum generum, nam et ubi curarent sacerdotes res divinas, ut Curiae Veteres, et ubi senatus humanas, ut Curia Hostilia, quod primum aedificavit Hostilius rex. Ante hanc Rostra: quoius loci* id vocabulum, quod* ex hosti-

Bothe P. Sc. L. V, II, 26. Sed is nondum intellexerat, sequentem locum ex Naevio ductum esse. *coërcentur*] retinui ex vg. *coercuntur* FGa. *coercuitur* H. *cohercerentur* b. *ad muri speciem**] coni. *a muris partem* codd. *a muri parte* vg. *a murtis parte* ex quibusdam excusis affert et non improbat Turnebus. *a Murcis parte* Fulvius Ursinus apud Scioppium, et *a Murciae parte* Salmasius ad Solinum p. 637. (407). Sed Murcis non erat ad carceres, primo circo, sed ad metas, intumo. Ex vulgata lectione Bunsenius, Descr. Urbis T. I. p. 629., colligit, Servii regis murum ad Circum Maximum pertinuisse, cui sententiae noster locus infirmius est praesidium. *pinnis*] vg. *pennis* FGH. *poenis* b. De a. non constat. *turribusque*] vg. *turribus qui* codd., nisi forte a. habet *que*. *Dictator*] Versus hos ita disposui, ut Saturnios esse appareret. Naevius scribebat *ubei*. Propter lectionem interpolatam *Ennius* pro *poëta* hic locus ab H. Columna illatus est in Ennii fragmenta, p. 149. Hessel.

154. *Murcim*] codd. nisi quod *murcisum* G. *murum* b. *murtim* Turnebi codex habet. *Murciam* Salmasius ad Solinum p. 637. (407.). Certe metae Circi *Murciae* s. *Murtiae* dicuntur ab Appuleio Met. VI. p. 123. Bip. et Tertulliano de spectaculis c. 8. Sed dea poterat Varronis tempore dici *Murcis*. *vocatur*] a. *vocatum* cett.

155. *causa*] a. *causae* Fb. *ee*, cum lineola supraducta G. *esse* H. *ut Curiae Veteres*] i. e. curiae illae Romuleae urbis in Palatino monte, Forensis, Rapta, Veliensis, Velitia, ex quibus sacra per religiones evocari non potuerant; de qua re Festus s. v. Novae curiae p. 183. Lindem.

bus capta fixa sunt rostra. Sub dextra huius a Comitio locus substructus, ubi nationum subsisterent legati, qui ad senatum essent missi. Is Graecostasis appellatus a parte ut multa. 156. Senaculum supra Graecostasim, ubi aedis Concordiae et basilica Opimia. Senaculum vocatum, ubi senatus aut ubi se- 156
niores consisterent; dictum ut gerusia apud Graecos. Lautolae a lavando, quod ibi ad Ianum Geminum aquae caldae fuerunt. Ab his palus fuit in minore Velabro, a quo, quod ibi vehebantur lintribus, Velabrum, ut illud maius de quo supra dictum est. 157. Aequimelium, quod aequata Meli domus publico, quod regnum occupare voluit is. Locus ad Busta Gallica, quod Roma recuperata Gallorum
ossa, qui possederunt urbem, ibi coacervata ac con- (38)
septa. Locus qui vocatur Doliola ad cluacam maxu- 157
mam, ubi non licet despuere, a doliolis sub terra. 44
Eorum duae traditae historiae, quod alii inesse aiunt ossa cadaverum, alii Numae Pompilii religiosa quaedam post mortem eius infossa. Argiletum sunt qui scripserunt ab Argola seu Agrola*, quod is huc venerit ibique sit sepultus; alii ab argilla, quod ibi id

primum] GHab. *primus* F. ut videtur. *loci** et *quod**] coni. addidi. *Graecostasis*] Mirum, quod a. *Graeca* σταϛ habet, et H. lacunam tanquam propter verbum Graecum, et G. *Graeco appellatus Stasis* cum lacuna.

156. *gerusia*] G. *ierusia* cett., nisi quod *hierusu* b. *Geminum*] *Quirinum* coni. Sachse Hist. et Descr. Urbis T. I. p. 97. 127. 263. Is enim Ianum geminum duos diversos Ianos dici putat, p. 95. At haec opinio Varronis auctoritate satis refellitur. *lintribus*] vg. et b. ut videtur. *lustribus* cett.

157. *aequata*] vg. et b. ut videtur. *aquata* cett. *Meli domum* ex Livio constat fuisse ad vicum Iugarium, qui praeter Capitolinum montem, qua occidentem solem spectat, situs erat. *Busta Gallica* prope amphiteatrum Flavium fuisse, quae est opinio Nardinii et Sachsii Hist. et Descr. Urbis T. I. p. 375., idoneis argumentis destituta, hoc loco videtur refelli. *Doliola*] cf. Festus s. v. p. 52. Lindem. *Argiletum*] vg. *argeletum* codd. nisi quod *argilecini* b. De Argileti loco multa lis. Ex Virgilio tamen, Aen. VIII, 345., inter Tarpeiam rupem et Lupercal fuisse intelligitur; neque id refragatur ordini locorum, quem Varro sequitur. *Argola*] FG. *arglo* H. *argolla* a. *argole* b. *Argo* vg. *Agrola**] coni. addidi propter *seu*. Videbatur mihi Varro dicere de Agrola Siculo (non Tyrrheno, v. Ephem. Litt. Hal. 1829. n. 126. p. 362.), de quo Pausan. I, 28, 3. Ἀϱγόλαϛ ex Argivo populo hominem significat, testibus poëtis ap. Stephanum Byzantium.

genus terrae. 158. Clivos Publicius ab aedi-
158 libus plebei Publicis qui eum publice aedificarunt. Simili de causa Pullius et Gosconius, quod ab his viocuris dicuntur aedificati. Clivos proxumus a Flora susus versus Capitolium vetus, quod ibi sacellum Iovis, Iunonis, Minervae, et id antiquius quam aedis quae in Capitolio facta. 159. Exquilis vicus Africus, quod ibi obsides ex Africa bello Punico dicuntur custoditi. Vicus Cyprius a cypro, quod
159 ibi Sabini cives additi consederunt, qui a bono omine id appellarunt; nam cyprum Sabine bonum. Prope hunc vicus Sceleratus, dictus a Tullia Tarquini Superbi uxore, quod ibi quom iaceret pater occisus, supra eum carpentum mulio ut inigeret iussit.

33 160. Quoniam vicus constat ex domibus, nunc earum vocabula videamus. Domus Graecum, et ideo in aedibus sacris ante cellam, ubi sedes dei sunt, Graeci
160 dicunt πρόδομον, quod post, ὀπισθόδομον. Aedis ab aditu, quod plano pede adibant. Itaque ex aedibus efferri indictivo funere praeco etiam eos dicit qui ex

158. *Publicius*] vg. *publicus* FGa. *publicos* H. *pupcos* b. Scilicet terminatio OS ab imperitis librariis translata est a *clivos*, in quo vocabulo necessaria est, ad *Publicius*, cui non convenit. *Publicis*] codd. idque servavi. cf. annot. §. 33. *Publiciis* Vertranius, Scioppius. Ut Festus s. v. Publicius clivus p. 208. Lindem. narrat, hi fratres eum clivum munierunt, *ut in Aventinum vehiculis Velia veniri possit*. Cf. Niebuhr. R. H. III. p. 47. 361. *Pullius*] codd. praeter G. qui *publius*. Solino c. 1, 26. teste Tarquinius habitavit *Esquiliis supra clivum Pullium ad Fagutalem lucum*. Non satis ad h. l. attenderat Niebuhrius R. H. III. p. 46. qui ab aedile curuli quodam Pullio hunc vicum exstructum volebat. *Clivos*] scripsi. *clivus* codd. *a Flora susus*] Victorius, Turnebus, Scioppius. *a floras usus* FG. *a floreas usus* H. *floras usus* a. ut videtur, et, litera *s* ad *usus* suprascripta, b. *ad florales usus* vg. Hoc Capitolium in Alta Semita fuisse prope templum Florae, docet P. Victor.

159. *Exquilis*] scripsi, ut supra §. 50. *Esquilis* Ga. *exquiliis* FH. *equiliis* b. *Cyprius*] codd. *ciprius* vg. et b. ut videtur. Eadem lectionis varietas in sequentibus. *inigerent*] Fulvius Ursinus referente Scioppio. *iniceret* FGH. *injeceret* a. corruptius b.

160. *earum*] vg. *eorum* codd. nisi quod om. H. *videamus*] vg. et b. ut videtur. *videmus* cett. codd. *πρόδομον*] vg. *prodomum* F. *prodomus* G. *δῶμα* a. lacuna in H. om. b. *post*] Gb. ut vg. *potest* Fa. *praeest* H. *ὀπισθόδομον*] vg. *opisthodum* F. *opistodium* G. lacuna in cett. *indictivo*] vg. *inductivo* codd. *inde*

tabernis efferuntur, et omnes in censu villas inde dedicamus aedes.

161. Cavum aedium dictum, qui locus tectus intra parietes relinquebatur patulus, qui esset ad communem omnium usum. In hoc locus si nullus relictus erat, sub divo qui esset, dicebatur testudo ab testu- 161
dinis similitudine, ut est in praetorio in castris. Si 45
relictum erat in medio ut lucem caperet, deorsum quo impluebat dictum impluvium, susum qua compluebat compluvium: utrumque a pluvia. Tuscanicum dictum a Tuscis, posteaquam illorum cavum aedium simulare coeperunt. Atrium appellatum ab Atriatibus (39)
Tuscis; illinc enim exemplum sumptum.

162. Circum cavum aedium erant unius quoiusque rei utilitatis causa parietibus dissepta: ubi quid 162
conditum esse volebant, a celando cellam appellarunt; penariam, ubi penus: ubi cubabant, cubiculum: ubi coenabant, coenaculum vocitabant, ut etiam nunc Lanuvi apud aedem Iunonis et in cetero Latio ac Faleris et Cordubae dicuntur. Posteaquam in superiore parte coenitare coeperunt, superioris domus universa coenacula dicta: posteaquam ubi coenabant, plura facere coeperunt, ut in castris ab hieme hiberna, hibernum domus vocarunt; contraria. . . . .

Hic defecit exemplar foliis duobus. 163

dedicamus] scripsi. *inde dicamus* codd. nisi quod *indicamus* b. *dedicamus*, omisso *inde*, voluit Iac. Gronovius ad Gellium VII, 11. p. 498. ed. Conr., qui locus praeter alios veram lectionem monstrat.

161. *testudo*] Servius Fuldensis ad Aen. I, 505, ubi hunc locum tangit, sic emendandus erit: *Item Varro de Lingua Latina ad Ciceronem: In aedibus locus patulus relinquebatur sub divo, qui* (adde: *si nullus*) *erat relictus et* (scr. *sed*) *contectus erat, appellabatur testudo. in castris*] vg. *et castr.* codd. *susum*] codd. exceptis Gb. qui *sursum*, ut vg. *susum* ex Catone et Gellio iam innotuit. *Atrium*] Dixi de h. l. Rerum Etruscarum 1, 3, 4. T. I. p. 255.

162. *erant*] vg. *erat* codd. *ubi quid . . . volebant*] Haec, quae antea cum prioribus iungebantur, cum sequentibus iunxi, et universum locum interpungendo aliter distinxi. *Lanuvi*] F. *lanubi* Ha. *iam ibi* G. *lavinis* b. De Iunone Lanuvina interpretes Ciceronis de N. D. I, 29. *Faleris*] G. *Phaleris* F. *Faleriis* cett. cf. annot. ad §. 33. *Hic . . . duobus*] sic Fa. *hic deficiunt duo folia* codex Vati-

34 **163.** . . ligionem Porcius designat, quom de Ennio scribens dicit eum coluisse Tutilinae loca. Sequitur porta Naevia, quod in nemoribus Naeviis (Naevii* etenim loca ubi ea), sic dicta. Deinde Rauduscula,
164 quod aerata fuit. Aes raudus dictum, ex eo veteribus in mancipiis scriptum: *rauduscula libram ferito.* Hinc Lavernalis ab ara Lavernae, quod ibi ara eius. **164.** Praeterea intra muros video portas dici. In Palatio Mucionis a mugitu, quod ea pecus
46 in bucita circum antiquom oppidum exigebant. Alteram Romanulam ab Roma dictam, quae habet gradus in
165 Nova via ad Volupiae sacellum. **165.** Tertia est Ianualis dicta ab Iano; et ideo ibi positum Iani signum; et ius institutum a Pompilio, ut scribit in Annalibus Piso, ut sit aperta semper, nisi quom bellum sit nusquam. Traditum est memoriae, Pompilio rege fuisse opertam, et post Tito Manlio Consule,

canus 1556. *Hic desunt duo folia* G. Similiter cett. Varro post aedes de portis dixerat, omnesque Servii murorum portas ut videtur recensuerat, ita ut aut a Capena aut a Trigemina porta initium faceret. Nam inter has portas sitas fuisse eas, quas Varro memorat, satis constat.

163. *ligionem*] Fb. *legionem* G. *ligonem* H. *ignomen* a. *Porcius*] Idem recurrit VII, 104. Est Porcius Licinius, notus inter antiquos poëtas, qui epigrammata scripserunt (Gellius XIX, 9.), cuius versus ad Ennium, ni fallor, spectantes, exhibentur a Gellio XVII, 21. Ceterum Ennius in Aventino habitavit, teste Eusebio in Chronico. De Tutilina extat alter Varronis locus ex Menippea *Hercules tuam fidem*, Fragm. p. 283. Bip. ex Nonio s. v. Tutilina dea. *Naeviis* (*Naevii**] hanc lectionem commendavit Spengel. *naevius* FHb. *nevius* Ga. *veteribus*] *in veteribus* codd. Cf. infra VI, 74. *in lege mancipiorum.*

164. *In Palatio* omnes tres portas esse, Mucionem et Romanulam Ianualemque, significat scriptor. Omnesque in ea Romuleae Urbis parte sunt, quae Foro, Capitolio, Arci obversa erat. Cf. Bunsen. Descr. Urbis T. I. p. 144. *in bucita circum*] scripsi. *in bucitatum* codd. *in bucita tum* et deinde *exigebat* Scaliger. *bucita* i. q. buceta, boum pascua. *antiquom*] scripsi. *antiquum* codd. *in Nova via*] *novalia* codd. praeter b. qui *ovilia*. *navalia* vg. Quod posui, coni. Scaliger et Nardinius, idque loco inferiore VI, 24. admodum commendatur. Etiam Mucionem s. Mugionem portam ad summam Novam viam fuisse, discitur ex Solino I, 24.: haec autem Romanula erat ad infumam, quod ex loco iam significato intelligitur.

165. *opertam*] Freinshemius ad Flor. I, 2. p. 35. Duker. *apertam* codd. *Tito Manlio*] vg. *titio manilio* FGH. *titio* ab. T.

bello Cartaginensi primo confecto, eodem anno* opertam et* apertam.

166. Super lectulis origines quas adverti hae. Lectica, quod legebant unde eam facerent stramenta 166
atque herbam, ut etiam nunc fit in castris. Lecti, quod, ne essent in terra, sublimis in lignis* ponebant, nisi ab eo, quod Graeci antiqui dicebant λέκτρον, lectum potius. Qui lecticam involvebant, quod fere stramenta erant e segete, segestriam appellarunt, ut 167
etiam nunc in castris, nisi si a Graecis; nam στέγαστρον. Ubi lectus mortui fertur, dicebant feretrum nostri, Graeci φέρετρον. **167.** Posteaquam transierunt ad culcitas, quod in eas acus aut tomentum aliudve quid calcabant, ab inculcando culcita dicta. Hac quidquid insternebant, ab sternendo stragulum 168
appellabant. Pulvinar vel a pluribus vel a polulis declinarunt. Quibus operibantur, operimenta, et pallia opercula dixerunt. In his multa peregrina, ut sagum, reno Gallica, et gaunacum et amphimallum Graeca; contra Latinum toral, quod ante torum, et torus a torvo, quod is in promptu. Ab

Manlius Cos. a. u. 519. **opertam et**] coni. addidi, cum facillimo errore excidere potuerit. In codd. ante *eodem* additur *et.*

166. *eam*] Victorius et vg. *iam* FG (inverso ordine *iam unde*) a. om. Hb. *Lecti quod*] Turnebus. *lecticas* codd. *lignis**] scripsi, ut etymon vocabuli adesset. *his* FGab. *iis* H. *quod*] G. *quo* cett. *Qui*] ex ed. Veneta II. et Victorio. *quam* codd. De illo *qui* v. ann. ad §. 21. Varro de Vita Pop. Rom. I. ap. Nonium s. v. torialium p. 11. *Quod* (scr. *qua*) *frontem lecticae struebant, ex ea herba torta torum appellatum; hoc quod inicitur, etiamnum toral dicitur; lecticam qui involvebant, segestria appellabant.*

167. *eas acus*] Turnebus. *ea sagus* codd. *Hac*] GHa. *hoc* F. *hic* b. *pluribus*] codd. *plumis* vg. Illud retinui, quippe (ut iam Turnebus intellexerat) Varro dicere videtur, pulvinaria vel a maiore numero vel a parvitate pulvinorum s. culcitarum appellata esse. *polulis*] (i. e. paululis) GH. *pollulis* (ut paullulis) Fa. *pullulis* b. Forma *polulus* nota ex Catone. cf. ann. ad §. 95. et similem etymologiam pauperis a *paulo lare* supra §. 92. et paludis a *paululum aquae* §. 26. *Gallica et*] scripsi. *Galli quid* FGab. *Galli quod* H. *gaunacum*] coni. *gaunacuma* Fa. *gauna cumma* GH. *gañacūma* b. Illud videtur procusum ex Graeco καυνάκη, unde etiam gaunacarius artifex. Improbabili coniectura Checoltius in Gorii Symb. litter. Rom. T. VIII. p. 172. locum sic corrigit: *ut sagum, rheno Gallice; id gaunacum Persicum, amphimallon Graece.* *toral*] em.

169 hac similitudine **torulus** in mulieris capite ornatus.

168. Qua simplici scansione scandebant in lectum non
47 altum, **scabellum**, in altiorem, **scamnum**. Duplicata scansio **gradus** dicitur, quod gerit in inferiora superiorem. Graeca sunt περιστρώματα et περιπετάσματα, sic alia quaedam* convivi, ut **gausape***.

36 **169.** Multa pecuniae signatae vocabula sunt. Aeris et argenti haec. **As** ab aere. **Dupondius** a
170 duobus ponderibus, quod unum pondus **assipondium** dicebatur. Id ideo, quod as erat libra pondus. Deinde ab numero reliquom dictum usque ad centussis, ut as singulari numero; ab tribus assibus **tressis**, et sic proportione usque ad **nonussis**. **170.** In denario numero hoc mutat; quod primum est ab decem assibus **decussis**, secundum ab duobus decussibus **bicessis**.*
171 Reliqua conveniunt, quod est, ut **tricessis**, proportione usque ad **centussis**, quo maius aeris proprium vocabulum non est; nam ducenti et sic proportione quae dicuntur, non magis asses, quam denarii aliaeve quae res significantur.

Augustinus. *torae* F. *tore vel* GHb. *tore ut* a. *torulus*] Augustinus e libro. *torvius* Fa. *torvinus* GH. *torvus* b.

168. *alia quaedam*] coni. *aliquid item* codd. *ut gausape**] scripsi. *causa ibi* codd. (*ibi* cum sequentibus iungit G.). *ut gausapia* Scaliger. Spengel. Emend. Varr. p. 16. lacunam et locorum transpositionem h. l. statuens scribit: *sic alia; item convivii causa ibi multa*, ... Deinde, interpositis locis de mensis, armis, aedificiis: *Pecuniae signatae vocabula aeris et argenti haec.* Transpositionem locorum cur necessariam non habeam, dixi ad §. 105.: ceteris probabiliora existimavi ea quae recepi. Gausapes nomen e Graeca lingua Varro eodem iure repetit, quo gaunacum, quod Persicum esse satis constat.

169. *reliquom*] scripsi. *reliquum* codd.

170. *bicessis*] codd. nisi quod *vigessis* a. *vicessis* legit Priscianus de figuris numerorum c. 3. §. 15., totum hunc locum afferens; idque reponi volt Spengel. p. XII. * Post h. v. quae sunt in codd.: *quod dici solitum* (sic Turnebi cod. *solum* cett.) *a duobus decussibus* (h. v. om. Gb.) *bicessis* (*bicensis* FG. *bigessis* a.), ea ex glossemate orta esse, manifestum est. Om. Priscianus, Scioppius; uncis inclusit Spengelius. *et sic*] a. Priscianus. *in* cett. codd. *aliaeve quae*] G. *alieve quae* FH. *alie* a. *alie neque* b. *aliaeque* Priscianus. *aliaeve* vg. *alienaeque* coni. Spengelius. Quod posui, ex more Varronis est. Cf. *aliudve quid* V, 139. 140. *aut quae alia* V, 183. *alio quo verbo*, ut emendavi, VI, 37.

171. Aeris minima pars sextula, quod sexta pars unciae. Semuncia quod dimidia pars unciae; se valet dimidium ut in selibra et semodio. Uncia ab uno dicta. Sextans ab eo quod sexta 172
pars assis, ut quadrans quod quarta, et triens quod tertia pars. Semis quod semias, id est ut dimidium assis, ut supra dictum est. Septunx a septem et uncia conlisum. **172.** Reliqua obscu- (41)
riora, quod ab deminutione, et ea quae deminuuntur 173
ita sunt ut extremas syllabas habeant, unde una dempta uncia deunx; dextans dempto sextante; dodrans dempto quadrante; bes, ut olim des, dempto triente.

173. In argento nummi; id ab Siculis. De- 48
narii quod denos aeris valebant; quinarii quod quinos; sestertius, quod duobus semis additur* (dupondius enim et semis antiquus sestertius est), et veteris consuetudinis ut retro aere dicerent, ita ut semis tertius, quartus semis pronuntiarent, ab semis tertius 174

aliam quam formulam, ut scripsi, IX, 103. *aut quid aliud* de R. R. III, 13, 3. Eumque usum sequitur Gellius *aliave qua labe*, I, 12, 1., et etiam praestantiores scriptores. Quanquam etiam contrarium: *ab alia aliqua re*, quod VIII, 21. reperitur, nostro scriptori non abiudicandum erit.

171. *se*] vg. *sic* codd. *dicta*] a. et Priscianus. om. cett. *semias*] Turnebus. *semis* codd. et Priscianus. *id est*] *id* cum lineola transversa per *d* Prisciani cod. Monacensis, unde Spengelius *idem* legendum proponit. Illud praefero; *id est ut* significat: hoc idem valet ac si dixeris. Cf. infra §. 178. *Praeda est . . . ut parida.* *conlisum*] a. et cod. Augustini et alius Scioppii. *collisum* Priscianus. *conclusum* FGHb.

172. *unde*] Prisciani cod. Monacensis (sequentia ita transponens: *dempta una uncia*). om. cett. Prisciani codd. *ut de* GHab. *ut a decem* F. *ut a duodecim*, interpolata lectione, vg.

173. *denarii*] *denarii quod denarii* (*denari* Ga.) GHab. *quod duobus semis additur**] coni. *duobus semis* Priscianus, omissis verbis *quod* et *additur*. *quod semis tertius* Varronis codd. Sed haec, quanquam vetusta, manifesta tamen est interpolatio, orta ut videtur e lectione antiquitus turbata. Nam Varronem sic non scripsisse intelliget, quisquis explicationis, quam proposuit, rationem accurate persequetur. Simul hic locus aliter distinguendus erat, atque adhuc fiebat, cum ante *Est et veteris* et ante *Ab semis τελεία* interpungebatur. Quam ex his membris solutis composui periodum, eam a Varronis genere scribendi non abhorrere, facile sentient peritiores. Cf. etiam VI, 6. *semis tertius*, *quartus semis*] FGHa. *semis tertius*, *semis quartus*, b. ut videtur, sicut vg. *semis quintus*, *semis quartus*, *semis tertius* Priscianus. Quae omnia nata sunt ex errore ridiculo. Quippe non intelligebatur, *retro aere dicere* nihil aliud

sestertius dictus. **174.** Nummi denarii decuma **libella**, quod libram pondo aeris* valebat, et erat ex argento parva. **Sembella**, quod libellae dimidium, quod semis assis. **Teruncius** a tribus unciis*. Libellae ut haec quarta pars, sic quadrans assis eadem.

175. Pecunia vocabulum mutat, nam potest item
175 dici dos, arrabo, merces, corollarium. **Dos** si nuptiarum causa data; haec Graece *δωτίνη*, ita enim hoc Siculi. Ab eodem **donum**, nam Graece ut ISSEDONION †, et ut alii *δόμα*, et ut Attici *δόσιν*. **Arrabo** sic data, ut reliquom reddatur; hoc verbum item a Graeco *ἀῤῥαβών*. **Reliquom**, quod ex eo quod de-
176 bitum reliquom. **176.** **Damnum** a demptione, quom minus re factum quam quanti constat. **Lucrum** ab luendo, si amplius, quam ut exsolveret quanti esset, captum. **Detrimentum** a detritu, quod ea quae trita minoris pretii. Ab eadem mente **intertrimentum** ab eo, quod duo, quae inter se trita, et deminuta; a quo etiam **intertrigo** dicta.

177. **Multa** pecunia quae a magistratu dicta ut exigi posset ob peccatum, quod singulae dicuntur additae*

esse nisi pro *dupondio et semisse* dicere *tertium semissem*, pro duobus assibus et triente tertium trientem et similia. *sestertius*] ex Prisciano addidit Spengelius.

174. *aeris**] Scioppius. *as* codd. Fortasse *aes* scribi poterit. *unciis**] *unciis quod* codd. Posterius vocabulum omisi, quanquam fortasse hoc vestigio plura excidisse deprehenditur. Post h. v. interpunxi. *eadem*] quod antea cum sequentibus iungebatur, nunc ad priora rettuli.

175. ISSEDONION †] F. lacuna in GHab. *ut Iones δόμον* Scioppius. *nam Graeci ipsi δάνειον* Buttmannus proponit apud Spengelium. *reliquom*] ter scripsi. *reliquum* ubique codd. *Reliquom*] intelligendum proprio vocabuli usu, de aere alieno. Et sic cum arrabone componitur; nam de pretio constituto arrabo statim erat solvendus, ut etiam reliquom, i. e. reliqua pars debitae pecuniae, redderetur, id est solveretur.

176. *re factum*] codd. *refectum* Turnebus. *redactum* coni. Spengelius. Sed sana illa, nam *re factum* eodem iure dicitur, quo *quid hoc homine facias*, *quid illo fiet*, apud Ciceronem, et similia multa. *exsolveret*] nempe, qui emit sive solvit. Cf. ann. ad §. 2. Nisi forte h. l. *exsolveretur* scribendum est. *intertrigo*] e Bentini correctione. *intrigo* codd.

177. *Multa*] b. *Multa a* cett. *additae* esse*] ut scriberem,

esse multae, et quod olim unum dicebant multam; 177
itaque quom in dolium aut culeum vinum addunt rustici,
primam urnam additam dicunt etiam nunc multam.
Poena a poeniendo aut quod post peccatum sequitur.
Pretium quod emptionis aestimationisve causa consti-
tuitur, dictum a peritis, quod hi soli possunt facere
recte id. **178.** Si quid datum pro opera aut opere, 49
merces a merendo. Quod manu factum erat et da- (42)
tum pro eo, manupretium a manibus et pretio.
Corollarium si additum praeter quam quod debitum 178
eius; vocabulum fictum a corollis, quod eae, cum
placuerant actores, in scena dari solitae. Praeda est
ab hostibus capta, quod manu parta, ut parida, praeda.
Praemium a praeda, quod ob recte quid factum
concessum. **179.** Si datum quod reddatur, mu-
tuum, quod Siculi *μοῖτον*; itaque scribit Sophron:
μοῖτον ἀνθύμω †. Et munus, quod mutuo animo
qui sunt dant officii causa. Alterum munus, quod

suasit Goeschenius, et similiter Blumius. *appellatae esse* (*hae* G. *eae* a. *et* b.) codd. Ad locum explicandum unus adhibendus Niebuhrius R.H. T. II. p. 341 sqq., a quo docemur, multam a magistratu singulis diebus una ove unove bove augeri potuisse a minima inde, quae erat unius ovis, ad supremam, duarum ovium triginta boum. Idque intelligitur ex Gellio XI, 1., quanquam ipso quae legerat non intelligente. Verba legitima, quibus minima multa diceretur, a Varrone ita concepta referuntur: *M. Terentio, quando citatus neque respondit neque excusatus est, ego ei unum ovem mulctam dico.* Ceterum de origine vocabuli minus fidei tribuendum Varroni de lingua Latina scribenti, quam Rerum Humanarum l. XXI. auctori, qui Samnitum id esse vocabulum docuit, ut puto ex Osca lingua assumptum. V. Rerum Etruscarum, Introd. 1, 11. p. 42. *multae*] vg. *mulctas* F. *multas* Hab. *et*] coni. addidi. *unum*] *additum unum* coni. Goeschenius. *multam*] scripsi suadente eodem V. D. *mulctae* F. *multae* Ha. *multa* G. *multi* b. *in*] vg. om. codd. *multam*] addidit Cod. B. scriptor. *multa* vg. om. codd.

178. *merces a merendo*] Idem supra dixerat §. 44. *eius*] *est* Scioppius. Illud retinui et rettuli ad manupretium, cui accedit corollarium. *Praeda*] cf. Apuleius de diphthongis 22. p. 141. Osann.: *Marcus vero Terentius scribit praedam a pariendo dictam, quasi paritam.*

179. *μοῖτον*] vg. *meton* F. *macton* G. *maeton* H. *moeton* a. *mecon* b. *μοῖτον ἀνθύμω* †] *meton anthymo* F. *moetum anchimo* G. *moetum anthimo* H. *moeton anthimo* a. *methon anchinio* b. Apud Hesychium T. II. p. 613. ed. Alberti *παροιμία Σικελῶν* fuisse dicitur *μοιτὸν ἔντιμον.* Et Hesychio et Varroni illius interpretes reddendum arbitrati sunt *μοῖτον ἀντὶ μοίτου*, quod non displiceret, si probabile esset, casu in utroque scriptore hoc dictum ultima syllaba truncatum esse. Scaliger *μοῖτον*

muniendi causa imperatum, a quo etiam municipes,
179 qui una munus fungi debent, dicti.*

180. Ea pecunia quae in iudicium venit in litibus, sacramentum a sacro. Qui petebat et qui inficiabatur, de aliis rebus utrique quingenos aeris ad pontem deponebant, de aliis rebus item certo alio legitimo numero assum; qui iudicio vicerat, suum sacramentum e sacro auferebat, victi ad aerarium redibat.
181. Tributum dictum a tribubus, quod ea pecunia,
180 quae populo imperata erat, tributim a singulis pro portione census exigebatur. Ab hoc ea quae assignata erat, attributum dictum; ab eo quoque, quibus attributa erat pecunia ut militi reddant, tribuni aerarii dicti; id quod attributum erat, aes militare. Hoc est quod ait Plautus:

Cedit miles, aes petit.

Et hinc dicuntur milites aerarii, ab aere quod stipendia facerent. **182.** Hoc ipsum stipendium ab stipe dictum, quod aes quoque stipem dicebant; nam quod asses librales pondo erant, qui acceperant

ἀντίτιμον proposuit. Scripserim μοῖτον ἄθυμον, nostratium "*Borgen macht Sorgen*", nisi in his raris et tenuibus reliquiis summa esset observanda religio. *dicti.**] Post h. v. in codd. est *si is*. Nescio utrum lacunam inde efficere praestet, an in his ductibus SIIS signum aliquod librarii lateat.

180. *in iudicium*] vg. *in indicium* F. *indicium* GH. *inditium* a. *iudicium* b. *Qui*] vg. *quis* codd. *ad pontem*] puto, loco quodam sacro ad pontem sublicium. Neque opus emendatione Augustini (ex libro, ut creditur,) Pithoeique: *ad pontificem*. *de aliis rebus item certo alio legitimo numero*] Innuere videtur Varro quinquagenarium sacramentum. Nam de rebus mile aeris plurisve ut quingenis assibus sacramento contenderetur, de rebus minoribus mile aeris quinquaginta assibus, lege XII tabularum cautum fuisse, docet Gaius Instit. IV, 14. *e*] GHa. (quorum hic codex *e'* i. e. *ex* habet). *a* cett.

181. *aes militare*] cf. praeter alios Cato ap. Gellium VII, 10. Attributa pecunia est, quae ex aerario magistratibus, sive tribunis aerariis sive aliis, assignatur. Perversa sunt, quae Pseudo-Asconius in Verr. Act. II. L. 1. §. 34. p. 167. ed. Baiter.: *Pecunia attributa quae in stipendium militum de aerario a tribunis aerariis adnumerari quaestori solet.* *Plautus*] Aulularia III, 5, 52.

182. *Hoc*] cum antea prioribus iungeretur, initio huius periodi posui. *librales*] coni. *libras* codd. *librae* vg. *erant*] deleri volt Spengelius, et recte, si *libras* servatur. *acceperant*] F. *acceperunt* cett.

maiorem numerum non in arca ponebant, sed in aliqua
cella stipabant, id est componebant, quo minus loci
occuparet; ab stipando stipem dicere coeperunt. Stips 181
ab στοιβὴ fortasse, Graeco verbo. Id apparet, quod,
ut tum institutum, etiam nunc diis cum thesauris asses
dant, stipem dicunt, et qui pecuniam alligat, stipu-
lari et restipulari. Militis stipendia ideo, quod
eam stipem pendebant; ab eo etiam Ennius scribit:

Poeni stipendia pendunt.

183. Ab eodem aere pendendo dispensator; et in (43)
tabulis scribimus expensum; et inde prima pensio
et sic secunda aut quae alia; et dispendium ideo 182
quod in dispendendo solet minus fieri; compendium,
quod quom compenditur una fit; a quo usura, quod
in sorte accedebat, impendium appellatum; quae
quom accederet ad sortem, usu usura dicta, ut sors
quod suum fit sorte. Per trutinam solvi solitum, vesti-
gium etiam nunc manet in aede Saturni, quod ea
etiam nunc propter pensuram trutinam habet positam.
Ab aere aerarium appellatum.

184. Ad vocabula, quae pertinere sumus rati, 37
ea quae loca et ea quae in locis sunt, satis arbitror
dicta, quod neque parum multa sunt aperta, neque si
amplius velimus volumen patietur. Quare in proxumo,
ut in primo libro dixi, quod sequitur de temporibus
dicam.

stips] b. idemque coniecerat Spengelius. *stipa* codd. ut vg. *στοιβὴ*] *STOEBE* F. *C* H. *στο* a. lacuna in G. om. b. *Militis stipendia*] Scioppius. *milites stipendii* codd. *milites stipendiarii* vg. *Ennius*] Locus a P. Merula Ennii Annalibus l. VII, v. 16. (p. 92. ed. E. S.) illatus.

183. *inde*] Ha. ut videtur, sicut vg. *in* FG. om. b. *compenditur*] vg. et fortasse b. *compendetur* codd. *usu*] Aldina. *usum* codd. *ex usu* vg. *quae quom accederet*] An fortasse: *quae quom non accederet?* Sed totus hic locus adhuc est obscurior. *etiam nunc*] vg. *iam nunc* codd.; sed *et* addunt post *nunc* GHab.

184. *arbitror*] F. ut vg. *ut videor* GH. *ut arbitror* ab.

M. TERENTI VARRONIS
DE LINGUA LATINA
AD
M. TULLIUM CICERONEM
LIBER SEXTUS.

Cap. 1 1. Origines verborum quae sint locorum, et ea quae
p. 51 in his, in priore libro scripsi. In hoc dicam de voca-
183/184 bulis temporum et earum rerum quae in agendo fiunt aut dicuntur cum tempore aliquo, ut sedetur, ambulatur, loquontur. Atque si qua erunt ex diverso genere adiuncta, potius cognationi verborum quam auditori calumnianti geremus morem. 2. Huius rei auctor satis mihi Chrysippus et Antipater, et illi in quibus, si non tantum acuminis, at plus literarum, in quo est Aristophanes et Apollodorus, qui omneis verba ex verbis ita declinari scribunt, ut verba literas alia
(44) assumant, alia mittant, alia commutent, ut fit in turdo et turdario .T. turdelice†. Sic declinantes Graeci
185 nostra nomina dicunt Lucienum Λευκίενον et Quin-

§. 1. *loquontur*] FH. *loquuntur* G. et ut vid. ab. *geremus*] b. ut vg. *oremus* cett. codd.

2. *Antipater*, ut videtur, Tarsensis est, Diogenis Babylonii discipulus, Carneadis adversarius, Stoicus. Opponuntur h. l., sicut supra V, 9., philosophi homines grammaticis doctoribus. *omneis*] F. *omnes* cett. Cf. annot. ad V, 5. *et turdario T. turdelice* †] codd. nisi quod *in* pro *et* G. *turdalice* G. *turdelite* H. *turde licet* b. Coniectando nihil notabile adhuc h. l. effectum est. *Lucienum Λευκίενον*] scripsi. *leucienum leucienon* (*λουκίενον* H. om. Gb.) codd. Q. Lucienus senator

tium Κοΐντιον, et Ἀρίσταρχον illi, nos Aristarchum, et Δίωνα Dionem; sic, inquam, consuetudo nostra multa declinavit ut a veter vetus*, ut ab 52
solu solum†, ab loebeso* liberam, ab Lasi- 186
bus Lares, quae obruta vetustate ut potero eruere conabor.

3. Dicemus primo de temporibus, quam quae per 2
ea fiunt, sed ita ut ante de natura eorum; ea enim dux fuit ad vocabula imponenda homini. Tempus esse dicunt intervallum mundi motus. Id divisum in parteis aliquot maxume ab solis et lunae cursu; itaque ab eorum tenore temperato tempus dictum, unde tempestiva; et a motu eorum, qui toto caelo coniunctus, mundus.

4. Duo motus *solis: alter cum caelo, quo ab oriente ad oc*casum venit, quo tempus id ab hoc deo dies appellatur. Meridies ab eo quod medius dies; 187
D antiqui, non R in hoc dicebant, ut Praeneste incisum in solario vidi. Solarium dictum id, in quo horae in sole inspiciebantur, quod Cornelius in basilica

est inter collocutores apud Varronem de R. R. II. Hic cum Graece doctus esset, etiam nomine Graeco videtur ab amicis saepe appellatus esse. Κοΐντιον] vg. *Quinction* F. Sed Graecam vocem h. l. fuisse, lacuna in Ga. probat. om. Hb. In seqq. Graeca servavit H. latinis literis expressit F. om. G. cum lacuna loco v. Ἀρίσταρχον. *a veter vetus**] coni. Spengel. *a vetere* codd. *ab solu solum*†] codd. quorum lectionem servavi quanquam adhuc inexplicatam. *ab solo solium* coni. Scaliger, provocans ad Ennii usum, Fragm. p. 25. Hessel. *loebeso**] coni. *libero* codd. Illud notum ex Festo ut antiquum; et antiquum vocabulum sententia loci flagitat. *liberum*] vg. *liberam* codd., quod profectum puto a librario locum explicare cupiente.

3. *mundi motus*] *et* his vocabulis in codd. interiectum cum Turnebo aliisque omisi. *motu*] Hab., ut vg. *motor* F. *motore* G. ut ed. princ.

4. **solis: alter cum caelo, quo ab oriente ad oc*-*] huiusmodi versum h. l. excidisse mihi persuasi. *duo motus casu venit* codd., nullo lacunae vestigio. Locus mihi videbatur aptandus esse ad ea quae §. 8. secuntur. Idque parum effecisse putaverim Papium, qui Lectt. Varron. p. 51. hanc emendationem proposuit: *et duo motus eorum: alter quo toto coelo coniunctus mundus a Deo motus (ab ortu) occasum venit; quo tempus id* etc. De eodem loco olim egit, sed sine fructu, G. D. Koeler Lit. crit. in Varronem p. 9. *Solarium .... inspiciebantur*] om. a., sicut ed. princ., et damnat Spengel. p. XLII. At iniuria. Nam Varro, ut solet, usurpat occasionem explicandi nominis solarii, et, ubi id primum

Aemilia et Fulvia inumbravit. Diei principium mane, quod tum manat dies ab oriente, nisi potius quod bonum antiqui dicebant manum, ad quoiusmodi religionem Graeci quoque, quom lumen adfertur, solent dicere *φῶς ἀγαθόν*. 5. Suprema summum diei, id a superrimo. Hoc tempus XII. tabulae dicunt *occasum* esse *solis*; sed postea lex Plaetoria id quoque tempus iubet esse supremum quo praeco in comitio supremam pronuntiavit populo. Secundum hoc dicitur
188 crepusculum a crepero. Id vocabulum sumpserunt a Sabinis, unde veniunt Crepusci nominati Amiterno, qui eo tempore erant nati, ut Lucii prima luce. In Reatino* crepusculum significat dubium; ab eo res dictae dubiae creperae, quod crepusculum dies etiam nunc sit an iam nox, multis dubium. 6. Nox, quod, ut Catulus ait, omnia, nisi interveniat sol,
53 pruina obriguerint, quod nocet, nox; nisi quod Graece

Romae apparuerit, dicendi. *basilica Aemilia et Fulvia*] non duae sunt, sed eadem, quod intelligitur maxime ex iis quae Plutarchus Caesar. 29. narrat. Exstructa est ea basilica a M. Fulvio Nobiliore Censore a. 573. (qui collegam habebat M. Aemilium Lepidum), instaurata, ut videtur, a L. Aemilio Paullo, Persei victore, censore a. 588. (Statius Silv. I, 1, 30.), iterum refecta ab Aemilio Paullo Aedile circ. a. 700. (Sachse Hist. et Descr. Urbis T. 1. p. 612 sqq., quanquam hunc non in omnibus assentientem hisce habeo). Varro, referente Plinio N. H. VII, 60., primum solarium, quod diligentius ordinatum esset et Romae caelo congrueret, iuxta Rostra positum dixerat a Q. Marcio Philippo, L. Paulli in censura collega; et crediderim, hoc ipso tempore etiam Paullum basilicam suam illo horologio ornavisse, de quo h. l. dicitur: Cornelius tamen qui fuerit, in medium relinquo, et de universa quaestione aliorum iudicia exspecto.

5. *XII. tabulae*] Locus plenior extat infra VII, 51. *lex Plaetoria*] sic scribendum esse, mihi dubium non fuit post comparatum Censorinum de D. N. 24, 3. Proposuerat id iam Scaliger. *lex praetoria* codd. Ceterum de hac Plaetoria lege omnia adhuc incerta. V. Niebuhrius R. H. III, p. 38. n. *praeco*] Scioppius ex emendatione Fulvii Ursini. *praetor* codd. *A columna Maenia ad carcerem inclinato sidere supremam pronuntiabat (accensus)*, teste Plinio N. H. VII, 60. *a Sabinis*] idem fere legitur VII, 77. *Lucii*] vg. *luci* codd. *luce*] *luci* b. *primo luci* coni. Spengel. p. XV. *In Reatino**] coni. scripsi. *in reatione* Ha. *in creatione* FG. *mocreacione* b. *Reate* Augustinus in marg. ex libro. Agrum Reatinum Sabinos Amiterno profectos primum occupasse constat; hic, non Romae, *crepusculum* dubium significasse videtur. Ceterum priores ante *crepusculum* interpunxerant.

6. *Catulus*] Fab. *catullus* GH. *Pacuvius* Scaliger, propter Varr. de R. R. 1, 2, 5. *eum*] codd. praeter H., in quo est *cum*. om. vg.

νύξ nox. **Quom stella prima exorta (eum Graeci vocant ἕσπερον, nostri vesperuginem ut Plautus:** 189

Neque vesperugo neque vergiliae occidunt):

id tempus dictum a Graecis ἑσπέρα, Latine vesper: (45) ut ante solem ortum, quod eadem stella vocatur iubar, quod iubata, Pacuvianus dicit pastor:

Exorto iubare, noctis decurso itinere;

Ennius:

Aiax, quod lumen, iubarne in caelo cerno?*

7. Inter vesperuginem et iubar dicta nox intempesta, 190
ut in Bruto Cassii quod dicebat Lucretia:

Nocte intempesta nostram devenit domum.

Intempestam Aelius dicebat quom tempus agendi est nullum, quod alii concubium appellarunt, quod omnes fere tunc cubarent; alii ab eo quod sileretur, silentium noctis, quod idem Plautus tempus conticinium; scribit enim:

Videbimus: factum volo: redito conticinio.

8. Alter motus solis est aliter ac* caeli, quod movetur a bruma ad solstitium. Dicta bruma, quod

Nisi cum Scioppio *quam* scribatur, haec parenthetica sunt, atque sic ea distinxi. Idem suadet Pape Lectt. Varr. p. 46. *Plautus*] Amphitruone I, 1, 119. cf. VII, 50. *Pacuvianus*] Victorii Var. Lectt. mss. a Spengelio laudatae, et Turnebus. *pacuvius* codd. nisi quod *pacu* a. Eadem VII, 76. Ex incerta fabula, Bothe P. Sc. L. V, I. p. 148. *pastor*] *partor* Ga. *pactor* H. *parcor* b. *Aiax quod**] *quod* om. codd. addidi ex inferiore loco VII, 76., quo *aliquod* in codd. est, et propter sensum. Quod lumen videat, iubarne sit, quaerit aliquis ex Aiace apud Ennium. *Aiace* ed. Paris., et probabile sane versum ductum esse ex Aiace Ennii. Bothe P. Sc. L. V, I. p. 31. De causa, quae Varronem ut hos locos bis poneret permoverit, dictum in Praefatione.

7. *Cassii*] codd. *C. Accii* Victorius, Turnebus, Scaliger. Illud mutare non ausus sum, cum etiam VII, 72. idem versus in omnibus libris Cassio tribuatur: quod quis credet casu factum esse. Atque notum est, Accio poëtae praenomen fuisse Lucio. cf. ann. ad V, 80. Ceterum inferri solet hic versus fragmentis Bruti Acciani. Bothe P. Sc. L. V, I. p. 190. *concubium*] b. ut videtur sicut vg. *inconcubium* FG. *in concubium* H. *ĩconcubium* a. *Plautus*] Asinaria III, 3, 95. Idem locus VII, 79. *redito*] codd. nisi quod *reditio* H. *i redito* vg. *redito huc* Plauti libri. Infra scripsi: *at redito*.

8. *aliter ac* caeli*] coni. *alter caeli* codd. Illud sensus postula-

brevissimus tunc dies est; solstitium, quod sol eo
191 die sistere videbatur; aut quod ad nos versum proximum est solstitium. Quom venit in medium spatium inter brumam et solstitium, quod dies aequus fit ac nox, aequinoctium dictum. Tempus a bruma ad brumam dum sol redit, vocatur annus, quod ut parvi circuli anuli, sic magni dicebantur circites ani, unde annus. 9. Huius temporis pars prima hiems, quod
192 tum multi imbres; hinc hibernacula, hibernum; vel, quod tum anima quae flatur omnium apparet, ab hiatu hiems. Tempus secundum ver, quod tum vi-
54 vere incipiunt virgulta ac vertere se tempus anni; nisi quod Iones dicunt ἦρ ver. Tertium ab aestu aestas; hinc aestivum; nisi forte a Graeco αἴθεσθαι. Quartum autumnus...

Quaedam desunt.

10. ... ab sole, sicut mensis a lunae motu dictus, dum ab sole profecta rursus redit ad eum luna, quod
193 Graece olim dicta μήνη, unde illorum μῆνες; ab eo nostri. A mensibus intermestris dictus, quod putabant inter prioris mensis senescentis extremum diem et novam lunam esse diem quem diligentius Attici ἕνην
(46) καὶ νέαν appellarunt; ab eo quod eo die potest videri extrema et prima luna. 11. Lustrum nominatum tempus quinquennale a luendo, id est solvendo; quod quinto quoque anno vectigalia et ultro tributa per censores persolvebantur. Seclum spatium annorum cen-

bat, quippe hic motus caeli non est. *Esse aliquem aliter* maxime ab antiquioribus dictum ostendunt lexica. *aut*] an eiiciendum sit, dubito. *quod ad nos*] GHa. *sol* post *quod* interponunt Fb., quo corrumpitur nexus sententiae.

9. *hiems*] cf. V, 61. ἦρ] coni. Spengel. *et* codd. ἔαρ Victorius. *aestas*] cf. V, 61.

Quaedam desunt, non multa ut vg. scribitur, nam post *solis* cursum annuum statim de *luna* dicendum erat. In codd. nullum lacunae indicium.

10. μήνη] vg. *mene* F. μ H. lacuna in Gab. μῆνες] vg. *menes* F. *menses* GH. *manes* a. lacuna in b. ἕνην καὶ νέαν] vg. *menencenean* F. μ Ha., hic cum lacuna. lacuna in Gb.

11. *Seclum*] Locum laudat Apulei. de diphthongis 26. p. 143.

tum vocarunt, dictum a sene, quod longissimum spatium senescendorum hominum id putarant. **A e v o m** ab 194
aetate omnium annorum; hinc **a e v i t e r n u m**, quod factum est **a e t e r n u m**; quod Graeci *αἰῶνα*; id ait Chrysippus esse *ἀεὶ ὄν*. Ab eo Plautus:

Non omnis aetas ad perdiscendum est satis,

hinc poëtae *Aeterna templa caeli.*

12. Ad naturalia discrimina civilia vocabula die- 3
rum accesserunt. Dicam prius qui deorum causa, tum qui hominum, sint instituti dies. **A g o n a l e s** per quos rex in regia arietem immolat, dicti ab agone, eo quod interrogatur a principe civitatis, et princeps gregis immolatur. **C a r m e n t a l i a** nominantur quod sacra tum 195
et feriae Carmentis. 13. **L u p e r c a l i a** dicta quod in Lupercali luperci sacra faciunt. Rex quom ferias menstruas Nonis Februariis edicit, hunc diem **F e b r u a t u m** appellat. **F e b r u u m** Sabini purgamen- 55
tum, et id in sacris nostris verbum; nam et Lupercalia februatio, ut in Antiquitatum libris demonstravi. **Q u i r i n a l i a** a Quirino, quod ei deo feriae et eorum hominum, qui Furnacalibus suis non fuerunt feriati.

Osann. *senescendorum hominum*] Nempe ad Ciceronis usque tempora in ore populi manebat haec sartago loquendi, ex qua provenerunt Plauti illa *placenda dos* et *pereunda puppis* et alia. Similibus gaudet nostra plebecula. *putarant*] H. *putant* Fa. *putarunt* Gb. *aevom*] scripsi. *aevum* codd. *ἀεὶ ὄν*] ex coni. posuit Spengel. *EON* F. *eon* G. om. Hab. *Plautus*] Truculento I, 1, 1.

12. *Ad naturalia discrimina*] coni. Et sic Scioppius, nisi quod *coeli* ante *naturalia* adiecit. *a naturali discrimine* codd. *dierum*] Scioppius. *diem* codd. **F e s t i s d i e b u s**, quos Varro post haec enumerat, addidi notationem temporum ex kalendariis vetustis, Maffeiano, Praenestino, Farnesiano, Vaticano, aliisque, quae collecta et composita habentur a Regginio. Cf. Orellii Inscript. Lat. T. II. c. XXII. *Agonales*] a. d. V. Id. Ian. K. Maff. Praen. Rex interrogatus: *agone*? dicebat: *hoc age*, noto in sacrificiis usu. cf. Interpr. Festi s. v. Agonalia, p. 313. Lindem. *Carmentalia*] a. d. III. Id. Ian. et XVIII. Kal. Febr. K. Maff. Praen.

13. *Lupercalia*] a. d. XV. Kal. Mart. K. Maff. cf. infra §. 34. *ferias menstruas*] De hoc ferias indicendi more v. infra §. 28. Macrob. Sat. I, 15. *Februum*] F. *februm* GHb. *febrium* a. *nam et*] vg. *non et* codd. *Quirinalia*] a. d. XIII. Kal. Mart. K. Maff. Farn. *ei deo*] vg. *ideo* codd. *Furnacalibus*] codd. nisi quod G. *fornacalibus*, sicut vg. Illud propter analogiam nominum furnus et furnaceus

Feralia ab inferis et ferendo, quod ferunt tum epulas ad sepulcrum, quibus ius ibi parentare. Terminalia, quod is dies anni extremus constitutus; duodecimus enim mensis fuit Februarius, et quom intercalatur,
196 inferiores quinque dies duodecimo demuntur mense. Equiria ab equorum cursu; eo die enim ludis currunt in Martio campo. 14. Liberalia dicta, quod per totum oppidum eo die sedent sacerdotes Liberi, anus edera coronatae, cum libis et foculo pro emptore sacrificantes. In libris Saliorum, quorum cognomen Agonensium, forsitan hic dies ideo appellatur potius Agonia. Quinquatrus; hic dies unus
(47) ab nominis errore observatur, proinde ut sint quinque.
197 Dictus, ut ab Tusculanis post diem sextum Idus similiter vocatur Sexatrus, et post diem septimum, Septimatrus, sic hic, quod erat post diem quintum Idus, Quinquatrus. Dies Tubulustrium appel-

servavi. Intelligitur ex h. l., coll. Ovidio Fast. II, 527 sqq., Furnacaliorum extremam diem incidisse in Quirinalia, eaque *stultam partem populi, quae sit sua curia, nesciam* sacra a Curione maximo indicta fecisse. *Feralia*] vg. *ferialia* codd. Incidunt a. d. IX. Kal. Mart. *Feralium diem ait Varro a ferendis in sepulcra epulis dici.* Macrob. Sat. I, 9. *ibi*] vg. *sibi* codd. *Terminalia*] a. d. VII. Kal. Mart. K. Maff. Consentit Ovidius Fast. II, 639. aliique. Post has ferias olim Mercedonius mensis, deinde bis sextus intercalabatur. V. Ideler. Chronologiae compend. p. 282. 285 sqq. Varro autem aperte loquitur de tempore ante emendatam a Iulio Caesare fastorum rationem, quo dies Februario dempti intercalari mensi attribuebantur. Cf. de h. l. Praefatio. *Equiria*] vg. *ecurria* FGa. *ecuria* Hb. Agebantur hi ludi a. d. III. Kal. Mart. K. Maff. *eo die enim*] *eo enim die* GH. *enim* om. b. *ludis currunt*] GHab. *currunt* F. Sextus casus a Varrone similiter adhibetur VII, 34. *nuptiis*. VII, 39. *Pyrrhi bello*.

14. *Liberalia*] a. d. XVI. Kal. Apriles. K. Maff. Farn. *sedent*] codd. *se dent* Victorius, quem sequitur Spengelius. *edera*] H. et a. hic suprascripto aspir. signo. *aedera* G. *hedera* cett. *pro emptore*] Nihil mutandum est. Quisquis enim libum emerat, eius pro salute id a sacrificulis hisce statim foculo, qui subitaria quodammodo ara erat, impositum adolebatur. *Agonia*] Hoc nomine hic idem dies, XVI. Kal. Apriles, appellatur in Kalendario Vaticano. *Quinquatrus*] a. d. XIV. Kal. Apr. K. Maff. Praen. Farn. Vat. In eo errore, quem Varro castigavit, deprehenditur etiam Ovidius Fast. III, 810. *Dictus*] interpunctione mutata cum seqq. coniunxi. Dixi de h. l. Rerum Etruscarum III, 3, 2. p. 49. *ab*] *a* Gab. cf. ann. ad V, 30. *sic*] vg. *sit* codd. *Tubulustrium*] FG. *tubulustrum* ab. *tubilustrium* H. Sed illud I quod Latina lingua in componendis et derivandis vocabulis adhibet, vi sequentis L saepe mutatur in U, sicut in *leguleius* et *turbulentus* et

latur, quod eo die in atrio sutorio sacrorum tubae lustrantur. **15.** **Megalesia** dicta a Graecis, quod ex libris Sibyllinis arcessita ab Attalo Rege Pergama, ubi prope murum Megalesion templum eius deae, unde advecta Romam. **Fordicidia** a fordis bubus. 198
Bos forda quae fert in ventre. Quod eo die publice immolantur boves praegnantes in curiis complures, a fordis caedendis Fordicidia dicta. **Palilia** dicta a Pale, quod ei feriae, ut **Cerealia** a Cerere. **16.**
Vinalia a vino. Hic dies Iovis, non Veneris; huius 56
rei cura non levis in Latio; nam aliquot locis vindemiae primum ab sacerdotibus publice fiebant, ut Romae etiam nunc; nam flamen Dialis auspicatur vindemiam, et ut iussit vinum legere, agna Iovi facit, inter quoius exta caesa et porrecta flamen primus* vinum legit. In 199
Tusculanis sacris est scriptum:

Vinum novum ne vehatur in urbem ante quam vinalia kalentur.

Robigalia dicta ab Robigo; secundum segetes huic deo sacrificatur, ne robigo occupet segetes. . . . . .

multis. Celebrabatur Tubulustrium a. d. X. Kal. Apr. K. Maff. Farn. Vatic. In K. Praenestino Verrius ait: *Hic dies appellatur ita quod in atrio sutorio tubi* (cf. Varro supra V, 117.) *lustrantur*, *quibus in sacris utuntur.*

15. *Megalesia*] pridie Nonas Apr. K. Maff. Praen. *arcessita*] GH. *accersita* Fab. *Pergama*] codd. nisi quod om. b. *Pergami* vg. *Πέργαμα* Graecorum Romani mutarunt in Pergamam, ut saepe factum. *ubi*] a. *ibi* cett. codd. om. vg. *Megalesion murum* Pergamis fuisse, non Romae, noli dubitare. Pessinuntis mentio, quam Varroni obtrudit Scaliger, ab h. l. aliena esse videtur. *templum*] ante h. v., quod codd. habent *in*, omisi suadente Spengelio. *Fordicidia*] a. d. XVII. Kal. Maias. K. Maff. Praen. Vatic. *Palilia*] a. d. XI. Kal. Maias. K. Maff. Praen. *Cerealia*] *Cerialia* F. Celebrabantur a. d. XIII. Kal. Maias. K. Maff. Praen.

16. *Vinalia*] a. d. IX. Kal. Maias. K. Maff. Praen. *porrecta*] vg. *proiecta* codd. *primus**] *porus* codd. *prorsus* vg. *sacris*] *sortis* F. *kalentur*] a. ut vid. *calentur* FGH. *colentur* b. *Robigalia*] a. d. VII. Kal. Maias. K. Maff. Praen.

Lacunam h. l. esse, inde intelligitur, quod feriae *Maii* mensis omnes desunt; neque poterat profecto Varro, quin saltem de origine nominis *Lemuriorum*, quae pluribus Maii diebus celebrabantur, verbo moneret. Forsitan librarii oculi aberraverint a sacro Vestae coniuncto cum ludis Floralibus, a. d. IV. Kal. Maias (v. K. Praen. Ovid. Fast. IV. ex.) ad ea Vestalia, quae a. d. V. Idus Iulias celebrabantur (v. K. Maff. Venus.), ad quae proxima pertinere videntur. Sed cf. dicta ad §. 21. 22.

17. .... Dies Vestalia ut virgines Vestales ab
Vesta. Quinquatrus Minusculae dictae Iuniae
200 Idus ab similitudine Maiorum, quod tibicines tum fe-
riati vagantur per urbem et conveniunt ad aedem Mi-
nervae. Dies Fortis Fortunae appellatus ab Ser-
vio Tullio Rege, quod is fanum Fortis Fortunae se-
cundum Tiberim extra urbem Romam dedicavit Iunio
mense. 18. Dies Poplifugia videtur nomi-
natus, quod eo die tumultu repente fugerit populus;
non multo enim post hic dies, quam decessus Gallo-
rum ex urbe, et qui tum sub urbe populi ut Ficuleates
ac Fidenates et finitimi alii, contra nos coniurarunt.
Aliquot huius diei vestigia fugae in sacris apparent,
de quibus rebus Antiquitatum libri plura referunt.
Nonae Caprotinae quod eo die in Latio Iunoni
(48) Caprotinae mulieres sacrificantur, et sub caprifico fa-
201 ciunt; e caprifico adhibent virgam. Cur hoc toga
praetexta data eis . . .

19. ..... Apollinaribus ludis docuit populum. Neptu-
nalia a Neptuno; eius enim dei feriae. Furrinalia
Furrinae, quod ei deae feriae publicae dies is, quoius

17. *ab*] scripsi suadente Spengelio. *aut* codd. *tum*] vg. *cum* FGHb. *quom* a. *Dies Fortis Fort.*] a. d. VIII. Kal. Quintiles. K. Amitern. Venus.

18. *Poplifugia*] a. d. III. Non. Quintiles. K. Maff. Amitern. Contra Nonis ipsis assignare videtur eas ferias Macrob. Sat. III, 2. Sed Varroni hanc sententiam, poplifugiam Nonarum die actam esse, Niebuhrius Rom. Hist. II. p. 640. ed. sec. non satis recte subiicit. *sacrificantur*] GHb. *sacrificant* cett. Illud antique a Varrone etiam aliis locis dictum esse, satis constat. *data eis* . . .] Lacunam, cuius nulla in codd. significatio extat, notavit Scioppius. Eo loco fabulam illam de Philotide vel Tutula, quam ex Plutarcho et Macrobio habemus, narraverat Varro, quem hanc ipsam fabulam silentio damnasse, Niebuhrio T. II. p. 641. non facile concesserim.

19. *Apollinares ludos* ex hoc loco apparet, tum non actos esse a. d. III. Nonas Quintiles (Liv. XXVII, 23.), sed ut videtur, a. d. IV. Idus Quintiles, quo die Ciceronis tempore celebrari solitos monstrat Norisius Cenot. Pis. II, 6. p. 137. In K. Maff. Amitern. Antiat. hi ludi continuantur inde a pridie Nonas usque ad d. IV. a. Idus, ita ut ludos D. Iulii natales complectantur. *Neptunalia*] a. d. X. Kal. Sextiles. K. Maff. Pincianum. *dei*] vg. *die* codd. *Furrinalia*] FGab. et postea *Furrinae* iidem. *Furinalia* H. *Furinae* vg. FVRR. et FVRRINAE est etiam in K. Maff. Pinciano, Allifano. Fiebat hoc sacrum a. d. VIII. Kal. Sextiles.

deae honos apud antiquos. Nam ei sacra instituta an-
nua et flamen attributus: nunc vix nomen notum paucis. 57
Portunalia dicta a Portuno, quoi eo die aedes in
portu Tiberino facta et feriae institutae. **20. Vi-
nalia Rustica** dicuntur ante diem XIV. Kalendas 202
Septembres, quod tum Veneri dedicata aedes et orti ei
deae dicantur, ac tum fiunt feriati olitores. **Consua-
lia** dicta a Conso, quod tum feriae publicae ei deo,
et in circo ad aram eius ab sacerdotibus ludi illi qui-
bus virgines Sabinae raptae. **Volcanalia** a Volcano,
quod ei tum feriae et quod eo die populus pro se in
ignem animalia mittit. **21. Opeconsiva** dies
ab dea Ope Consivia, quoius in Regia sacrarium, quod
ita* actum, ut eo praeter virgines Vestales et sacerdo-
tem publicum introeat nemo. *Is cum eat, suffibulum
haut habeat* scriptum. Id dicitur ab suffiendo ut subli- 203
gaculum. **Vortumnalia** a deo Vortumno quoius feriae
tum. Octobri mense **Meditrinalia** dies, dictus a me- *
dendo, quod Flaccus flamen Martialis dicebat, hoc die
solitum vinum novum et vetus libari et degustari medi-
camenti causa; quod facere solent etiam nunc multi

20. *Vinalia Rustica*] a. d. XIV. Kal. Septembres, ut est in K. Maff. Amitern. Antiat. Capranicorum, et apud Festum p. 134. Lindem. cf. p. 223. 237. Hinc corrigendos esse censuit Augustinus Varronis codd., qui in seqq. *ante diem XII.* habent. Idque necessarium visum est. *Veneri*] Hinc satiram Menippeam a Varrone inscriptam esse: *Vinalia περὶ ἀφροδισίων* (Fragm. p. 315. Bip.), monuit Scaliger. *dicantur*] coni. *dicuntur* codd. *fiunt*] *sunt* b. *Consualia*] a. d. XII. Kal. Sept. K. Maff. Pincian. Capranicorum. *Volcanalia*] a. d. X. Kal. Sept. K. Maff. Pincian. Capranicorum.

21. *Opeconsiva*] *opeconsivia* Ha. *opoconsmadus* b. Hae feriae statutae erant a. d. VIII. Kal. Sept. K. Maff. Capranicorum, Allifanum, in quibus est OPIC. *Ope consivia*] G. *ope consilvia* b. *opeconsivia* cett. Illud recepi propter Macrobium, qui Sat. III, 9. deam *Opem Consiviam* dixit. *ita**] coni. *ideo* codd. *haut*] scripsi. *aut* codd. *haud* vg. *quod* coni. Scaliger. *ab suffiendo ut*] coni. *ne ab* (*a* GHa.) *suffiendo* codd. *ut a suffiendo* vg. Comparato Festo s. v. suffibulum fere adducor ut credam, maius latere mendum, et sic fere Varronem scripsisse: *Id dicitur non ab suffiendo sed ab subfibulando ut ab subligando subligaculum.* *Vortumnalia*] *vortunalia* F. *vortunnalia*, ut videtur, G. Vortumnalia, sive Volturnalia, quo nomine in Kalendariis appellantur, agebantur a. d. VI. Kal. Sept. K. Maff. Capran. Pincian. Allif. Id me movit, ut vv. *Oct. mense* cum seqq. iungerem: quanquam et hoc displicet. *deo Vortumno*] *vorturno* F. *vortunno* G. Sed *deo* est in Hab. *Me-*

quom dicant: *Novum vetus vinum bibo; novo veteri*
204 *vino morbo medeor.* 22. Fontanalia a fonte,
quod is dies feriae eius; ab eo tum et in fontes coro-
nas iaciunt et puteos coronant. Armilustrium ab
eo quod in armilustrio armati sacra faciunt, nisi locus
potius dictus ab his; sed quod de his prius, id ab
ludendo aut lustro, id est quod circumibant ludentes
ancilibus armati. Saturnalia dicta ab Saturno,
58 quod eo die feriae eius, ut post diem tertium Opalia
205 Opis. 23. Angeronalia ab Angerona quoi
sacrificium fit in curia Acculeia et quoius feriae publi-
cae is dies. Larentinal, quem diem quidam in
scribendo Larentalia appellant, ab Acca Larentia nomi-
natus, quoi sacerdotes nostri publice parentant festo
die, qui ab ea dicitur . . . . 24. . . diem Tarentum
Accas Tarentinas †. Hoc sacrificium fit in Velabro, qua
(49) in Novam viam exitur, ut aiunt quidam, ad sepulcrum
Accae, ut quod ibi prope faciunt Diis Manibus Servi-

ditrinalia] a. d. V. Id. Octobr. K. Maff. Amitern. Septembris mensis nullas ferias memoravit Varro, sed videntur nullae fuisse, quarum nomen explicaret. *novum*] om. GHab. *bibo*] *libo* GH.

22. *Fontanalia*] a. d. III. Id. Octobr. K. Maff. Amitern. *Armilustrium*] a. d. XIV. Kal. Novembr. K. Maff. Amitern. *ludendo*] Vertranius, Scioppius. *luendo* codd. Dicit Varro, sive locus Armilustrium a die, sive dies a loco dictus sit, id, quod prius eo nomine fuerit, aut ab ludendo aut ab lustrando dictum esse. Novembris mensis nullae feriae memorantur, et erant antiquiores nullae. *Saturnalia* apud maiores a. d. XIV. Kal. Ian. acta inde a Caesaris tempore a. d. XVI. celebrata sunt, Opalia relicta in d. XIV. V. Macrob. Sat. I, 10. K. Maff. Amitern. Etiam hoc loco usus sum in Praefatione.

23. *Angeronalia*] a. d. XII. Kal. Ian. v. Plin. N. H. III, 5, 9. Macrob. Sat. I, 10. A Diva Angerona Divales eae feriae dicuntur in K. Maff. Praen. *curia Acculeia*] Haec aliunde non est nota, nisi quod in K. Praen. ex literis IN AR . . . . . OCCVL restituendus videtur locus *in ara curiae Occuleiae*. Alia habet Macrobius l. l. *Larentinal*] coni. *larentinae* codd. Illud dictum sicut Bacchanal. Celebrabatur hoc sacrum a. d. X. Kal. Ian. K. Maff. cf. Praen. Macrob. l. l. *parentant*] vg. *parent ante* (*an* cum lineola supraducta b.) codd. *festo*] Scaliger. *sexto* codd. quod Turnebus ita excusat, ut computatio fiat inde ab initio Saturnaliorum. *ab ea*] coni. *atra* F. *ara* GH. *aera* a. *acta* b.

Lacunam post *dicitur* notavi, non significatam in codd. Probabile est, eo loco narrationem de Tarutio Tusco Larentiae marito intercidisse. Eoque respicere videntur prima verba quae post lacunam extant. Audaciore conatu verba corrupta restituere volebam Rerum Etruscarum III, 4, 12. p. 104.

libus sacerdotes; qui uterque locus extra urbem anti-
quam fuit non longe a porta Romanula, de qua in 206
priore libro dixi. Dies **Septimontium** nominatus
ab his septem montibus, in quis sita Urbs est; feriae
non populi, sed montanorum modo; ut **Paganalia**,
qui sunt aliquoius pagi.

25. De statutis diebus dixi; de annalibus nunc
dicam. **Compitalia** dies attributus Laribus Compi-
talibus*; ideo ubi viae competunt, tum in competis
sacrificatur. Quotannis is dies concipitur. Similiter
Latinae feriae dies conceptivus dictus a Latinis
populis, quibus ex Albano monte ex sacris carnem 207
petere fuit ius cum Romanis, a quibus Latinis Latinae
dictae. 26. **Sementinae feriae** dies is, qui
a pontificibus dictus; appellatus a semente, quod satio-
nis causa susceptae. **Paganicae** eiusdem agriculturae
causa susceptae ut haberent in agris omnes pagi, unde
paganicae dictae sunt. Praeterea feriae conceptivae,
quae non sunt annales, ut hae quae dicuntur sine proprio
vocabulo, aut cum perspicuo ut Novendialis, sunt.

27. De his diebus nunc iam qui hominum causa 4
constituti, videamus. Primi dies mensium nominati 208
Calendae ab eo quod his diebus calantur eius mensis 59

24. *qua*] vg. *quia* codd. *Manibus Servilibus*] Etiam his numen quod concedebatur, laudaverim potius Romanorum pietatem, quam cum Scaligero *arvales*, cum Popma *sextilibus* corrigam. *in priore libro*] §. 164. et de loco eo in *Nova via* §. 43. *Paganalia*] Aldina. *paganalibus* codd. *Paganalia eorum* Savinius, de privatis Romanorum sacris, *Zeitschrift für geschichtl. R. W.* II, III. p. 381. Ad sensum recte, sed *eorum* Varro omittere poterat. Cf. annot. ad V, 96.

25. *de annalibus nunc dicam*] scripsi Spengelio suadente. *de annalibus nec de* (*ut* b. pro *nec de*) *statutis dicam* codd. *nunc de annalibus dicam* vg. *Compitalibus**] coni. *ut alibi* (*albi* a.) codd. Scilicet casu factum erat, ut literae *Comp* evanescerent, ultima autem syllaba compendio scripta erat. Sic supra V, 25. *odor ibi* scripsi pro *odoribus*. *competis*] FG. *conpetis* H. *copitis* a. *compitis* b. *conceptivus*] vg. *conseptivus* codd. nisi quod *conseptimus* b. *carnem petere fuit ius*] cf. imprimis Plinii N. H. III, 5, 9.

26. *susceptae*] vg. *suscepta* codd. *pagi*] scripsi. *pagus* codd. *omnis pagus* vg. *perspicuo*] vg. *perspicio* codd.

27. *nominati*] *nominatae* GH. *mensis*] vg. *menses* FGH.

Nonae a pontificibus, quintanae an septimanae sint futurae, in Capitolio in Curia Calabra sic: *Dies te*
209 *quinque calo Iuno Covella. Septem dies te calo*
Iuno Covella. 28. **Nonae** appellatae aut quod ante diem nonum Idus semper, aut quod, ut novus annus calendae Ianuariae ab novo sole appellatae, novus mensis ab nova luna Nonis. Eodem die* in urbem ab agris ad regem conveniebat populus. Harum rerum vestigia in sacris Nonalibus in arce, quod tunc ferias primas menstruas quae futurae sint eo mense, rex edicit populo. **Idus** ab eo quod Tusci Itus, vel potius quod
210 Sabini Idus dicunt. 29. Dies postridie Calendas,
(50) Nonas, Idus appellati **atri**, quod per eos dies novi inciperent. **Dies fasti** per quos praetoribus omnia verba sine piaculo licet fari. **Comitiales** dicti, quod tum ut coiret* populus constitutum est ad suffragium ferendum; nisi si quae feriae conceptae essent, propter quas non liceret, ut Compitalia et Latinae. 30. Contrarii horum vocantur dies **nefasti**, per quos dies nefas fari praetorem: *do dico addico;* itaque non potest agi; necesse enim aliquo eorum uti verbo, cum
211 lege quid peragitur. Quod si tum imprudens id ver-

dies te] et priore et altero loco restituit Fulv. Ursinus ex vetusto cod. *dictae* cett. codd., nisi forte *dies te* habent ab. *Covella*] priore et altero loco codd. Sed altero loco *Septem . . . . Covella* om. GHab. *novella* vg. *Iuno* vel *Iana Novella* coni. Scaliger. Sed illud, quod posuimus, iam Fulvius Ursinus recte interpretatus esse videtur κοίλην σελήνην, id est, eam lunae phasin quae media est inter novam et plenam lunam. Haec quot diebus abesset, ex primo lunae adspectu coniiciebat pontifex. V. Macrob. Sat. I, 15.

28. *ab nova luna*] *ab* coni. addidi. *Nonis*] *Nonae* corrigit Scioppius, non recte, nam Varro sextum nominis casum, ut quotidiano sermone magis tritum, pro nominandi casu adhibere poterat. Cf. annot. ad V, 131. *die in*] scripsi. *die enim in* codd. *enim*, quod eieci, ex repetito *e* facile oriri poterat. Sic supra VI, 19. *e* pro *enim* est in H. *sacris Nonalibus*] de his supra VI, 13.

29. *novi*] codd. *nihil novi* coni. Turnebus. *non novi* coni. Spengelius. At Varro novam dierum seriem ab eo die computat, quo alio nomine dicuntur. *coiret**] coni. quamvis dubitanter scripsi. *esset* codd. Sed ex Varronis more verbum, in quo etymon est, deesse non potest. *ut*] vg. om. codd.

30. *enim*] coni. *est* codd. Asyndeton tollere volebant etiam Turnebus et Scioppius. De permutatione vocularum *est* et *enim* v. Praefatio.

bum emisit ac quem manumisit, ille nihilo minus est liber, sed vitio; ut magistratus vitio creatus nihilo secius magistratus. Praetor qui tum fatus est, si imprudens fecit, piaculari hostia facta piatur; si prudens dixit, Quintus Mucius ambigebat eum expiari ut impium non posse. 31. **Intercisi** dies sunt per quos mane et vesperi est nefas, medio tempore inter hostiam caesam et exta porrecta fas; a quo quod fas tum intercedit, aut eo est intercisum nefas, **intercisum**. 212
Dies qui vocatur sic: **Quando Rex comitiavit, fas**, is dictus ab eo quod eo die rex sacrificiolus itat* ad comitium, ad quod tempus est nefas, ab eo fas; itaque post id tempus lege actum saepe. 32. Dies qui vocatur: **Quando stercum delatum, fas**, 213
ab eo appellatus quod eo die ex aede Vestae stercus everritur et per Capitolinum clivom in locum defertur certum. **Dies Alliensis** ab Allia fluvio dictus; nam ibi exercitu nostro fugato Galli obsederunt Romam.

secius] vg. *sed ius* Fa. cett. codd. om. verba inter *magistratus* prius et alterum. *fatus*] a. ut videtur, sicut vg. *factus* cett. *Quintus Mucius*] Eodem Scaevola Pontifice auctore, prudentem expiari non posse, docet etiam Macrob. Sat. I, 16. *Mucius*] *mutius* GH., ut infra VII, 105. etiam F. *ambigebat*] G. et b. ut vid. sicut ed. pr. *agebat* a. *abnegabat* FH. si Spengelii annotationem recte intelligo.

31. *Intercisi*] b. ut vg. *intercensi* cett. codd. Illud apud Macrobium Sat. I, 16. legitur. In Kalendariis EN significat endotercisum diem. *porrecta*] vg. *proiecta* codd. Cf. supra VI, 16. *eo est*] coni. *eos* codd. Illud explico: eo tempore, quod est inter caesa et porrecta, interciditur relicum diei tempus, quod nefastum est. *vocatur*] codd. *notatur* Augustinus, Ursinus, Scioppius. Itidem correxerunt etiam similem locum §. 32. Post verba *vocatur sic* in cod. B. interpolatae extant literae Q. R. C. F. Scilicet non ignorabat huius codicis scriptor, his literis Q. R. (sive REX) C. F. notari eos dies in Kalendariis. V. K. Maff. Praen. ad d. IX. Kal. Apriles, et K. Maff. Exquil. Venus. a. d. IX. Kal. Iunias. Equidem non poteram quin has notas eiicerem cum v. *notatur*. *fas, is*] vg. *fassis* codd. nisi quod *fas fis* a. *sacrificiolus*] F. *sacrificio* (*sacrifitio* ab.) *ius* codd. *itat**] emendavit Fulv. Ursinus, ex Festo s. v. Regifugium p. 230. Lindem. *dicat* codd., sed de ab. nihil relatum est. De re ipsa Festus p. 219. 230. Verrius Kal. Praen. Martio mense.

32. *Quando stercus*] a. d. XVII. Kal. Quintiles. K. Maff. Venus. Cf. Festus p. 220. Lindem. *stercum*] FHa. *stercus* Gb. *clivom*] scripsi. *clivum* codd. praeter b. qui *divum*. *Allia*] b. ut videtur, sicut vg. *allio* cett. De *die Alliensi* (XV. Kal. Sextiles, K. Amitern. Antiat.) aliisque diebus religiosis veterum Romanorum commentatio extat Frid. Lachmanni, Gottingae 1822. scripta.

33. Quod ad singulorum dierum vocabula pertinet dixi. Mensium nomina fere aperta sunt, si a Martio ut antiqui constituerunt, numeres. Nam primus a Marte. Secundus, ut Fulvius scribit et Iunius, a Venere quod
214 ea sit Aphrodite; quoius nomen ego antiquis literis quod nusquam inveni, magis puto dictum quod ver omnia aperit, Aprilem. Tertius a maioribus Maius, quartus a iunioribus dictus Iunius. 34. Dehinc quintus Quintilis et sic deinceps usque ad Decembrem a numero. Ad hos qui additi, prior a principe
(51) deo Ianuarius appellatus; posterior, ut idem dicunt scriptores, ab diis inferis Februarius appellatus, quod tum his parentetur. Ego magis arbitror Februarium a die Februato, quod tum februatur populus, id
215 est lupercis nudis lustratur antiquom oppidum Palatinum gregibus humanis cinctum.

5 35. Quod ad temporum vocabula Latina attinet, hactenus sit satis dictum. Nunc quod ad eas res attinet
61 quae in tempore aliquo fieri animadverterentur, dicam, ut haec sunt: legisti, cursus, ludens. De quis duo praedicere volo, quanta sit multitudo eorum et quae sint obscuriora quam alia. 36. Quom verborum declinatuum genera sint quattuor, unum quod tempora adsignificat neque habet casus, ut ab lego legis,

33. *fere aperta sunt*] a. *sunt aperta fere* F. *fere sunt aperta* Gb. *sunt fere aperta* H. *Iunius*] est Iunius Gracchanus, Varroni laudatus etiam V, 48. 55., de quo Lindenbrog. ad Censorinum p. 150. Niebuhrius R. H. III. p. 50. *Aphrodite*] Latinis literis ut in codd. scriptum est, retinui. Ἀφροδίτη vg. Cf. ann. ad V, 122. *nusquam inveni*] Hoc Varronis loco uti videtur Macrob. Sat. I, 12.

34. *deinceps*] om. b., annuente, ut videtur, Spengelio p. XIV. Equidem hanc omissionem, ut alias in hoc libro, negligentiae tribuerim. *a numero*] X *numero* coni. Koeler Lit. crit. in Varronem p. 11. sine causa. *parentetur*] vg. *paretur* G. *parentur* cett. codd. *die Februato*] de hoc supra VI, 13. *antiquom*] *antiquum* codd.

35. *satis*] om. b., idque probat Spengel. p. XV. *cursus*] GH. *currus* a. *currens*, ut vg., cett. codd. Verbalia nomina et verba ipsa eodem ordine comprehendere solet Varro.

36. *declinatuum*] ed. princ. *declinativum* Fa. *declinantium* GH. *declinacia sint* b. *declinationum* Turnebus, quod placet Spengelio. *ut ab lego legis, leges*] sic scribendum existimavi. Duplex enim tempus indicandum fuisse, sequentia ostendunt. *ut ab lego leges lego* FGH. *ut ab*

leges; alterum quod casus habet neque tempora ad- 216
significat, ut ab lego lectio et lector; tertium quod habet utrumque et tempora et casus, ut ab lego legens, lecturus; quartum quod neutrum habet, ut ab lego lecte ac lectissime: horum verborum si primigenia sunt ad mille, ut Cosconius scribit, ex eorum declinationibus verborum discrimina quingenta milia esse possunt ideo, quia singulis verbis primigeniis circiter quingentae species declinationibus fiunt. 37. Primigenia dicuntur verba ut lego, scribo, sto, sedeo et cetera quae non sunt ab alio quo verbo, sed suas habent radices. Contra verba declinata sunt quae ab alio quo oriuntur, ut ab lego legis, legit, legam et sic indidem hinc permulta. Quare si quis primigeniorum verborum origines ostenderit, si ea mille sunt, 217
quingentum milium simplicium verborum causas aperuerit una; sin nullius, tamen qui ab his reliqua orta ostenderit, satis dixerit de originibus verborum, quom unde nata sint, principia erunt pauca, quae inde nata sint, innumerabilia. 38. A quibus iisdem principiis antepositis praeverbis paucis immanis verborum accedit numerus, quod praeverbis mutatis, additis atque commutatis aliud atque aliud fit; ut enim processit 218
et recessit, sic accessit et abscessit; item in- (52)
cessit et excessit, sic successit et decessit, 62
concessit et discessit*. Quod si haec decem sola praeverbia essent, quoniam ab uno verbo declinatio-

lego leges a. ut videtur, sicut ed. princ. *ut ab lege leges: lege* b. *ad mille*] Victorius. *admilte* FGH. *amitte* a. *admicte* b. *milia*] codd. sed de ab. nihil notatum. Infra §. 37. *milium* FG. itemque §. 38. *milia* bis iidem libri. Cf. supra V, 89. Singulari autem numero cum *mille* ab iisdem libris §. 37. 38. retineatur, hoc mutare religioni duxi. *primigeniis*] vg. *primigenii* FG. *primiginii* H. *primogenii* ab.

37. *alio quo*] coni. scripsi. *aliquo* codd. *alio* emendaverat Augustinus. Iterum *alio quo*] scripsi, ubi *aliquo* F. *alio* cett. codd. V. annot. ad V, 170. *sic indidem hinc*] Ga. et sic voluerat Spengel. *sic in indidem hinc* F. *itidem hinc* H. *inidem hinc* b. *una; sin*] Turnebus. *unas* (*undas* H.) *in* codd.

38. *praeverbis*] ab. *praeverbiis* cett. ut vg. Paulo post *prae verbis* G. *proverbis* b. *praeverbiis* cett. Cf. annot. ad V, 33. *processit*] Fritzschius a Spengelio laudatus. *cessit* codd. *et discessit**] addidi. om. codd. vg. *et praecessit* additum est, minus apte. *discri-*

num quingenta discrimina fierent, his decemplicatis coniuncto praeverbio ex uno quinque milia numero efficerent; ex mille ad quinquagies centum milia discri-
219 mina fieri possunt. **39.** Democritus, Epicurus, item alii qui infinita principia dixerunt, quae unde sint non dicunt, sed quoiusmodi sint, tamen faciunt magnum: quod quae ex his constant in mundo, ostendunt. Quare si Etymologos principia verborum postulet mille, de quibus ratio ab se non poscatur, et reliqua ostendat, quod non postulet; tamen immanem verborum expediat numerum. **40.** De multitudine quoniam quod satis esset, admonui, de obscuritate pauca dicam. Verborum quae tempora adsignificant, ideo locus diffi-
220 cillimus ἔτυμα, quod neque his fere societas cum Graeca Lingua, neque vernacula ea, quorum in partum memoria adfuerit nostra. De quibus, ut dixi, quae poterimus.

41. Incipiam hinc primum quod dicitur a g o. Actio ab agitatu facta; hinc dicimus a g i t gestum tragoedus et a g i t a n t u r quadrigae; hinc a g i t u r pecus pastum. Qua vix agi potest, hinc a n g i p o r t u m;
221 qua nil potest agi, hinc a n g u l u s, vel* quod in eo

mina] codd. neque id mutare consuluerim. *discriminum* Augustinus in marg. Eadem lectionis varietas supra §. 36. in vocabulis *verborum discrimina quingenta milia.*

39. *Epicurus*] emend. Turnebus. *securus* GHa. *secutus* Fb. *quod*] e vg. adoptavi. om. codd. De similibus vitiis in Praefatione dictum. *Etymologos*] b. ut videtur, sicut Rholandellus. *ethimologos* F. *ethimologus* Ga. *ethimologiis* H. *postulet*] scripsi. *postulat* codd. Sensus autem est hic: ita ut haec reliqua non sibi danda postulet, sed ex datis efficiat. Ad singularem *quod* excusandum faciunt dicta de *in quo* ad V, 108.

40. *locus*] vg. *locutus* codd. ἔτυμα] *est. TYMA* codd., nisi quod utrumque v. om. G. et *TYMA* om. b. Illud *est* cum ex E ortum sit, et structurae noceat, omisi, quod suasit etiam Spengel. *quorum in partum*] omnia sana. Non aderamus, cum nascerentur. Accusativus casus, ut in Graecorum παρεῖναι εἰς —. *memoria*] F. et b. ut videtur. *memoriae* GH. *memorie* a. *nostra*] b. ut vid. sicut vg. *nostrae* GHa. *nostre* F.

41. *hinc agitur pecus pastum*] haec a prioribus cum sequente colo coniungebantur. *Qua vix*] vg. *quia vix* codd. Antea plene interpungebatur post *potest agi*, hoc et sequente loco. *angiportum*] idem fere huius vocis etymon iam propositum est V, 145. *vel**] addere necessarium habui. Eadem medicina adhibita est loco V, 151. et aliis. *loci is*] *is* om. Havn. *locus* b.

locus angustissimus, quoius loci is angulus. **42.** 6
Actionum trium primus agitatus mentis, quod primum ea quae sumus acturi, cogitare debemus, deinde tum dicere ac facere. De his tribus minime putat volgus esse actionem cogitationem; tertium in quo quid facimus, id maxumum; sed et quom nos agitamus quid et eam rem agitamus in mente, agimus; et cum pro- 63
nuntiamus, agimus. Itaque ab eo orator agere dici- 222
tur causam et augures augurium agere dicuntur, quom in eo plura dicant quam faciant.

43. Cogitare a cogendo dictum; mens plura in unum cogit unde eligere possit. Sic e lacte coacto caseus nominatus; sic ex hominibus contio dicta, sic coëmptio, sic compitum nominatum. A cogi- (53)
tatione concilium, inde consilium.* Et vestimentum apud fullonem quom cogitur, conciliari dictum. **44.** Sic reminisci, quom ea quae tenuit mens ac memoria, cogitando repetuntur. Hinc etiam comminisci 223
dictum, a con et mente, quom finguntur, in mente quae non sunt; et ab hoc illud quod dicitur eminisci, quom commentum pronuntiatur. Ab eadem mente meminisse dictum et amens qui a mente sua descendit. **45.** * Meminisse a memoria, 225

42. *nos*] coni. Scaliger. *hos* Fb. et H., hic deleto h. *os* Ga. Id a Victorio coni. inventum recepit Spengelius, nescio quo sensu. *rem agitamus*] Gab. *agimamus* H. *cogitamus* F. ut vg. *in mente*] antea cum seqq. coniungebatur.

43. *eligere*] Rholandellus, et sic a. ut vid. *elicere* Fb. *ellicere* G. *dicere* H. *consilium**] huic vocabulo *quod* addunt codd., quod omisi. *Et*] H. *ut* cett. *conciliari*] Augustin. in marg. ex coni., Vertranius, Scioppius. *consiliari* codd. Sed conciliare, non consiliare, significat cogere, condensare.

44. *eminisci*] scripsi. *reminisci* codd. Quod cum aperte falsum sit et verbum cum alio praeverbio compositum hic locus postulet: nullum in eo genere accommodatius quam *eminisci*, etiam si sine exemplo esset. Sed servatum est hoc verbum in notis Tironianis et glossis Isidori, atque redditum etiam Cornelio Nepoti, Alcib. 2., ab Heusingero, quem video hunc quoque Varronis locum mendo illo iam liberasse. V. Forcellini Lex. Schneeberg.

45. *et seqq.* In codd. haec etyma ita disposita habes: *Cogitare* seqq. (§. 43.). *Sic reminisci* (44.). *Hinc etiam metuo* (49.*). *Curare* (46.). *Volo* (47.). *Metuere* (48.). *Meminisse* (45.*). *Maerere* (50.). *Narro* (51.). At facile intelligitur, verbi meminisse etymon tractandum

quom quid remansit in mente indeque rursus movetur; quae a manendo ut manimoria potest esse dicta.
226 Itaque Salii quod cantant, *Mamuri Veturi*, significant veterem memoriam. Ab eodem monere, quod is qui monet, proinde sit ac memoria. Sic monimenta quae in sepulcris; et ideo secundum viam, quo praetereuntis admoneant et se fuisse et illos esse mortalis. Ab eo cetera quae scripta ac facta memoriae causa,
224 monimenta dicta. 46. Curare a cura dictum. Cura, quod cor urat. Curiosus, quod hac praeter modum utitur. Recordare rursus in cor revocare. Curiae, ubi senatus rempublicam curat, et illa ubi cura sacrorum publica; ab his curiones.

47. Volo a voluntate dictum et a volatu, quod animus ita est, ut puncto temporis pervolet quo volt. Lubere ab labendo dictum, quod lubrica mens ac prolabitur, ut dicebant olim. Ab lubendo libido, libi-
225 dinosus ac Venus Libentina et Libitina, sic alia.
64 48. Metuere a quodam motu animi, quom id quod

fuisse post reminisci, illa autem de variis metus et timoris generibus post v. metuere. Igitur §. 45. et 49. in eum ordinem, quem restitui, transponenda erant. Poterat librarius oculis ab altera in alteram paginam, a verbo meminisse ad metuere, aberrare. Sed de hoc quoque loco dictum est in Praefatione.

45. *quom quid*] coni. *cum* (*quom* H.) *id quod* codd. nisi quod *quod id* b. *indeque*] coni. *in id quod* codd. De facili siglarum permutatione v. Praefatio. *manendo*] b. ut Rholandellus, Scioppius. *manando* cett. codd. *manimoria*] vg. *maniomoria* FGa. *manomoria* H. *manio memoria* b. *Mamuri Veturi*] Turnebus, qui *Mamuri veteri* invenit in vett. libris. *memurii veterum* FG. *menuri veterum* H. *mamuri veterum* ab. V. de eo nomine Festus s. v. Mamurii Veturii p. 96. Ovidius F. III, 259. 389. Plutarchus Num. 13. Celebrabatur id *extremo carmine*, Mamurii, ut videtur, sacro die, de quo v. Kalendarium rusticum Farnesianum ap. Orellium Inscr. II. p. 380. *veterem*] H. om. cett. codd. *ab eodem monere*] b. *monere ab eodem monerem* G. *ab eodem monerem* cett. *monimenta*] F. *monumenta* G. *montio menta* ab. *monitiomenta* H. *mortalis*] Gb. *mortales* cett. *monimenta*] F. *mumta* G. *monumenta* cett.

46. *quod hac*] Gab. *qui* F. *Curiae*] Cf. V, 155.

47. *Lubere*] sic codd. in sequentibus. Hoc loco *libere* est in codd. *libido*] *lubido* solus b. *Libentina*] *libentia* GH. Non satis congruit cum huius loci lectione Nonius Marc. s. v. prolubium p. 64. Mercer.: *Varro de lingua Lat. lib. V, Prolubiem et prolubidinem dici ab eo quod lubeat; unde etiam lucus Veneris Lubentinae dicatur.*

malum casurum putat, refugit mens. Quom vehementius in movendo, ut ab se abeat, foras fertur, formido; quom per avia it*, ab eo pavor. 49.* Hinc etiam metuo mentem quodammodo motam vel 223
metuisti amovisti; sic quod frigidus timor, tremuisti timuisti †. Tremor dictum a similitudine vocis, quae tunc quom valde tremunt, apparet, quom etiam in corpore pili, ut arista in spica ordei, horrent. 50. 224
Maerere a marcere, quod etiam corpus marcesceret. 226
Hinc etiam macri dicti. Laetari ab eo quod latius gaudium propter magni boni opinionem diffusum. Ita- 227
que Iuventius ait: (54)

Gaudia sua si omnes homines conferant unum in locum,
Tamen mea exsuperet laetitia.

Sic quom se habent, laeta.

51. Narro cum alterum facio narum, a quo 7
narratio, per quam cognoscimus rem gestam. Quae pars agendi est *secunda, in qua explicabimus, quae sunt* ab dicendo, ac sunt aut coniuncta cum tempo- 228

48. *per avia it**] coni. *pavet et* codd. nisi quod *et* om. GH. Hoc quam facile ex illo oriri potuerit, ex Praefatione, ubi de siglis disputatur, facile intelligetur. Et agnoscent, puto, in hac etymologia Varronem, qui eum hominem noverunt. En cor Zenodoti, en iecur Cratetis!

49. *Hinc . . . . timuisti* †] Hunc locum satis habui repraesentare, qualem codd. habent, cum de medicina ei invenienda plane desperarem. *ordei*] codd., quos secutus sum, quanquam supra V, 106. *hordeum* scripsisse videtur Varro. *horrent*] etiam in hac voce *h* om. Ha.

50. *marcesceret*] scripsi suadente Spengelio. *marcescere* codd., cui vg. additur *videatur*, ab aliis *dicitur.* Hunc locum laudat Apuleius de diphth. 20. p. 139. Osann. *Laetari*] V. idem Apuleius 19. p. 138. *Iuventius*] FG. *inventus* Ha. *iuñecius* b. *Terentius* vg. Idem error plerosque libros Gellii XVIII, 12. obtinet. Iuventii hic locus est apud Bothium P. Sc. L. V, II. p. 95. *omnes homines*] *omnia omnes* Spengelius, Emend. Varron. p. 4., ex more comicorum poëtarum scribi volt. Sed id quod habent codd. etiam magis placet, cum multi veterum loci sint hoc similive tenore: εἰ πάντες ἄνθρωποι τὰ οἰκήϊα κακὰ ἐς μέσον συνενείκαιεν, ut est apud Herodotum VII, 152. *Tamen*] *tam* coni. Bothius propter metrum, imperite.

51. *narum*] Victorius, Scioppius. *narrum* codd. excepto b. qui *narram.* *Quae pars . . . . . . ac sunt*] *quae pars agendi est ab adiacendo, ac sunt* F. Item H., nisi quod *et* pro *est*, et G., nisi quod

ribus aut ab his. Eorum hoc genus videntur ἔτυμα. 52. Fatur is qui primum homo significabilem ore mittit vocem. Ab eo ante quam ita faciant, pueri dicuntur infantes; quom id faciant, iam fari, quod vocabulum a similitudine vocis pueri,* id dictum.
65 Ab hoc tempore, quod tum pueris constituant Parcae fando, dictum fatum et res fatales. Ad hanc eandem vocem qui facile fantur, facundi dicti, et qui futura praedivinando soleant fari, fatidici dicti; idem vaticinari, quod vesana mente faciunt. Sed
229 de hoc post erit usurpandum, quom de poëtis dicemus. 53. Hinc fasti dies quibus verba certa legitima sine piaculo praetoribus licet fari. Ab hoc nefasti quibus diebus ea fari ius non est et si fati sunt, piaculum faciunt. Hinc effata dicuntur, quod augures finem auspiciorum caelestum extra urbem agris sunt effati ubi esset; hinc effari templa dicuntur ab auguribus;

et pro *est ab*. *quae pars agendi est a' diagendo. Ac quae sunt* a. *quae pars agendi est a iacendo. Sic sunt* b. Spengelius Emend. p. 11. hinc effecit: *Secunda* (vel *altera*) *pars agendi est ab dicendo ac quae sunt . . . . his, eorum hoc genus videntur* ἔτυμα. Quod de secunda parte Varronem dixisse putat, id verissime: sed illa: *ac quae sunt*, omni nexu destituta reliquit. Quae verba ipse intuli, ea asteriscis circumpositis distinxi. Ante *Quae* priores aut ὑποστιγμὴν tantum aut nullam interpunctionem adhibebant. *Eorum*] vg. *earum* codd.

52. *primum*] *primus* Gab. *quod*] scripsi. *cum hoc* (*hac* ab.) codd. *vocabulum a*] F. *vocabulorum* cett. **id dictum*] *ac fatuus fari id dictum* codd. Sed de vocabulo fatuus Varro infra §. 55. loquitur, unde id hoc loco a quodam margini adscriptum irrepsisse videtur. Propterea *ac fatuus* cum sequente *fari* omisi. Possis etiam contraria via procedens non demendo, sed addendo loco subvenire, ita ut sic fere scribas: *Cum hoc vocabulum a similitudine vocis pueri, hinc fatuus, qui puerili sermone utitur, quod fari id dictum.* Sed illud probabilius visum. Cf. Doederlein. Synon. et Etymol. L. Lat. T. III. p. 231. *Ad hanc eandem*] scripsi. *ad haec* (*hec* b.) *eandem* (*eadem* H.) codd. *post erit*] *postea* solus F.

53. *quod*] vg. *qui* codd. *quia* Spengel. scripserat, sed id propter morem Varronis idem, Emend. Varr. p. 5., reiecit. *caelestum*] F. et ab. ut videtur. *caelestium* GH. Illud retinui tanquam ex antiquiore usu servatum, ut est apud Varronem VIII, 71. *deum Consentum*. cf. *dentum* VIII, 67. et Pacuviana *rudentum* V, 7. et *exuperantum* VII, 18. *agris*] F. *agri* cett. Cf. Augurum libri ap. Gellium XIII, 14. *Pomoerium est locus intra agrum effatum*, et Servius ad Aen. VI, 197. *ager post pomeria, ubi captabantur auguria, dicebatur effatus.* *ubi*] coni. *ut* codd. *dicuntur ab auguribus*] *augures* b. Ignorabat scilicet librarius, effari passive dici. *affantur*] F. *effantur* cett.

affantur qui in his fines sunt. 54. Hinc fana 230
nominata, quod pontifices in sacrando fati sint finem;
hinc profanum est quod ante fanum coniunctum
fano, hinc profanatum * in sacrificio; atque inde
Herculi decuma appellata ab eo est, quod sacrificio
quodam fanatur, id est ut fani lege sit. Id dicitur
polluctum, quod a porriciendo est fictum; quom
enim ex mercibus libamenta porrecta sunt Herculi in 231
aram, tum polluctum est, ut, quom profanatum
dicitur, id est proinde ut sit fani factum; itaque* olim
fano consumebatur omne quod profanum erat, ut etiam
fit, quod Praetor Urbis quotannis facit quom Herculi
immolat publice invencam. 55. Ab eodem verbo (55)
fari fabulae, ut tragoediae et comoediae, dictae.
Hinc fassi ac confessi, qui fati id quod ab his
quaesitum. Hinc professi; hinc fama et famosi.
Ab eodem falli, sed et falsum et fallacia, quae
propterea, quod fando quem decipit, ac contra quam 232
dixit, faciat. Itaque si quis re fallit, in hoc non 66
proprio nomine fallacia, sed tralatitio, ut a pede nostro
pes lecti ac betae. Hinc etiam famigerabile et
sic compositita alia item, ut declinata multa, in quo
et fatuus et Fatuae.

54. *quod*] F. *quae* cett. **in sacrificio*] *quod* (*quid* F.) *in sacrificio* codd. Illud *quod* omisi. *atque*] vg. *ad quae* FGH. *adque* a. *polluctum*] quidam apud Augustin. *pollutum* codd. V. de pollucto Intpp. Festi s. v. *pollucere* p. 616. Lindem. *porrecta*] vg. *proiecta* codd., ut *proiiciendo*, paulo superiore loco, H. Cf. supra VI, 16. 31. *profanatum*] Turnebus. *profanum* codd. *itaque**] *itaque ubi* codd. *ubi* omisi, sed etiam sic fateor locum mihi nondum sanatum esse videri. *etiam*] *etiam nunc* coni. Spengel. *Praetor Urbis*] scripsi. *P. R. urbis* F. ut videtur. *populus romanus urbis* G., ut est in edit. princ. *P. R. urbe* H. *R R. urbem* a. *urbis* b. *praetor urbanus* vg.

55. *faciat*] F. *facit* Gab. *fac ût* H. *re fallit*] Victorius. *refallit* FHa. *refellit* b. *reffallit* G. *tralatitio*] Scioppius. *tranlatio* F. *tralatio* GHa. *translació* b. *famigerabile*] Perottus, Scaliger, Scioppius. *famiger fabile* F. *famiger habile* GHab. *Fatuae*] *fatue* codd. Illud ponendum esse, vidit cod. B. scriptor. Sed dubito an is non intellexerit, de Fatuis id est fatidicis antiquitatis mulieribus loqui Varronem. Spengelius Emend. p. 7. *fatuellus* ex Servio ad Virg. Aen. VI, 776. adsciscendum arbitratur. Sed ne id quidem constat, antiquumne sit id nomen nec ne; certe Servii codices (quorum lectiones annotavit Alb. Lion p. 403. cf. ad VII, 47. p. 413.) ad *Fatuolus* digitum intendere videri possunt.

56. Loqui ab loco dictum, quod, qui primo
dicitur iam fari, et vocabula et reliqua verba dicit,
233 ante quam suo quidque loco ea dicere potest, hunc
Chrysippus negat loqui; sed ut loqui: quare ut imago
hominis non sit homo, sic in corvis, cornicibus, pueris
primitus incipientibus fari verba non esse verba, quod
non loquantur. Igitur is loquitur, qui suo loco
quodque verbum sciens ponit, et istud prolocutum,
quom in animo quod habuit, extulit loquendo. 57.
Hinc dicuntur eloqui ac reloqui in fanis Sabinis,
e cella dei qui eloquontur. Hinc dictus loquax qui
234 nimium loqueretur; hinc eloquens qui copiose loqui-
tur; hinc colloquium quom conveniunt in unum
locum loquendi causa. Hinc adlocutum mulieres ire
aiunt, quom eunt ad aliquem locum consolandi causa;
hinc quidam loquelam dixerunt verbum quod in lo-
quendo efferimus. Concinne loqui a concinno, ubi
inter se conveniunt partes ita, ut* inter se concinant;
aliud alii. 58. Pronuntiare dictum enuntiare;
pro idem valet quod ante, ut in hoc: proludit.
235 Ideo actores pronuntiare dicuntur, quod in proscenio
enuntiant poëta cogitante; quod maxume tum dicitur

56. *quidque*] Augustinus in marg. ex libro. *quisque* codd. praeter b. ut videtur. Τελείαν στιγμὴν post *potest* a prioribus positam sustuli: qua re periodo iunctura sua redditur. *sed ut loqui*] om. H., ut postea *non esse verba* idem om., propter ὁμοιοτέλευτον. *loqui quare ut* uncis secludit Doederlein. Synon. et Etymol. T. IV. p. 1. Sed Chrysippus dixerat, non loqui talem hominem, sed *quasi loqui*. Sic a Varrone VIII, 45. distingui videbimus *effinita* et *ut effinita*, *infinita* et *ut infinita*. Cf. V, 178. VII, 17. X, 11. *loquantur*] vg. *loquebantur* codd. *istud*] coni. *istum* codd. Mihi videbatur Varro verbo *proloqui* passivo sensu uti, quo genere ab aliis simplex loqui et compositum eloqui adhibitum esse constat. Cf. *luctare* V, 61. *effari templa dicuntur* VI, 53. *experiero* VIII, 24.

57. *eloqui ac reloqui*] vg. *eloquium* (*elloqui* G.) *ac reliqui* codd. *eloquontur*] scripsi; quanquam *u* pro *o* est in codd. *aliquem locum*] Augustinus in marg. ex libro. *aliquam locum* H. *aliquam locutum* cett. codd. *consolandi*] G. ut Augustini liber. *consulendi* b. ut vg. *consulandi* cett. codd. Allocutionem proprio sensu de παραμυθίᾳ in luctu adhiberi, satis constat. *ut**] coni. addidi. *concinant*] coni. *condeant* FGH. *condiant* a. *coeant* b. *concinnant* coni. Spengelius. *aliud alii*] Haec ab antecedentibus interpungendo seiunxi, hoc sensu: aliud etymon eius vocis alii proposuerunt.

58. *enuntiare*] Turnebus. *et nuntiare* codd. *tum dicitur*]

proprie, novam fabulam cum agunt. **Nuntius** enim
est ab novis* rebus nominatus, quod a verbo Graeco
νέος potest declinatum; ab eo itaque Neapolis illorum
Novapolis ab antiquis nostris vocitata. **59.** A quo 67
etiam extremum **novissimum** quoque dici coeptum 236
volgo, quod mea memoria ut Aelius, sic senes aliquot,
nimium novom verbum quod esset, vitabant; quoius (56)
origo, ut a vetere vetustius ac veterrimum, sic ab novo
declinatum novius et novissimum quod extremum. Sic
ab eadem origine **novitas** et **novicius** et **novalis** 237
in agro et **Sub novis** dicta pars in foro aedificiorum,
quod vocabulum ei pervetustum, ut **Novae viae**, quae
via iam diu vetus. **60.** Ab eo quoque potest dictum
nominare, quod res novae in usum quom additae
erant, qui eas novissent, nomina ponebant. Ab eo
nuncupare, quod tunc civitate vota nova suscipiuntur.
Nuncupare nominare valere apparet in legibus, ubi
nuncupatae pecuniae sunt scriptae; item in choro†
in quo est:

> *Aenea! Quis enim est qui meum nomen nuncupat?*

Item in Medio:

vg. *tum id dicitur* codd. *tum id tum dicitur* G. *ab novis**] Turnebus, Scioppius. *a quis* FGH. *aquis* a. *aquibus* b. *νέος*] ex vg. adieci; id excidit in codd. et supervacaneum habetur a Spengelio p. LVIII. De omisso *esse* v. annot. ad V, 38. Hac re offensi multi inculcaverunt v. *videri*.

59. *dici*] vg. et b. ut videtur. *dico* Fa. *dictum* GH. *aliquot*] *aliquod* G. *aliquo* a. *alii quod* legit Gellius, qui X, 21. hunc locum laudat, isque iccirco sequens *quod* omittit. De Aelio cf. ann. ad V, 18. 148. Etiam hoc loco ab interpolatoribus cognomen *Gallus* additum est. *novom*] scripsi. *noum* H. *novum* cett. *vetustius*] Gellius, ut vg. *vetustus* Fab. *vetustas* H. *veterrimum*] Gellius ut vg. Fortasse etiam a. *veterrimus* cett. codd. *novius et*] servavit Gellius. om. codd. Varronis. *pervetustum*] vg. *pervetustus* a. *pervetustas* cett.

60. *quom*] quidam ap. Augustinum. *quō* b. *quomodo* cett. codd. *qui eas*] *qui* quidam apud Augustinum, et *eas* habet Vertranius. *quibus ea* codd. *civitate*] codd. *civitati* coni. Spengel. Sed etiam hunc sexti casus usum non damnaverim. Cf. supra VI, 53. *agris*. *choro*†] codd. ut vg., nisi quod *coro* H. Id quanquam plane absonum ab hoc loco, verior tamen lectio nondum apparuit. Tragicorum fragmentis incertis adnumeravit Bothe P. Sc. L. V, 1. p. 278. *enim*] H. om. cett. *is* addit Bothe. *Medio*] codd. *Medo* Ald. Infra VII, 34. in codd.

238 *Quis tu es, mulier, quae me insueto nuncupasti nomine?*

61. Dico originem habet Graecam quod Graeci δικάζω. Hinc Ennius:

Dico qui . . . . .

Hinc dicare, hinc iudicare, quod tunc ius dicatur; hinc iudex, quod iudicat accepta potestate, id est quibusdam verbis dicendo finit; sic enim aedis sacra a magistratu pontifice praeeunte dicendo dedicatur. Hinc ab dicando indicium; hinc illa: indicit duellum*;
239 indixit funus; prodixit diem; addixit iudicium; hinc appellatum dictum in mimo ac dictiosus; hinc in manipulis castrensibus dicta ducibus; hinc dictata in ludo; hinc Dictator magister populi, quod is a consule debet dici; hinc antiqua illa: dicimonium* et dicis causa et addictus. 62. Si dico quid inscienti, quod ei quod ignoravit trado,
68 hinc doceo declinatum, vel quod quom docemus, di-

est *Medo* et *Medio*. Etiam apud Festum modo *Medo*, modo *Medio* legitur. Hoc inde factum, quod Medeae filius qui *Μήδειος* est Hesiodo, *Μῆδος* dicitur Apollodoro aliisque. *Medea* his locis male illatum est. Ennio hic locus tribuitur a Diomede II. p. 147. Putsch.; Pacuvio a Nonio p. 197. Mercer. Cf. Osann. Anal. crit. p. 124. Inter fragmenta Ennii Medeae posuerunt, non iusto loco, tum alii tum Bothe P. L. Sc. V, 1. p. 53. *quis*] *quisquis* Nonius, perperam. *quae*] *qui* Diomedes. Sed id librariis debetur, qui, quae grammaticus scriptor de priore *quis* dixit, ad alterum pronomen relativum transtulerunt.

61. δικάζω †] vg. *NIδIhE* F. *ρ* H. lacuna in G. om. ab. ut vid. Fortasse δεικνύναι. Cf. Graecarum vocum formae in F. VI, 96. *Dico qui*] Post *qui* lacunam esse mihi persuasi, qua Enniani versiculi maior pars absumpta esset; et, quod est in codd., *hunc dicare* (cui v. *habet* addidit b., alii *cupit*, vel *potest*), ab Ennii loco separavi, *hinc* scribens pro *hunc*, codd. lectione. *duellum**] coni. *illum* codd. *bellum* Augustinus in marg. ex libro. Sed *duellum* facilius poterat a librariis ignoratione vocabuli corrumpi. *prodixit*] *praedixit* G. sicut Augustinus et Vertranius in marg. ex libro. *mimo*] vg. *minimo* codd. *dicta*] b. ut videtur, sicut vg. om. cett. codd. *dicta* sunt παραγγέλματα, ut in Livii verbis: *contra dictum suum*, XXII, 25. *dicimonium**] *dici numo* FG. *dici mimo* H. *dicimino* a. *dici in uno* b. *dicuntino* Turnebi cod. Quod ex coni. posui, ad analogiam vv. moechimonium et mendicimonium, quibus Laberius gaudebat, factum est.

62. *inscienti*] coni. *scienti* codd. *nescienti* Scaliger, Scioppius. *sciens nescienti* coni. Spengelius, fortasse recte. *ei*] Scioppius. *det*

cimus, vel quod qui docentur, inducantur in id quod
docentur ab eo qui scit ducere, qui est dux aut ductor,
qui ita inducit ut doceat. Ab docendo **discere**, 240
disciplina,* literis commutatis paucis. Ab eodem
principio **documenta**, quae exempla docendi causa
dicuntur.

63. **Disputatio** et **computatio** cum* prae-
positione a putando quod valet purum facere. Ideo
antiqui purum **putum** appellarunt; ideo **putator**
quod arbores puras facit, ideo ratio **putari** dicitur,
in qua summa sit pura. Sic is sermo in quo pure (57)
disponuntur verba, ne sit confusus atque ut diluceat,
dicitur **disputare**. 64. Quod dicimus **disserit**,
item translatitio atque ex agris verbo; nam ut olitor dis- 241
serit in areas sui quoiusque generis res, sic in oratione
qui facit, **disertus**. **Sermo**, opinor, est a serie,
unde **serta**; etiam in vestimento **sartum** quod com-
prehensum; sermo enim non potest in uno homine
esse solo, sed ubi oratio cum altero coniuncta. Sic
conserere manum dicimur cum hoste; sic ex iure

codd. ortum id ex ultima litera v. *quod*, et *ei*. *ab eo*] coniunxi cum antecedentibus, et sustuli τελείαν στιγμὴν ante haec verba. Pertinent enim haec omnia ad secundum docendi etymon: nam ducere et dux unde dicatur explicare, neque huius loci erat, neque verba Varronis eo trahi possunt. *qui*] coni. *quod* codd. V. de confusione harum formarum Praefatio. *ducere*] vg. *ducare* codd. *discere*] Venetae editt. *docere* codd. *disciplina**] Post h. v. *discere* in codd. est, quod, ad emendandum mendosum illud *docere*, quod modo memoravimus, margini adscriptum, deinde in orationem Varronis irrepsisse videtur.

63. *cum**] vg. *et* codd. *praepositione*] GHab. *propositione* F. Hinc: *e propositione putandi* coniicit Spengelius. *a putando*] vg. *putandi* codd.

64. *disserit*] notabile in omnibus inquinatis lectionis fontibus h. l. vv. *in areas* reperiri, scilicet ex sequentibus errore translata; deesse autem in omnibus libris illa labe carentibus. *translatitio*] vg. *tralatio* F. *translatio* GH. *traslatio* a. *translacio* b. Cf. infra §. 78. *oratio*] vg. *ratio* codd. *ex iure manum consertum*] Haec non habenda sunt pro parte versiculi Enniani, cuius scimus fuisse hunc tenorem: *Non ex iure manum consertum, sed magis ferro rem repetunt* (apud Gellium XX, 10. coll. Cicerone ad famil. VII, 13. Ennii fragmenta p. 80. Hessel.). Sed de ipsa formula iuris Varro loquitur, quae erat: *inde ibi ego te ex iure manum consertum voco* (i. e. ad manum conserendam). V. Cicer. pro L. Murena 12, 26. de Orat. I, 10, 41. *manum*] Scioppius. *manu* codd. Illud est apud Gellium, et apud Cicer. ad famil. VII, 13.

manum consertum vocare. Hinc adserere manu in libertatem, quom prendimus. Sic augures dicunt: *Si mihi auctor est verbi* † . . . .

242 *Desunt quaedam.*

. . . nam manu asserere dicit . . .

Desunt quaedam.

65. . . . consortes; hinc etiam * ipsi consortes, ad quos eadem * sors; hinc etiam sortes, quod in his iuncta tempora cum hominibus ac rebus, ab his sortilegi; ab hoc pecunia quae in foenore, sors est, impendium quod inter se iungat.

69 66. Legere dictum quod leguntur ab oculis
243 literae; ideo etiam legati, quod ut publice mittantur leguntur. Item ab legendo leguli qui oleam aut qui uvas legunt; hinc legumina in frugibus variis. Etiam leges quae lectae et ad populum latae, quas observet; hinc legitima. Et collegae qui una lecti, et qui in eorum locum suppositi, sublecti; additi allecti, et collecta quae ex pluribus locis in unum lecta. Ab legendo ligna quoque, quod ea caduca legebantur in agro quibus in focum uterentur. Indidem ab legendo legio et diligens et dilectus.

67. Murmuratur dictum a similitudine soni

in Mediceo cod. Itidem variatur in codd. et edd. Ciceronis pro Murena et de Orat. ll. ll. *adserere manu*] vg. *manum* codd. qui accusandi casum etiam in sequentibus habent. Neque tamen libris in ea re concedi potest, cum Terentius multis locis hac formula: *manu* (etiam *liberali manu*) *aliquem asserere*, utatur. V. maxime Adelph. II, 1, 39. cum Donato. *est verbi* †] codd. nisi quod *verbi* om. G. *es urbi* coni. Scaliger. Sed locus obscurior est quam qui certam admittat correctionem. *Desunt quaedam*] Bis notatum ab editoribus, nam in codd. verba tanquam integra continuantur, nisi quod Cod. B. altero loco *hic deest* scriptum habet. Non multa tamen exciderunt, nam in formula illa augurali de manu asserendo aliquid dictum esse, servata illa verba docent, atque etiam §. 65. disputatio de rebus a serendo dictis continuatur.

65. * *ipsi consortes, ad quos eadem* * *sors*] Vertranii lectio valde dubia. *ad qui* (*atque* b.) *ipsi consortes sors* codd. *impendium*] glossema sortis censet Turnebus: non recte, nam inde sortes dictae e mente Varronis, quod impendium impendio addant. Cf. V, 183.

66. *dictum*] om. a. probante Spengelio p. XII. *ut*] vg. om. codd. *leguli*] cf. supra V, 94.

surdi, quom* qui ita leviter loquitur, ut magis e sono id facere, quam ut intellegatur, videatur. Hinc etiam poëtae *murmurantia litora.* Similiter fremere, gemere, clamare, crepare ab similitudine vocis so- 244 nitus dicta. Hinc illa *arma sonant; fremor oritur;* hinc:

nihil me increpitando commoves.

68. Vicina horum quiritare, iubilare. Quiritare dicitur is qui Quiritum fidem clamans implorat. (58) Quirites a Curensibus; ab his qui cum Tatio Rege in societatem venerunt civitatis. Ut quiritare urbanorum, sic iubilare rusticorum; itaque hos imitans Aprissius † ait:

io bucco! quis me iubilat?
Vicinus tuus antiquus.

Sic triumphare appellatum, quod cum imperatore 245 milites redeuntes clamitant per urbem in Capitolium eunti: *Io triumphe*: id a θριάμβῳ, * Graeco Liberi cognomento, potest dictum.

69. Spondere est dicere: spondeo, a sponte;

67. *soni surdi, quom**] scripsi, audacius sane coniectura provectus. *sonitus dictus* codd. *qui*] non mutavi in *quis*. Varro eodem iure h. l. *quom qui* dicere poterat, quo infra X, 60. *natura incorrupta plerumque est suapte sponte, nisi qui eam usu inscio depravabit*, et Cicero: *nisi si qui publice ad eam rem constitutus esset*, et similia. Hac in re, ut in aliis, suas magis grammatici leges scriptoribus imponere solent, quam linguae observare naturam et progressum.

68. *his qui*] ex vg. retinui. *qui* om. codd. *civitatis*] Scioppius. *civitates* codd. *Aprissius* †] codd. nisi quod *aprisius* b. *Chrysippus* Turnebi codex. Hinc Scaliger Accii Chrysippo locum nostrum tribuit. Antea idem, non felicius, tentaverat: *apte Attius ait in Bacchis.* Hinc is locus, qui omnino alienus est a tragoedia, etiam nunc legitur inter fragmenta Baccharum. Bothe P. Sc. L. V, I. p. 189. *io bucco!*] Fa. Turnebi cod. nisi quod hic *buco*. *id buco* G. *robucco* b. *in Bacche* vg. *tuus*] codd. exc. G. qui *atavus*, et a., qui *avus*, quod Scioppius voluerat. *Atus* Turnebi codex. *Io*] vg. *o* F. lacuna in G. om. ab. In H. omnia desunt inde ab *oleam* §. 66. usque ad *ut non spondet ille* §. 72. θριάμβῳ] vg. *triambo* F. om. ab. In G. lacuna loco verborum *id a* θριάμβῳ. **Graeco*] ante h. v. *ac* addit F. idque recepit Spengelius. *a* addunt ab. om. G. ut vg. *potest dictum*] codd. *esse* vg. additur, sed temere. V. ad V, 38.

69. *Spondere est dicere: spondeo,*] vg. Priores sic interpungebant:

nam id valet a voluntate. Itaque Lucilius scribit de Cretea:

cum ad se cubitum venerit,
246/70 **Sponte ipsam suapte adductam, ut tunicam*
et cetera reiceret.

Eandem voluntatem Terentius significat cum ait satius esse:

Sua sponte recte facere quam alieno metu.

Ab eadem sponte †a qua dictum spondere† declinatum spondet et respondet et desponsor et sponsa, item sic alia. Spondet enim qui dicit a sua sponte: spondeo. Spondet etiam sponsor qui idem faciat
247 obligatur. 70. Sponsus, consponsus; hoc Naevius significat cum ait: *consponsi.* Spondebatur pecunia aut filia nuptiarum causa, * nam, ut in comoediis vides dici:

*Sponden' tuam gnatam filio uxorem meo?**

Appellabatur et pecunia, et quae desponsa erat, sponsa; quae pecunia inter se contra sponsum rogata erat, dicta

Spondere est dicere. Spondeo ... *valet*] *et*, quod vg. post h. v. additur, omisi cum a.; habent tamen id cett. omnes. *Cretea*] *gretea* Fa. *graetea* G. Lucilii locus est ap. Franc. Dousam inter Incerta n. 26. **sponte*] *sua voluntate*, quod codd. ante h. v. addunt, omisi tanquam glossema, auctore Scaligero, Scioppio. Cf. Spengel. p. XLI. In G. deest *sponte.* *Terentius*] Adelph. I, 1, 50. †*a qua dictum spondere*†] insititium arbitror, cum Scioppio. *spondet*] vg. *spondit* codd. *Spondet etiam*] vg. *spondit est* codd. *qui idem*] G. *quidem* cett. codd. *qui idem ut* vg. *qui dum* Scioppius, Spengelius. *Pro eo quoque, qui promittit, solent alii obligari: quorum alios sponsores, alios fidepromissores, alios fideiussores appellamus.* Gaius Inst. III, 115. *Sponsus ita interrogatur: "Idem dari spondes?"* ib. 116.

70. *Sponsus, consponsus*] *Qui spoponderat ducturum, sponsus* ex definitione Servii Sulpicii ap. Gellium IV, 4. Hunc eundem consponsum dicit Varro. *Consposos antiqui dicebant fide mutua colligatos.* Festus p. 32. Lindem. *Naevius*] Bothe P. Sc. L. V, 2. p. 26. Eundem locum tangi putant infra VII, 107. **nam ut in comoediis .... meo?**] Hic locus quanquam in omnibus lectionis fontibus infra §. 71. post *alligatus*, quo loco asteriscum tanquam ulceris excisi circatricem reliqui, legitur: tamen nonnisi hoc superiore loco commode collocari poterat. Idque feci auctore Guilelmo Th. Kraut. De causa confusi huius disputationis ordinis dictum est in Praefatione. *Sponden'*] vg. *spondeo* G. *sponde* cett. codd. *gnatam*] b. ut videtur, sicut vg. *agnatam* cett. codd. *Contra sponsum rogata* videtur ea pecunia dici, quam alter ab altero stipulatus est, si sponsam ille sibi non traderet. Haec pecunia

sponsio; quoi desponsa quae* erat, sponsus. Quo die sponsum erat, sponsalis. 71. Qui spoponderat filiam, despondisse dicebatur, quod de sponte eius, id est de voluntate exierat; non enim si nolebat, non* dabat, quod sponsu erat alligatus; * quod tum et praetorium ius ad legem et censorium iudicium ad aequom existimabatur. Sic despondisse animum 248
quoque dicitur, ut despondisse filiam, quod suae spontis statuerant finem. 72. A quo sponte dicere, respondere* quoque dixerunt, quom ad spontem responderent, id est ad voluntatem rogationis. Itaque qui ad id quod rogatur non dicit, non respondet: ut non spondet ille, statim qui dixit: spondeo, si iocandi causa dixit, neque agi potest cum eo ex sponsu. Itaque quoi quis dicit in tragoedia:

Meministin' te despondere mihi gnatam tuam? (59)

contra sponsum erat, id est tanti quanti illius intererat uxorem ducere, ut dicitur *contra aurum* apud Varronem. Cf. Gellius IV, 4. et v. infra VII, 107. *quae**] coni. *quod* G. ut vg. *quo* cett. codd. Sic, ut scripsi, Varro saepe, ut: *qui quid administrat* VI, 78. *qui ... etiam quod indicium dent* IX, 19. *illud, quoius quid simile*, ut scribendum videtur, X, 3. Eodemque pertinent: *quod quem* VI, 55. *quod quae res* VI, 79. et *quom qui* VI, 67. *quom dixero quid* X, 40. Cf. VI, 30. Itaque omnino post formas relativas non opus est composito pronomine indefinito, sed sufficit simplex. Sed observes velim, formas illas relativas hactenus cum simplici indefinito coniungi, si respondeant Graecis ὅςτις, ὅτι, ὅπου. Cf. tamen *quoi quis* §. 72.

71. *Qui*] Gb. ut vg. *quo*] F. *quoi* a. *despondisse*] b. ut videtur, sicut vg. *dispondisse* FGa. *de voluntate*] id non plane perinde est ac: de patria potestate, sed liberum in elocanda retinendave filia arbitrium significat. *nolebat*] Aldina, Turnebus. *volebat* codd. *non**] coni. addidi, quippe necessarium. *ad aequom*] scripsi. *ad aequum* vg. Locus accuratiore explicatione dignus erit. Ad censorium iudicium quod attinet, hoc sine dubio notabatur, qui desponsam filiam sponso non collocaverat.

72. *A quo*] coni. *a qua* codd. *respondere**] coni. *cum spondere* codd. *conspondere* Turnebus. *ad spontem*] b. ut Turnebus. *a sponte* codd. *qui ad id quod rogatur non dicit*] Sic intelligas: qui aliud in mente habet, neque id ipsum quod rogatus est. • Hac cum responsione, quae nulla est, comparatur a Varrone sponsio, quae verbis tantum, non mente animoque fit. Ita sequentia verba, quae transpositurus iam eram post v. *spondeo* in fine §. 69., locum suum tuebuntur. *quoi quis*] coni. *quis qui* a. *qui* GH. *quisquis* cett. codd. *dicit*] codd., exc. H. qui *dixit* a pr. m. *tragoedia*] Fort. *in comoedia*, Spengelius. Quae fuerit illa tragoedia, et qui fabulae nexus, plane obscurum est. *meministin'*] vg. *meministine* codd. *ne* om. H. *gnatam*] vg. *agnatam* FG. *cognatam* H. *cognatum* ab.

71 quod sine sponte sua dixit, cum eo non potest agi ex sponsu. 73. Etiam spes a sponte potest esse
249 declinata, quod tum sperat, quom, quod volt, fieri putat; nam quod non volt si putat, metuit, non sperat. Itaque hic quoque qui dicunt in Astraba Plauti:

Nunc sequere, adseque, Polybadisce, meam spem cupio consequi.

Sequor hercle quidem; nam libenter mea sperata consequor:

250 quod sine sponte dicunt, vere neque ille sperat qui dicit adolescens, neque illa sperata est. 74. Sponsor et praes et vas neque idem, neque res a quibus hi, sed e re simile. Itaque praes qui a magistratu interrogatus, in publicum ut praes siet; a quo et, quom respondet, dicit: *praes.* Vas appellatus qui pro altero vadimonium promittebat. Consuetudo erat quom reus parum esset idoneus inceptis rebus, ut pro
251 se alium daret; a quo caveri postea lege coeptum est

73. *quom, quod*] coni. *quod cum* (*quom* a.) codd. *hic*] *hi* coni. Spengelius. Sed cum certum sit, *haec* dictum esse a Varrone pro *hae*, quidni eodem iure utamur in *hic?* V. ad V, 98. *Plauti*] ap. Bothium inter fragm. fabul. deperdit. p. 553. *Nunc*] coni. Spengelius. *ne* codd., quod plerique coniunxere cum v. *Plauti*, ut *Plautine* est in G. *Nunc* scriptum erat per notam *n* cum *c* supraposito vel cum puncto. *adseque*] codd., nisi fortasse *adsequere* est in b., ut in vg. Illud religiose servavi ut esset inter vestigia activi verbi *sequere.* *Polybadisce*] Scaliger, Scioppius. *Polyba disce* FGH. *polibu disce* a. *proliba disce* b. *hercle*] Hb. *herclem* a. *haeredem* F. *hercule* G. ut vg. quod Spengelius retinuit. *libenter mea sperata*] *libenter, mea sperata,* (i. e. *μνηστευομένη*) Scaliger.

74. *idem*] b. ut videtur, sicut vg. *ideo* cett. codd. *sed e re*] F. *sede re* G. *sedere* b. *sedem* Ha. *simile*] codd. Id facile corrigere cum Scioppio in *simili,* sed reliqui, dum accuratius disputetur de hac re, quam etiam nunc factum est. Cf. IX, 43. *ut praes siet*] coni. Palmerius. *ut praestet* (*prestet* F.) codd. *an praesest* Scaliger ad Festum s. v. praes, p. 579. Lindemann. Salmasius de modo usurarum c. 16. locum sic constituit: *interrogatus, fidem publico ut praestet.* Cramerus ad Gellium Exc. IV. (Kiliae 1832.) p. 73. sic: *interrogatus, in publicum an praes es? a quo et cum respondet: praes, dicitur.* Fundus Palmerianae lectionis est Festus s. v. praes p. 122. *praes est is, qui populo se obligat, interrogatusque a magistratu si praes sit, ille respondet: praes.* Idem tamen s. v. manceps p. 102. mancipem a praestando praedem dici existimat. Praedem a praestando fidem dici, Varrone teste affirmat Apulei. de diphth. 22. p. 141. Osann. Videtur igitur h. l. legisse *praestet.* *vades ne darent*] i. e. ne dare cogerentur.

ab his, qui praedia venderent, vades ne darent; ab eo scribi coeptum in lege mancipiorum:

Vadem ne poscerent nec dabitur.

75. Canere et accanit et succanit, ut canto et cantatio, ex Camena permutato pro M N. Ab eo, quod semel, canit; si saepius, cantat. Hinc cantitat, item alia; nec sine canendo tibicines .... dicti; omnium enim horum quid a canere; etiam buc- 252
cinator, a vocis similitudine et cantu dictus.

76. Oro ab ore et perorat et exorat et oratio et orator et osculum dictum. Indidem omen, ornamentum; alterum quod ex ore primum elatum est, osmen dictum; alterum nunc cum praepositione dicitur volgo ornamentum †, quod sicut olim, ornamentum scenici plerique dicunt. Hinc oscines dicuntur apud augures quae ore faciunt auspicium.

77. Tertium gradum agendi esse dicunt, ubi 8
quid faciant; in eo propter similitudinem agendi et fa- 72
ciundi et gerundi quidam error his, qui putant esse 253
unum. Potest enim aliquid facere et non agere, ut poëta facit fabulam, et non agit: contra actor agit et non facit, et sic a poëta fabula fit, non agitur; ab actore agitur, non fit. Contra imperator quod di- (60)
citur res gerere, in eo neque facit, neque agit; sed gerit, id est sustinet, translatum ab his qui honera

75. *accanit*] Gb. sicut Spengel. coniecerat. *ac canit* a. *a canit* H. *canit* F. *pro M N*] coni. *pro n, m.* codd. *tibicines ....*] Lacunam significavi, adhuc non notatam. Sed *omnes hi* nulli alii esse possunt, nisi tubicines, liticines aliique id genus. De his igitur Varro dixerat hoc loco. *quid*] H. *quod* cett. codd.

76. *ornamentum*] codd., neque id h. l. esset incommodum, cum ornatum ab ore natum iam supra Varro dixisset, V, 129. Modo sequentibus aliquid lucis affulgeret. *praepositione*] G. et ab. ut videtur. *propositione* cett. codd. *ornamentum* †] codd. et *ornamentum*] eodem versu iterum codd. Secundo loco *osnamentum* Scioppius, quo parum proficitur. *scenici*] *senici* G. An fortasse *senices*, antique. Cf. supra VI, 59.

77. *res gerere*] *rempublicam gerere* correxerat Albericus Gentilis ad L. LVIII. de Verb. Sign., iure explosus a I. Fr. Gronovio Observv. IV, 14. p. 225. (686.). *honera*] Fa. *onera* GHb. Illa lectione iam usus sum annot. ad V, 73.

gerunt, quod hi sustinent. 78. Proprio nomine dicitur facere a facie; qui rei, quam facit, imponit
254 faciem. Ut fictor quom dicit fingo, figuram imponit; quom dicit informo, formam; sic cum dicit facio, faciem imponit; a qua facie discernitur, ut dici possit aliud esse vestimentum, aliud vas, sic item quae fiunt apud fabros, fictores, item alios apud. Qui quid administrat, quoius opus non extat quod sub sensum veniat, ab agitatu ut dixi magis agere, quam facere putatur; sed quod his magis promiscue, quam diligenter consuetudo est usa, translaticiis utimur verbis: nam et qui dicit, facere verba dicimus, et qui aliquid agit, non esse inficientem.

* * *

79. . . . . . . qui adlucet. Dicitur lucere ab
255 luere; ab luce dissolvuntur tenebrae. Ab luce Noctiluca. Lugere item ab luce, quod propter lucem amissam is cultus institutus. †Acquirere est ab ad et quaerere; ipsum quaerere ab eo quod, quae res ut reciperetur, datur opera; a quaerendo quaestio; ab hisque Quaestor*.†

78. *apud*] b. *alia* cett. codd. Hanc praepositionis *apud* anastrophen a Tacito ex antiquiore lingua repetitam putaverim. Quanquam hunc Varronis locum ceteris duriorem esse fatendum erit. *Qui quid*] vg. *quicquid* codd. *sensum*] *sensu* cett.

Lacuna, quam h. l. notavi, non exiguam disputationis de agendi verbis interceptam esse partem, facile intelligitur. Namque apparet scriptorem, postquam de verbis actionem omnem complectentibus dixerat, ad agendi modos generatim pertractandos transisse, ac primum quidem ad ea, quae sensibus percipiuntur, certisve corporis membris peraguntur. Iam cum de visu oculorum dicendum esset, hoc argumentum, ut etiam de luce diceret, eum commovit. Cf. infra ad §. 85. annotata.

79. *Qui . . . . ab luere*] Haec verba, ut habentur in codd., adscripsi, quanquam manca et mutila et sensu cassa. Nihil in iis variatur, nisi quod *allucet* a. *abluere* G. Post *adlucet* interpunxi, arbitratus verba *qui adlucet* ad aliam pertinere sententiam. *ab*] b. *a* a. *et* cett. *Noctiluca*] v. V, 68. *Lugere*] coni. Popma. *lucere* codd. †*Acquirere . . . . . quaestor** †] Haec aliena esse ab hoc rerum nexu, etiam ex laceris istis huius libri reliquiis cognoscitur. Sed alii loco ea inserere non sum ausus. *quae res*] v. annot. ad VI, 70. *reciperetur*] codd. eodem sensu quo *recuperetur* in Gryph. *ab hisque Quaestor*] scripsi. *ab his conquaestor* (*conquestor* G.) codd. Cf. V, 81.

80. Video a vi; quinque enim sensuum maxi- 73
mus in oculis: nam quom sensus nullus, quod absit 256
mille passus, sentire possit; oculorum sensus vis usque
pervenit ad stellas. Hinc visenda, vigilant, vigi-
lium, invident et Attianum illud:

oculis violavit qui vidit* invidendum:*

a quo etiam violavit virginem pro vitiavit dice-
bant; aeque eadem modestia potius cum muliere 257
fuisse quam concubuisse dicebant. **81.** Cerno
idem valet; itaque pro video ait Ennius:

Lumen iubarne in caelo cerno?

Canius:

Sensumque inesse et motum in membris cerno.

Dictum cerno a cereo, id est a creando; dictum ab
eo quod, quom quid creatum est, tunc denique videtur.
Hinc * capilli descripti quod finis videtur, discrimen.
Et, quod in testamento, *cernito**, id est facito videant 258

80. *vi*] Pauwius ad Phrynichum p. 71. Lob. *visu* codd. *absit*] GH. *abest* F. *absiet* Scioppius. *visenda*] *viscenda* H. *visendo* b. Sed genuinum est, quod cett. codd. habent, nam visenda sensu quodam proprio urbis regionisve θαύματα significat. *Attianum*] Nunnesius ad Phrynichum p. 70. Lob. *atticum* F. *aetati quom* (*cum* G.) GHa. *acticum* b. *Attiacum* Sciopp. marg. *oculis* violavit qui vidit* invidendum*] coni. scripsi. *oblivio lavet qui incidit in videndum* codd. *obviolavit quod incidit in videndum* Nunnesius. Illud quod posui, quo sensu dicatur, et quantopere faciat ad demonstrandum, violare dictum esse a videndo, non opus est ut moneam. *Invidendum* pro non videndo eodem iure dicitur, quo infandum pro non fando: quanquam Appuleius, cum *invidit* pro *non vidit* usurpat (de magia p. 408. 511. Boscha), firmissimis Latinae linguae legibus calcem impegisse iudicandus est. Ad metricas rationes examinatum id quod posui versum quadratum non integrum efficit:

— *oculis violavit, qui vidit invidendum* — ∪ —

nam in *violavit* duae extremae syllabae in unam contrahendae sunt.

81. *Ennius*] Idem locus, qui supra VI, 6., sed magis truncatus, ut videtur. *Canius*] codd. praeter b. qui *acanius*. *C. Annius* vg. Hoc nomen poëtae illo non notius est. Osann. Anal. p. 15. *cereo, id est*] horum verborum loco lacuna est in b. Graecum ibi fuisse vocabulum, suspicatur Spengelius p. XIV. Quod mihi non videtur probabile. *Hinc* capilli*] *hinc fines capilli* codd. unde *fines* eliminavi, id ortum putans ex variante lectione sequentis v. *fines*. *capilli*] capillum Varronem singulariter dixisse, testis est Charisius I. p. 80 sq. Putsch. *quod in testamento, cernito**] Turnebus. *qui id* (*id* om. GH.) *in testamento* codd. Cf. Gaii Institut. II, 174. *Lucius Titius heres esto, cernitoque in*

te esse heredem: itaque in cretione adhibere iubent testes. Ab eodem est quod ait Medea:

Ter sub armis malim vitam cernere,
Quam semel modo parere;

(61) quod, ut decernunt de vita eo tempore, multorum videatur vitae finis. 82. Spectare dictum ab specio* antiquo, quo etiam Ennius usus:

Vos epulo † postquam spexit;

et quod in auspiciis distributum est, qui habent
259 spectionem, qui non habeant; et quod in auguriis etiam nunc augures dicunt avem specere. Consuetudo communis, quae cum praeverbiis coniuncta fuerunt, etiam nunc servat ut aspicio, conspicio, respicio, suspicio, despicio, sic alia; in quo etiam exspecto, quod spectare volo. Hinc specula; hinc speculum, quod in eo specimus imaginem. Specula, de quo prospicimus. Speculator quem mittimus ante, ut respiciat quae volumus. Hinc qui oculos inunguimus, quibus specimus, specillum.

diebus centum proximis, quibus scies poterisque: quodni ita creveris, exheres esto. *Medea*] Ennii. Cf. Nonius s. v. cernere p. 261. Merc. ubi locus bis laudatur, et prius quidem ex Varronis Gerontodidascalo. Bothe P. Sc. L. V, 1. p. 53. *Ter*] *nam ter* est apud Nonium secundo loco. *vitam*] Nonius utroque loco. *multa* Varronis codd. idque bis ponit G. *parere*] *parire* coni. Porso ad Eurip. Med. 252. Idem *Semel quam modo* transposuit, ut trimetros iambicos efficeret. Sed quadrati hi versus fuisse videntur.

82. *specio**] vg. om. codd. *Vos epulo* †] Ennii locus extat ap. Festum s. v. spicit, p. 257. Lindem., ex l. VI. Annal. (quo libro de Pyrrho narrabatur) ita scriptus: *Quos ubi rex ... ulo spexit de contibus celsis.* Hic locus et noster cum eundem Ennii versum referre viderentur, multa tentata sunt ut utriusque subsidio Ennii manus restitueretur; sed nihil eorum animum magna probabilitatis specie ferit. V. Interpr. Festi s. v. p. 700. Lindem. Columna ad Enn. Ann. XVI. p. 111. Hessel. Ennii Annal. fragm. ed. E. S. p. 164. *habent*] codd. *habeant* vg. Sed v. ann. ad V, 140. et cf. X, 9. *quae sunt genera .., perspiciendum.* *non habeant*] Fa. *habebant* GHb. Inaequalitas modorum in Varrone non offendit. Cf. VI, 95. *quom non adesset et nihil intererat.* IX, 10. *quod nondum est et perperam dicatur;* et praecipue memorabilis locus VIII, 1. — Ceterum de impeditissima illa, qui habuerint spectionem, quaestione nuper dixi Rerum Etruscarum III, 5, 2. p. 112 sq. *despicio*] vg. *inspicio* H. *id est spicio* FGab. Hoc inde ortum, quod *de* pro notis habebatur. V. Praefatio. *qui*] GHa. *quia* b. *quo* F. Sed illud verissimum. De hoc ablativo instrumentali dictum ann. ad V, 21.

83. Ab auribus videntur dicta verba **audio** et 260
ausculto; **auris*** ab aveo quod his avemus discere 74
semper, quod Ennius videtur ἔτυμον ostendere velle, in Alexandro quom ait:

Iam dudum ab ludis animus atque aures avent
Avide exspectantes nuntium.

Propter hanc aurium aviditatem theatra replentur. Ab audiendo etiam **auscultare** declinatum, quod hi auscultare dicuntur qui auditis parent, a quo dictum Poëtae:

audio, ausculto.

Litera commutata dicitur **odor**, **olor**; hinc **olet** 261
et **odorari** et **odoratus** et **odora res***.

84. Ore **edo**, **sorbeo**, **bibo**, **poto**. Edo a Graeco ἔδω. Hinc **esculentum** et **escae**, **edulia**. Et quod Graece γεύεται, Latine **gustat**. **Sorbere**, item **bibere** a vocis sono, ut **fervere** aquam ab eius rei simili sonitu. Ab eadem lingua quod πότον **potio**,
unde **poculum**, **potatio**, **repotia**. Indidem **pu-** 262
teus, quod sic Graecum antiquum, non ut nunc φρέαρ dictum.

85. A manu **manupretium**; **mancipium** quod

83. *auris**] coni. *audio* codd., quo sensus plane pessumdatur. ἔτυμον] Spengelius. *etymon* F. lacuna in Ga. om. Hb. *in Alexandro*] Bothe P. Sc. L. V, 1. p. 33. Haec Sophoclis et Ennii tragoedia quod explicuerit argumentum, praeter Hyginum Etruscarum urnarum opere sculpto docemur. *audio*, *ausculto*] his vocabulis interseritur *aut* in FGHb. om. a. Eieci id suadente Spengelio p. XII. *Litera commutata*] i. e. *au* in *o* commutato, ut ab *audiendo* fiat *odor*. Nam si de *d* in v. *odor* commutato in l haec intelligas, deerit etymon vocis *odor*, quo aegre careo. *odoratus*] coni. Spengelius. *odoratur* codd. *odora res**] Posthaec in codd. et vg. legitur *Sic ab*, quod coniungitur cum sequentibus. Nempe addidit hoc, qui non intellexerat, nunc, postquam de visu, auditu, olfactu dictum, Varronem explicare, quid ore faciat homo. Itaque expellenda erant haec verba, tanquam scioli additamentum.

84. ἔδω] *edon* F. ε H. lacuna in G. om. b. *escae*, *edulia*] vg. *escedulia* FGHa. *escendulia* b. γεύεται] *geuete* F. lacuna in G. om. Hb. πότον] *poton* F. π H. lacuna in Ga. om. b. *repotia*] coni. Italus doctus ap. Augustinum. *repotatio* codd. Cf. V, 122. φρέαρ] *phrear* F. lacuna in Ga. om. Hb. Hoc etymon iam supra, V, 25., proponebatur.

85. *manupretium*] vg. *mantur* (*mant*˜ a.) *pretium* (*praetium* G. *precum* b.) codd. De eodem vocabulo V, 178.

manu capitur; quod coniungit plures manus, manipulus; manipularis; manica. Manubrium quod manu tenetur. Mantelium ubi manus terguntur.

* * *

9 **86. Nunc primum ponam de Censoriis tabulis:**
263 *Ubi noctu in templum censurae auspicaverit atque de caelo nuntium erit, praeconi sic imperato ut viros vocet:*

(62) *Quod bonum fortunatum felixque salutareque siet populo Romano Quiritium, reique publicae populi Romani Quiritium, mihique collegaeque meo, fidei magistratuique nostro! omnes Quirites, pedites, armatos privatosque, curatores omnium tribuum, si quis pro se sive pro altero rationem*
75 *dari volet, voca inlicium huc ad me.*

264 **87.** *Praeco in templo primum vocat; postea de moeris item vocat.*

Hoc loco quanquam in codd. nullum extat lacunae signum, multa tamen intercidisse palam est. Nam ab illa disputatione de iis, quae corporis certis organis membrisve peraguntur (v. ann. ad §. 78.), abripimur repente ad locum *de inlicio;* hoc enim quid sit, diligentissime explicatur inde a verbis *Nunc primum* §. 86. usque ad vv. *habent communitatem* §. 95. Intelligitur igitur Varronem ab his naturalibus actionibus (ab agendo) transisse ad artificum opera (ad faciendum), quo loco unde medicina et sutrina dictae essent aperiebatur, quod hoc libro se praestiturum promiserat Varro V, 93., tum deinceps transgressum esse ad actiones civiles (ad gerendum); quae autem de his disputavit, praeter illa de inlicio, omnia miserabili huius libri ruina hausta sunt. Etiam de iis, quae corpore, veluti pedibus, aguntur, scriptor plura dixisse censendus erit quam extant, et locus ille de manibus, qui neque integer est cum nihil contineat de actionibus, et cum prioribus parum cohaeret, quasi ambustum fragmen, nescio quo casu, ex illo incendio evasit.

86. *Censoriis*] *censoris* H. *censurae*] scripsi. *censura* codd. *Non hodie isti rei auspicavi,* Plautus Rudent. III, 4, 12. De activo verbo auspicare Nonius s. v. auspicavi p. 468. Mercer. *praeconi*] vg. *praeconis* FGH. *praeconiis* a. *preconis* b. *siet*] vg. *si et* b. *sierit* F. *si erit* G. *quaesiverit,* adiuncto praecedente *que*, Ha. *collegaeque meo*] Sic Q. Caecilius Metellus ad Aemilium et Fulvium Censores: *Quod in omnibus fere precationibus nuncupabitis verbis: Ut ea res mihi conlegaeque meo bene et feliciter eveniat,* . . . Livius XL, 46. *sive pro*] Scioppius. *si verbo* FGHa. *verbo* b. *dari*] *dare* scribit Io. Fr. Gronov. Observv. IV, 3. p. 548. (44.). *voca*] vg. *vocat* codd.

87. *postea de moeris*] vg. *post eadem aeris* (*eris* b.) codd.

Ubi lucet, Censor, scribae, magistratus murrha unguentisque unguentur.

Ubi Praetores, Tribunique plebei quique in consilium vocati sunt, venerunt: Censores inter se sortiuntur, uter lustrum faciat. 265

Ubi templum factum est, post tum conventionem habet qui lustrum conditurus est.

88. In commentariis Consularibus scriptum sic inveni:

Qui exercitum imperaturus erit, accenso dicit hoc: Calpurni, voca inlicium omnes Quirites huc ad me.

Accensus dicit sic: Omnes Quirites, inlicium visite huc ad Iudices.

C. Calpurni, Cos. dicit, voca ad conventionem omnes Quirites huc ad me.

Accensus dicit sic: Omnes Quirites, ite ad con- 266
ventionem huc ad Iudices.

Dein consul eloquitur ad exercitum: Impero qua convenit ad comitia centuriata.

89. Quare hic a c c e n s o, illic p r a e c o n i dicit

lucet] vg. *licet* codd. Illud haud dubie verum; nam noctu, ut fieri solebat, censurae auspicatum erat. *sortiuntur*] codd. Apud Nonium s. v. sortirent p. 471. Mercer. *Varro Rerum humanarum l. XX: Quum venerint, censores inter se sortiant.* Spengelius apud Nonium plura excidisse, et nostrum ibi locum tangi existimans, *sortiant* h. l. scribendum esse coniicit. Mihi coniunctivus a nostro loco alienus esse videtur, sed fortasse utroque loco *sortiunt* scribendum erit. *Ubi templum factum est*] Haec vg. et a Spengelio prioribus adnectuntur. Ut cum sequentibus iungeremus, suasit tum aequabilitas in membrorum sermonis conformatione, quae sic conservatur, tum ipsa res de qua dicitur. Nam cum ex eo templo, in quo noctu auspicavit censor, inlicium vocari iusserit: nunc in Campo ad aram Martiam aliud templum faciendum est (cf. Livius XL, 45. 46.), ubi conventionem censor habere possit. Cf. infra §. 93.

88. *Calpurni, Cos.*] scripsi praeeunte Scioppio. *calpurnicos* Fa. *calphurni cos* G. *carburnicos* H. *calpūnius* b. *Calpurnius* vg. Interpungendo haec ita distinxi, ut vv. *consul dicit* interiiciantur inter casum vocandi et imperativum; praeeunte Io. Fr. Gronovio Observv. I, 1. p. 2. (4.). *Iudices*] cf. Cicero de legg. III, 3. Liv. III, 55. *ad exerc. . . . . convenit*] *et exercitum imperat quo conveniat* coni. Io. Fr. Gronov. Observv. I, 1. p. 12. (13.).

haec, est causa: in aliquot rebus item ut praeco, accensus acciebat, a quo accensus quoque dictus. Accensum solitum ciere, Boeotia ostendit, quam comoediam Aquilii* esse dicunt, hoc versu:

267 *Ubi primum accensus clamarat meridiem.*

Hoc idem Cosconius in actionibus scribit, praetorem accensum solitum esse iubere, ubi ei videbatur horam esse tertiam, inclamare horam tertiam esse, itemque meridiem et horam nonam.

90. Circum moeros mitti solitus quomodo inliceret populum in eum locum*, unde vocare posset ad contionem, non solum ad consules et censores, sed
268 **etiam quaestores, commentarium indicat vetus anquisi-**
76 **tionis M. Sergii Mani filii Quaestoris, qui capitis accusavit Trogum; in qua sic est:**

91. *Auspicio orando sede in templo auspicii,*
(63) *dum aut ad Praetorem aut ad Consulem mittas auspicium petitum.*

89. *item*] Gryphiana et Augustinus in Emendationibus. *idem* codd. cui verbo *est* addit G. *acciebat*] vg. *accipiebat* codd. *Aquilii**] Turnebus et Gronovius ann. ad Gell. III, 3. *alii* codd. *M. Attii* docti viri apud Augustinum. Ex Gellio intelligitur, Boeotiam comoediam volgo Aquilio fuisse attributam, ab ipso autem Varrone Plauto esse vindicatam. Quanquam ibi nomen Aquilii non prorsus certum est; quocirca *Attilii* coni. Popma, assentiente Osanno Anal. crit. p. 153. Bothe P. Sc. L. V, II. p. 37. *clamarat*] codd. *clamarit* Osannus Anal. crit. p. 185. Qui locus quomodo cum illo ex Boeotia apud Gellium III, 3. de solariis componendus sit, variae excogitari possunt rationes. *solitum esse*] b. ut Victorius, Scioppius: idemque probat Spengelius p. XIV. *solitum tum* (*tu* H.) *esse* cett. codd. *Meridiem* accensus pronuntiabat, cum a Curia inter Rostra et Graecostasin solem prospexerat. Plin. N. H. VII, 60.

90. *moeros*] Fulvius Ursinus; idque postulat disputationis ordo; nam explicandum nunc quid sit illud *de moeris vocare* §. 87. *auras* codd. *aras* vg. *locum**] vg. om. codd. An ellipsis v. *locus* admittenda erat, ut v. dies V, 69.? Et cf. V, 155. *anquisitionis*] coni. Augustinus in marg. *inquisitionis* codd. Illud sine dubio aptius est, et notum quot locis pro anquisitione inquisitionem dederit librariorum incuria. Cf. §. 92. *Quaestoris*] G. ut puto, sicut vg. *quaestores* cett. codd. *Trogum*] vg. *rogum* codd. Scilicet *t* in principio huius vocis finali *t* v. *accusavit* eliminatum est. Sed §. 92. *trogi* etiam in codd. est. *qua*] vg. et fort. ab. *aqua* FGH.

91. *auspicio orando*] codd. ut vg. nisi quod *auspicium* a. et *orande* Fab. et *orandae* GH. *auspiciorum endo* Ursini cod., idque recepit Spengelius. *sede*] Ursini cod. ut vg. *sed* cett. codd. *auspicii*] vg.

Commeet tum praeco, reum vocet ad te, et 269
eum de moeris vocet praeco: id imperare oportet.

Cornicinem ad privati ianuam et in Arcem mittas, ubi canat.

Collegam roges, ut comitia edicat de Rostris, et argentarii tabernas occludant.

Patres censeant exquiras, et adesse iubeas. 270
Magistratus censeant exquiras, Consules, Praetores Tribunosque plebis collegasque tuos, et in templo adesse iubeas omnes, ac cum mittas, contionem advoces.*

92. **In eodem commentario anquisitionis ad extremum scriptum caput edicti hoc est:**

Item quod attingat qui de Censoribus classi-
cum ad comitia centuriata redemptum habent, uti 271
curent eo die quo die comitia erunt, in Arce classicus canat tum circumque moeros, et ante privati huiusce T. Quinti Trogi scelerosi hostium canat, et ut in Campo cum primo luci assit.

93. **Et inter id, quom c i r c u m m u r o s mittitur et cum contio advocatur, interesse tempus apparet ex iis**

auspiciis codd. *aut ad praetorem aut ad consulem*] Horum erant auspicia maiora, quibus opus erat ad viros vocandos. Dixi de h. l. et de re ipsa Rerum Etrusc. III, 5, 2. p. 114. *Commeet tum*] coni. *commeatum* codd., quod iungi solet cum antecedentibus. *comitiatum* coni. Scioppius. *cum eat* Scaliger. Nuntios commeare dici notum est. *praeco, reum*] coni. Augustinus in marg. *praetores* codd. *moeris*] e Cod. B. *muris* codd. *cornicinem*] Turnebus. *cornicem* FGa. *cornicen* H. *cervicem* b. Cf. Lipsius ad Tacit. Ann. II, 32. *roges*] coni. *rogis* codd. *T. Trogi* vg. sic ut haec *collegam T. Trogi* cum prioribus coniungantur. Quod omnium maxime intellectui huius commentarii obfuit. *comitia edicat*] vg. *comitiae dicat* codd. *exquiras*] vg. *exqueras* FGHb. *censeant exquiras**] altero loco coni. scripsi. *censeat* (*censent* G.) *ex ara* codd. *tuos*] Scioppius. *vos* codd. nisi quod *collegas et nos* b. *omnes*] Scioppius. *homines* codd. *advoces*] *avoces* FHb. *conventionem advoces* coni. Spengel.

92. *anquisitionis*] b. ut videtur, sicut vg. *acquisitionis* FGa. *aquisitionis* H. *Censoribus*] b. ut videtur, sicut vg. *cessoribus* codd. *CESS.* scriptum fuisse coniicit Spengelius. *canat tum*] vg. *canatum* FGH. *connatum* a. *canacium* b. *moeros*] vg. *mucro* b. *mucos* a. *muros* cett. *hostium*] codd. i. e. ostium. cf. *honus* V, 73. VI, 77. *harena* X, 19. *hosticum* vg. *assit*] a. *adsit* cett. Cf. V, 91.

272 quae interea fieri * scriptum est. Sed ad comitia
tum vocatur populus ideo quod alia de causa hic ma-
gistratus non potest exercitum urbanum convocare;
censor, consul, dictator, interrex potest, quod censor
exercitum centuriato constituit quinquennalem, quom
lustrare et in urbem ad vexillum ducere debet; dictator
et consul in singulos annos, quod hic exercitui impe-
rare potest quo eat: id quod propter centuriata comitia
77 imperare solent. 94. Quare non est dubium, quin
hoc inlicium sit, quom circum muros itur, ut po-
pulus inliciatur ad magistratus conspectum, qui Quiri-
273 tes* vocare potest in eum locum, unde vox ad contio-
nem vocantis exaudiri possit. Quare una origine in-
lici et inlicis, quod in Choro Proserpinae est, et
pellexit quod in Hermiona, quom ait Pacuvius:

regni alieni cupiditas pellexit.

Sic Elicii Iovis ara in Aventino ab eliciendo. 95.
Hoc nunc aliter fit atque olim, quod augur Consuli
adest tum cum exercitus imperatur, ac praeit quid
(64) eum dicere oporteat. Consul auguri imperare solet, ut
is inlicium vocet, non accenso aut praeconi; id in-
274 ceptum credo, cum non adesset accensus et nihil inter-
erat quoi imperaret; et dicis causa fiebant quaedam,
neque item facta, neque item dicta semper. Hoc ipsum

93. *contio*] *tertio* GHb. *cum tero* a. *fieri * scriptum est*] *inlicium* (*inlicitum* GHab.) interponunt codd., quod e glossemate irrepsisse arbitror. om. Scioppius. *scriptum* om. G. *Sed ad comitia*] Nihil ante haec verba excidisse puto; nam pergit scriptor in explicando Sergii commentario, atque a loco: *de moeris vocet*, procedit ad illum: *ut comitia edicat* §. 91. *censor*] vg. *censorem* codd. *lustrare*] scripsi praeeunte Io. Fr. Gronovio Observv. I, 1. p. 12. (14.), cuius eas tantum lectiones appono quae probabiliores videntur. *lustraret* codd.

94. *quin*] Vertranius. *quom* codd. Cf. Praefatio. *qui Quirites* vocare*] coni. scripsi coll. §. 88. *qui ros* (*qui res* H. *quiros* a. *quirinos* b.) *vocari* codd. *quod consul vocare* vg. *inlici*] GHb. *illici* F. *illicii* a. *in Choro Proserpinae*] Inter tragoedias incertorum poëtarum Bothe P. Sc. L. V, I. p. 285. *Hermiona*] Bothe P. Sc. L. V, I. p. 123. *Iovis*] Victorius. *iovis visa* (*cusa* a.) codd. De ea ara Ovid. F. III, 295 sqq. Liv. I, 20. Plutarch. Num. 15. Plin. N. H. II, 53. (54.).

95. *auguri*] Victorius. *augur* codd. *is inlicium*] scripsi. *is* (*his* b.) *licium* codd. *inlicium* vg. *inlegium* inlexit**] coni. scripsi,

*inlegium** *inlexit** scriptum inveni in M. Iunii commentariis, quod tamen ibi idem est quod *inlicium** *inlexit*; quod et I cum E et C cum G magnam habent communitatem.

96. Sed quoniam in hoc de paucis rebus verba feci plura; de pluribus rebus verba faciam pauca, et 275
potissimum quae a Graeca lingua putant Latina, ut scalpere a σκαλεῦσαι; sternere a στρωννύειν; 276
lingere a λιχμᾶσθαι; i ab εἶ; ite ab ἴτε; gigni- 277
tur a γίγνεται; ferte a φέρετε; providere προϊδεῖν; errare ab ἐῤῥεῖν; ab eo quod dicunt στραγγαλᾷν strangulare; tinguere a τέγγειν. Praeterea ades . . . Ab eo quod illi μαλάσσειν, nos malaxare, ut gargarissare ab ἀναγαργαρίζεσθαι; putare a πυθέσθαι; domare a δαμάζειν; mulgere ab ἀμέλγειν; pectere a πέξαι; stringere a στραγγαλίσαι, id enim a στραγγαλίς, ut runcinare a runcina, cuius ῥυκάνη origo Graeca.

posterius verbum addens propter sequentia. *inlicium* codd. *ellegium* vet. codex apud Scioppium in marg. *ibi idem*] a. ut videtur, sicut Vertranius. *ibidem* codd. *inlicium**] coni. *inlicite* GHa. *illicite* Fb., ut saepius *illicitum* pro *inlicium* scriptum habent codd. *illicit et* Vertranius. *quod et*] coni. *quae* codd. ortum id e siglis verborum *quod et*. Cf. Praefatio. *I*] addidi cum Ciacconio ap. Augustinum. om. codd., nisi quod *cum ë. ï.* legitur in a.

96. *a*] coni. Scioppius, qui etiam cetera sic refinxit: *a Graeca lingua dicuntur Latina*, quibus non est opus. *in* codd.

In iis, quae secuntur, Graecorum verborum loco lacunae sunt in GHab. Solus Graeca habet F.; sed obscurioribus saepe ductibus expressa, quos, quantum fieri poterat, hic repraesentavimus ad exemplar Spengelii, qui de hoc loco insigniter meruit.

σκαλεῦσαι] Buttmannus e lectione F. SCoLPSA. *στρωννύειν*] STRONYIN F. *λιχμᾶσθαι*] *λhγμαστε* F. *i ab εἶ*] .I. *ab he* F. *ἴτε*] hTE F. *γίγνεται*] *γhγνοιτε* F. *φέρετε*] *ferete* F. *προιδεῖν*] *πρωhδεhN* F. *ἐῤῥεῖν*] *ερρεhN* F. *στραγγαλᾷν*] *strangalā* F. *στραγγάλην* Buttmannus. *tinguere*] *tingue* codd. *τέγγειν*] Buttmannus ex THNЄΔЄ F. *ades . . .*] *ades* ΨЄC F. *abes ἄπεις* coni. Spengelius. *μαλάσσειν*] ΜΑλλΑΣЄN F. *μαλάξαι* Buttmannus. *ἀναγαργαρίζεσθαι*] ANAPΓAPHCTЄ F. *ἀναγαργαρίσαι* Buttmannus. *putare*] coni. Spengelius. *potare* FGab. *portare* H. V. tamen supra VI, 84. *πυθέσθαι*] *ποι*ΘЄCTAЄ F. *δαμάζειν*] *Δμαισhν* F. *ἀμέλγειν*] AMЄΔΓHN F. *pectere a πέξαι*] scripsi. *petere a ΠЄΣЄPЄ* F. *pectere a . . .* G. *pectore a . . .* H. *pectere ab . . .* a. *preterea . . .* b. *στραγγαλίσαι*] Buttmannus ex CPHNΓHΔЄ F. *a στραγγαλίς*] Idem ex *ΣHNΓHMHC* F. *ῥυκάνη*] *PHXANЄ* F.

11 97. Quod ad origines verborum huius libri per-
278 tinet, satis multas arbitror positas huius generis. De-
78 sistam, et quoniam de hisce rebus tris libros ad te mittere institui, de oratione soluta duo, de poëtica unum; et ex soluta oratione ad te misi duo, priorem de locis et quae in locis sunt, hunc de temporibus et quae cum his sunt coniuncta: deinceps in proxumo de poëticis verborum originibus scribere institui.*

97. *de poëtica*] vg. *de* om. codd. *institui**] Ab hoc ipso verbo, extremo huius libri ut videtur, lacuna illa incipit, qua septimi libri principium periit. Nam *institui* om. G. *in* — habet H. *institui* F. ut videtur, et Guelferbytanus, et Mutinensis codex. *incipiam* ab.

M. TERENTI VARRONIS

DE LINGUA LATINA

AD CICERONEM

LIBER SEPTIMUS.

Hic deest in exemplari folium unum, in quo 1
est principium libri VII.

[Temporum vocabula et eorum quae coniuncta sunt, 279
aut in agendo fiunt, aut cum tempore aliquo enuntian- 79 (65)
tur, priore libro dixi. In hoc dicam de poëticis voca- 280
bulis et eorum originibus, in quis multa difficilia nam]
Haec interpolando addita sunt.

Hic deest] Sic F. Unum folium cartamve unam deesse, scribitur etiam in Ha. Contra Vaticani codices, *α.* et *β.*: *hic deficiunt carte VIIII in quibus est principium libri septimi.* *γ.*: *hic deficit principium libri circa cartas sex.* Mutinensis liber: *in exemplari hic erant carte* 9. *cum dimidia non scripte.* Guelferbytanus autem codex nihil nisi: *hic est defectus in quo est principium li. VII.* Illorum librorum scribae ut alii unum, alii novem folia deesse statuerent, hinc factum existimo, quod hi totum quaternionem cum folio uno proximi quaternionis, illi non quaternionem, sed folium tantum excidisse putaverint. Atque horum sententiae ipse accessi, quod ea argumentorum copia, qua scriptor IX. folia impleverit, inter finem sexti libri et sequentia verba: *repens ruina operuit*, excogitari non potest. Sed erat huius loci nihil, nisi ut indicaretur argumentum hoc libro tractandum, deinde ut exponeretur, qua difficultate ea disputatio laboraret. Hac de re quaedam exciderunt, non multa. [*Temporum . . . . . difficilia nam*]] *Haec interpolando addita* esse statui, primum quia desunt in FGHab. in Vaticanis *αβγ.*, in Mutinensi et Guelferbytano libro, adsunt tantum in cod. B. et Lipsiensi, qui edit. principis plane gemellus est: ex qua ea in ceteros libros typis impressos propagata sunt. Tum quia nihil continent, quod interpolator non potuerit ex aliis locis, imprimis ex V, 184. VI, 1. 97., sumere et huc transferre: quod notavit etiam Spengelius, qui p. LI. cautius de h. l. iudicavit quam p. 279. Manifestum autem, ea verba ab interpolatore addita

1. . . . . . repens ruina operuit, ut si* verbum quod
conditum est e quibus literis oportet, inde postquam*
281 aliqua dempta sit, obscurior fiat voluntas impositoris.*
Non reprehendendum igitur in illis, qui in scrutando
verbo literas adiiciunt aut demunt, quo id facilius,
quod sub ea voce subsit, videre possint. Ut enim
282 facilius obscuram operam Myrmecidis ex ebore oculi
videant, extrinsecus admovent nigras setas. 2.
Quom haec adminicula addas ad eruendam voluntatem
impositoris, tamen latent multa. Quodsi poëtice, quae*
in carminibus servavit multa, prisca quae essent, sic
etiam quor essent posuisset: fecundius poëmata ferrent
fructum. Sed ut in soluta oratione, sic in poëmatis
283 verba non* omnia, quae habeant ἔτυμα, possunt dici.

esse, ut lacunam explérent, quanquam hanc tam paucis versibus expleri non posse, meliorum librorum annotatio docet. Apparet haec interpolatoris voluntas in lectione ed. principis et Lipsiensis codicis: *Nam ut verbum quod conditum est e quibus litteris oportet scribi aperiam. Inde si post aliqua dempta sit obscurius fit;* minus aperta illa est in lectione Cod. B.. mixta ex interpolatione et verbis antiquorum librorum: *nam et repens.... aperuit verbum quod conditum est quibus literis oportet, inde si post* etc.

1. *operuit*] Turnebus. *aperuit* codd. Illud scripsi, opinatus, Varronis sententiam fuisse huiusmodi: *Saepe quae a principio impositae sunt verborum formae, eas vetustate attritas repens ruina operuit, ut, si verbum quod conditum est* et reliqua, sicut supra posita sunt. *si**] coni. addidi. *postquam**] coni. *post* codd. *si post* vg. *obscurior*] H. ut videtur, sicut vg. *obscurius* cett. codd. *fiat*] coni. *fit* codd. *impositoris**.] Victorius, Turnebus. *in posterioris* (*posterioreis* F.) codd. Post haec plene interpunxi, cum priores sermonem continuarent et ante *Igitur* distinguerent. *literam*] H. *litteram* Gab. et Vaticanus β. *literas* F. et Vaticani αγ. *adiiciunt*] *adiciunt* Vaticani αγ. *quo id*] coni. Spengelius. *quod* H. *quid* cett. *possint*] vg. *possit* codd. *Ut enim*] Victorius. *etenim* codd. *obscuram operam*] libri omnes, etiam Vaticani et Guelferbytanus. Neque necesse habui scribere *obscura opera*, cum Victorio et aliis: quanquam infra IX, 108. scriptor de Myrmecidis operibus loquitur. *Myrmecidis*] *yrmeci* (*irmeci* G. *yrmeti* a. *imerici* b.) *dum* codd. Illud scripsisse Varronem viderat Turnebus, qui docte de hoc μικροτέχνῳ agit. Nunc notitia de eo homine etiam enchiridiis archaeologicis volgata est.

2. *quae**] addidi suadente Spengelio. om. codd. *servavit*] Victorius, Turnebus. *servabit* codd. *quor*] Scioppius. *quom* H. *cum* G. *cur* cett. codd. *posuisset*] Victorius, Turnebus. *posuissent* FGHa. *potuissent* b. *fecundius*] ab. ut videtur, sicut vg. *secundius* FGH. *non**] coni. addidi. Varro hoc dicit, neque prosae orationis neque poëseos verba omnia etymologice posse explicari. *habeant*] GH. *haberent* b. *habent* cett. codd. *possunt dici*] Lacuna, quam post haec verba notat Cod. B., neque agnoscitur a melioribus libris, neque

Neque multa ab eo eruentur*, quem non erunt in lucubratione literae prosecutae, multum licet legerit. Aelii hominis in primo in literis Latinis exercitati interpretationem carminum Saliorum videbis et exili litera expeditam, et praeterita obscura multa. 3. Nec mirum, quom non modo Epimenidês post annos L. experrectus a multis non cognoscatur, sed etiam Teucer 284
Livii post annos XV ab suis qui sit ignoretur. At hoc quid ad verborum poëticorum aetatem? quorum si Pompili regnum fons in carminibus Saliorum, neque ea ab superioribus accepta, tamen habent DCC annos. (66)
Quare quor scriptoris industriam reprehendas qui herois tritavum, atavum non potuerit reperire, quom ipse avi, 285
tritavi matrem non possis dicere? quod intervallum multo tanto propius nos, quam hinc ad initium Saliorum, quo Romanorum prima verba poëtica dicunt prolata.* 4. Igitur de originibus verborum qui multa dixerit commode, potius boni consulendum, quam qui aliquid nequiverit, reprehendendum; praesertim cum

est ulla. *eruentur**] coni. addidi, propter sensum. *Quem non erunt in lucubratione literae prosecutae*, videtur Varro dicere eum, qui literas non ad altiorem scientiae gradum persequitur, et qui *solum ad Aristophanis lucernam*, *neque etiam ad Cleanthis lucubrat*, ut scripsit V, 9. *legerit*] Scioppius. *legeret* FGHb. *legerent* a. *expeditam*] vg. *expedita* codd.

3. *Epimenides*] vg. *Epamenidis* FGa. *Opamenidis* H. *epaminedis* b. Post h. v. *opus* addit Fa. *opes* b.: ex quo *somno* fecit Turnebus, non improbabiliter. *Teucer Livii*] Bothe P. Sc. L. V, 1. pag. 14. *XV*] GHa. *quindecim* b. *XII* F. *decem* Augustinus margini apposuit. Qui sic scripsit, de Teucro post Troianum bellum ad patrem redeunte cogitabat. Verumtamen Teucer iterum post patris obitum Salaminem patriam repetiit, cum ab Eurysace Aiacis filio accessu prohibitus est. Iustin. XLIV, 3. *qui sit*] *quis sit* H. Sed illud, quod cett. codd. habent, Varroni non eripiendum, priscam in his relativi formis licentiam usurpanti. Sic de R. R. 1, 69, 2. *quem qui esset animadvertere in turba non potuisse.* Sic scripsit etiam Lentulus apud Sallust. Catil. 44. et Ciceronem in Cat. III, 5. *Qui sim, ex eo quem ad te misi scies:* eo tempore quo elegantiores scriptores iam distinguebant inter *quis* ipsam personam et *qui* personae statum significans. *At*] Victorius. *ad* FGHb. *ab* a. *multo tanto*] Omittunt *multo* G. *tanto* a. Sed male, cum *multo tanto* Romanos volgo dixisse, Plautus ostendat. *prolata**] coni. *latina* codd.

4. *qui multa dixerit*] *qui* fere dictum est pro *si quis*, leviore quodam in relativis membris iungendis anacolutho, cuius aliud exemplum est IX, 112. *Qui dicit hoc monti* etc. *nequiverit*] *nequierit* Gab.

dicat etymologice non omnium verborum dici posse causam, ut * a qua re res ad medendum medicina.
286 Neque si non norim radices arboris, non possem dicere
pirum esse ex ramo, ramum ex arbore, eam ex radicibus quas non video: quare qui ostendit equitatum esse ab equitibus, equites ab equite, equitem ab equo, neque equos unde sit dicit, tamen hic docet et plura et satisfacit grato, quem imitari possimusne, ipse liber erit indicio.

2 5. Dicam in hoc libro de verbis quae a poëtis
81 sunt posita; primum de locis; dein de his quae in
locis sunt; tertio de temporibus; tum quae cum tem-
287 poribus sunt coniuncta, sed ita* ut quae cum his sint
coniuncta, adiungam, et, si quid excidit ex hac quadripartitione, tamen in ea ut comprehendam.

6. Incipiam hinc:

Unus erit quem tu tolles in caerula caeli
Templa.

Templum tribus modis dicitur ab natura, ab auspiciendo, ab similitudine. Natura in caelo; ab auspiciis in terra; ab similitudine sub terra. In caelo templum dicitur, ut in Hecuba:

causam] commendavit Spengelius. *causa* codd. (i. e. cā, ut est in b.) *causas* Ald. *ut * a*] scripsi. *ut quia* codd. Scribendum esse *ut qui a*, et post haec excidisse quaedam, minus probabile visum; neque placuit Turnebianum: *ut quaerere a qua.* Ad sensum enim nihil desideratur, nam ad quaestionem: *a qua re*, respondebitur statim: a medendo: quam ultimam eorum vocabulorum esse radicem, Varro dixerat V, 93. *possem*] vg. *posse me* codd. *equos*] *equus* codd. *possimusne*] *possimus ne* codd. Illud ne offendat propter particulae interrogativae positionem, cf. X, 9. *perspiciendum ei qui, declinationes verborum proportione sintne, quaeret.*

5. *dein*] Ga. *deinde* FHb., sed Hab. omittunt *de his.* Cf. annot. ad V, 131. *sed ita**] coni. scripsi. *dis* FGa. *his* b. H. haec et sequentia ad v. *coniuncta* usque om. Illud *dis* ex compendiis scripturae ortum esse videtur. *ut quae*] *ut que* a. *utque* Fb. Eodem consilio declarato etiam V, 13. VI, 1. scriptor sibi cavet a calumnia, aliena a se esse immixta.

6. *Incipiam hinc*] Ante haec verba plene distinxi, monente Spengelio, Emendationum Varron. p. 6. Hic sequentibus anteponendum esse arbitratur: *Apud Ennium.* Haud equidem scio, an Varro omiserit hoc nomen tanquam omnibus notum; certe violentioribus machinis, ut sibi constaret, eum adigere nolui. *Unus erit*] Haec I. Ennii Annalium libro de Romulo dicta esse constat. V. Ennii Annal. fragm. ed. E. S.

O magna templa caelitum
Commixta stellis splendidis. 288

In terra, ut in Periboea:

Scrupea saxa Bacchi
Templa prope adgreditur.

Sub terra, ut in Andromacha:

Acherusia templa alta Orci salvete infera.

7. Quaqua intuitus* erat oculi, a tuendo primum templum dictum. Quocirca caelum, qua attuimur, dictum templum. Sic:

Contremuit templum magnum Iovis altitonantis,

id est, ut ait Naevius:

*Hemisphaerium ubi concavo**
Caerulo septum stat. 289

Eius templi partes quattuor dicuntur, sinistra ab oriente, dextra ab occasu, antica ad meridiem, postica ad septentrionem. 8. In terris dictum (67) templum locus augurii aut auspicii causa quibusdam conceptis verbis finitus. Concipitur verbis non isdem usquequaque. In Arce sic:

p. 35. v. 167. *in Hecuba*] Ennius. Bothe P. Sc. L. V, 1. pag. 46. *in Periboea*] Pacuvius. Bothe P. Sc. L. V, 1. p. 139. *in Andromacha*] Ennius. Bothe P. Sc. L. V, 1. p. 34. Eundem huius tragoediae locum partim minus integrum, partim pleniorem affert Cicero Tusc. Disput. 1, 21, 48.

7. *Quaqua*] Augustinus in marg. ex coniectura, ut videtur. *qua quia* codd. De confusione horum vocabulorum v. Praef. *intuitus* erat*] coni. scripsi. *initium erat* codd. *intuerant* coni. Augustinus. *intuiti erant* Scioppius. *primum*] GHa. *primo* Fb. *Contremuit*] Etiam hic versus ex Ennii Annalibus sumptus esse videtur. Ennii Annal. fragm. ed. E. S. p. 41. II. v. 6. *Naevius*] Inter incertarum tragoediarum Naevii fragmenta habet Bothe P. Sc. L. V, I. p. 92. et iterum V, II. p. 27. *Hemisphaerium*] *hemispherium* a. *in hiemis ferium* F. *hyemis* (*hiemis* H.) *ferium* (*ferum* b.) cett. codd. *concavo**] coni. scripsi. *cca* cum supraposito signo, quod literae N simile, F. *cuncha* G. *cum ca* H. *conca* a. et Turnebi codex. *conchacha* b. *Concha* scripsit. Turnebus. Lectio cod. Guelferb. *ubi tria cherulo*, cod. B. *ubi tetracherino*, cod. Lipsiensis et ed. princ. *ubi tetracherulo*, videtur orta esse ex glossemate: *terra*, adscripto ad *hemisphaerium*. Quo glossemate quae nituntur criticorum coniecturae, eas nullius esse pretii apertum est. *caerulo*] *cerulo* Turnebi codex. *cherulo* FGHb. *chèruleo* a. Sicut Naevii locum, una addita syllaba, refinxi: *hemisphaerium* terram designat, quae *caerulo concavo*, i. e. caelo, septa esse dicitur. *templi*] om. Gab.

8. *isdem*] scripsi. *hisdem* FGHa. *iisdem* b. ut videtur, sicut vg. Cf.

290 *Templa* tescaque me ita sunto quoad ego caste lingua nuncupavero.*
291 *Olla veter* arbos, quirquir est, quam me sentio dixisse, templum tescumque finito* in sinistrum.*
Olla veter arbos, quirquir est, qnam me sentio dixisse, templum tescumque finito* in* dextrum.*
Inter ea conregione, conspicione, cortumione,
292 82 *utque ea rectissime sensi.*

9. In hoc templo faciundo arbores constitui fines apparet, et intra eas regiones, qua oculi conspiciant, id est tueamur, a quo templum dictum et contemplare, ut apud Ennium in Medea:

Contempla et templum Cereris ad laevam aspice;

contempla et conspicare idem esse apparet; ideo
293 dicere, tum cum templum facit, augurem: conspi-

annot. ad V, 13. 57. *templa**] Turnebus, Scioppius. Hoc vocabulum cum casu decurtatum esset, hinc ortum, quod est in codd.: *item*, idque deinde coniunctum est cum superioribus. Lacunae in bonis codd. nullum vestigium. *tescaque*] Turnebus, Scioppius. *testaque* codd. *me*] codd. *mi* Turnebus. *Me pro mihi dicebant antiqui*, Festus p. 104. et 175. Lindem. *caste*] Scaliger. *eas te* FGHa. *eam* b. *lingua*] Scaliger. *linguam* codd. *Olla veter**] scripsi cum Scaligero, ad Festum p. 728. Lindem. *ullaber* FGHa. om. b. *quirquir*] FGab. *quurquur* H. Etiam infra. *quirquir* pro quisquis, ad vocabulum feminini generis adhibitum, inter exempla est interrogativi pronominis communi genere positi, quo pertinent apud comicos poëtas quis et quisquis et quisquam et similia de mulieribus usurpata. Non omisit hoc J. A. Hartung de casibus p. 143. *quam me sentio dixisse*] De hac formula et de universo loco dixi Rerum Etruscarum III, 6, 3. *tescumque*] Turnebus. *tectum* (*textum* H.) *quem* codd. *finito**] coni. *festo* codd. Sic etiam inferiore loco. *olla veter**] *ollaner* F. *ollaber* a. *ullaber* G. *ablabor* b. H. om. quae media sunt inter prius et secundum *tescumque*. *quam*] scribendum fuit, ne membrorum aequalitas turbaretur. *quod* codd. *tescumque*] Turnebus. *tectum quem* G. *quem* Gab. *in**] vg. om. codd. *Inter ea*] Spengelius. *interea* codd. *conregione*] Turnebi codex, F. (sed in hoc antea scriptum erat *concretione*) et b. ut videtur. *corregione* a. *cum e regione* G. *cum cregtione* H. *utique*] i. e. *utcunque*. Quod satis defenditur formarum eiusdem analogiae usu relativo. *Quemque videritis* et similia maxime comicis et scriptoribus extremae Latinitatis frequentata sunt; quandoque pro quandocunque ex Horatio et Persio notum est. Ellipticum dicendi genus explana supplendo: *templum meum finio*.

9. *Ennium in Medea*] Bothe P. L. Sc. V, I. p. 54. fragm. 9. Plenior locus poëtae extat apud Nonium s. v. contempla p. 470. Mercer. *contempla et*] Τελείαν στιγμήν, quam ex codd. sumptam his vv. interposuit Spengelius, sustuli. *idem*] coni. Bentinus. *id* codd. De permutatione harum vocularum v. Praefatio. *tum cum templum*] Turnebus.

cione, qua oculorum conspectum finiat. Quod, cum dicunt **conspicionem**, addunt **cortumionem**, dicitur a cordis visu; cor enim cortumionis origo. 10. Quod addit templa ut sint **tesca**, aiunt sancta esse, qui Glossas scripserunt. Id est falsum; nam curia Hostilia templum est et sanctum non est. Sed hoc ut putarent, aedem sacram* templum esse, factum 294
quod in urbe Roma pleraeque aedes sacrae sunt templa, eadem sancta; et quod loca quaedam agrestia, quod aliquoius dei sunt, dicuntur tesca. 11. Nam apud Accium in Philocteta Lemnio:

Quis tu es mortalis, qui in deserta et tesca te
apportes loca?

Ea* enim loca quae sint, designat quom dicit:

Lemnia praesto
Littora rara, et celsa Cabirum 295
Delubra tenes mysteriaque
Pristina castis concepta sacris;

cum contemplum FGb. *cum templum* Ha. De *tum*, *cum* cf. annot. ad V, 91.

10. *sint*] vg. om. b. *sit* cett. codd. *tesca*] Turnebus. *dextera* b. *dextra* cett. codd. *sacram**] Post h. v. delevi *esse*, quod est in codd., ortum ut puto ex transpositione verborum. Uncis iam segregaverat Spengelius. *aliquoius*] G. *aliqujus* H. *alicuius* cett.

11. *in Philocteta*] Ald. *ut Philocto* (*philocao* F. *philotto* a.) *aetatem* (*etatem* F.) codd.; sed in b. haec sic transposita sunt: *etatem philocto*. Locus ex Philocteta est etiam apud Festum p. 272. Lindem., ubi scribitur *tesqua* et *apportas*. Bothe P. Sc. L. V, 1. p. 230. fragm. 2. *apportes*] vg. *appones* codd. *Ea* enim loca*] coni. *enim loca* (*luca* G.) FG. *enim* cett. codd. *etenim loca* coni. Spengel. *Lemnia*] Bothe P. Sc. L. V. 1. p. 232. fragm. 11. Varro ut explicet, quae loca ab Accio tesca dicantur, alia de iisdem in eadem tragoedia dicta affert. Ea omnia ex eodem anapaestico esse carmine, quod παρῳδικὸν fuisse videtur, metra evincunt. Hinc tamen non sequitur, ut connexos eos versus fuisse statuamus; potius ut dispescamus, suadet loci ratio, propter quam ea tantum excerpuntur quae ad loca pertinent. Hactenus assentior Welckero (in Appendice libri de trilogia p. 341.), non G. Hermanno (de Aeschyli Philocteta, Opusc. III. p. 116 sq.). *praesto littora rara*] Augustinus in marg. ex libro. *prest* (*praeest* GH. *p̃ est* b.) *olitor ararat* codd. *rara*] *rava* Hermannus. Illud pro infrequenti positum puto. *mysteriaque*] i. e. mysteriorum delubra. *mysteria queis* coni. Hermannus, scilicet ut proximo versu adiungere posset haec ex Cicerone petita: *nocturno aditu occulta coluntur, silvestribus sepibus densa.* Equidem, quanquam non tardus lacunarum in Varrone investigator, h. tamen l. nulla agnosco huiusmodi corruptelae vestigia. *castis*] ab. ut videtur. *castris* FGH., quod

deinde:

Volcania templa sub ipsis
Collibus, in quos delatus locos
Dicitur alto ab limine caeli;

et:

Nemus expirante vapore vides,
*Unde ignis cluet mortalibus clam**
Divisus.

296 Quare haec quod tesca dixit, non erravit: neque ideo
297 quod sancta, sed quod, ubi mysteria fiunt, attuentur*, tuesca dicta. **12.** Tueri duo significat, unum ab aspectu ut dixi, unde est Enni illud:

Tueor te senex, pro Iuppiter!

et:

Quis pater aut cognatus volet nos contra tueri?

83 Alterum a curando ac tutela, ut cum dicimus *Bellum*
(68) *tueor*, et *tueri villam*, a quo etiam quidam dicunt
298 illum qui curat aedes sacras, aedituum, non aeditomum. Sed tamen hoc ipsum ab eadem est profectum origine, quod, quem volumus domum curare, dicimus: *Tu domi videbis*, ut Plautus cum ait:

ortum fortasse ex *casteis*. *Deinde*] F. *dein* GH. et ab. ut videtur. *Volcania*] b. ut videtur, sicut vg. *volgania* FGHa. *limine*] vg. *lumine* codd. *nemus*] boni codd. *menius* cod. Guelferb. *Nevius* ed. princ. cum cod. Lipsiensi. *Naevius*, ut vg., cod. B. *expirante*] FGa. *ex plante* b. *exspirante* H. *ignis*] Vertran. *ignes* codd. *cluet*] Ald. et b. ut videtur. *clavet* FGHa. Apud Ciceronem, Tusc. Disput. II, 10., ex eodem loco Acciano extant haec: *unde ignis lucet* (al. codd. *elucet*) *mortalibus clam divisus*. *clam**] ex Cicerone addiderunt Victorius, Turnebus, alii. om. codd. *divisus*] Turnebus. *divis* codd. *quod*] a. *que* b. *quo* cett. codd. *attuentur**] coni. Idem verbum supra §. 7. usurpaverat Varro. *aut tuentur* codd. *initiati tuentur*, corrigendum putat Hermannus de Aesch. Phil. p. 125.

12. *Enni*] scripsi. *ennii* a. *enim* GH. *n* F. om. b. Fragmentum nusquam videtur in ordinem Ennianorum receptum esse. *Quis pater*] ex Ennii Annalibus. Ad raptum Sabinarum retulit P. Merula. V. Lib. I. v. 131. p. 28. in Ennii Annal. fragm. ed. E. S. *Bellum tueor*] F. *bell* H. et a., ille cum lacuna. *bel* cum lacuna b. Lacuna in G. *aeditomum*] codd. nisi quod *editonum* est in b. Ab his desciscere non sum ausus, quanquam animum inducere nequeo, ut credam Romanos unquam sic esse locutos. *Aeditumus* enim est pro *aeditimo*, quod ea forma dictum est qua *finitimus* et *legitimus*; atque hoc u, quod pro i dicitur, non memini mutari etiam in o. Cf. Varro ad Marcellum de Lat. sermone ap. Gellium XII, 10. de R. R. I, 2. et supra V, 50. 52.

Intus para, cura, vide quod opus fiat.

Sic dicta vestispica* quae vestem spiceret, id est videret vestem ac tueretur; quare a tuendo et templa et tesca dicta cum discrimine eo quod dixi. **13.** Etiam indidem illud Enni:

Extemplo acceptum me necato et filium. 299

Extemplo enim est continuo, quod omne templum esse debet continuo septum nec plus unum introitum habere.

14. Quod est apud Accium:

Pervade polum, splendida mundi
*Sidera binis continuis sex**
Addita. signis*:*

polus Graecum; id significat circum caeli; quare quod est: *Pervade polum*, valet: vade περὶ πόλον. 300
Signa dicuntur eadem et sidera: signa quod aliquid significent, ut libra aequinoctium; sidera quae insidunt, atque item significant aliquid in terris perurendo aliudve, quare ut: *Signum candens in pecore.*

Intus para] Cf. Trinummum IV, 2, 114.: *tu intus cura quod opus est.* Hic tamen locus inter fragmenta referendus videtur. *fiat*] codd. *ut fiat* necessarium videtur. *opus est ut fiat* scripsit Vertranius. *opus siet* aut *fuat* coni. Augustinus. *vestispica**] Aldus. *vestisca* FG. *vestisea* H. *vestista* a. *vestita* b. *et templa et*] haec ex bonis codd. solus om. F.

13. *Enni*] Scaliger. *enim* codd. Ennii Andromachae tribuit fragmentum Columna ap. Hessel. p. 234. *acceptum*] *acceptam* vel potius *arreptam* mavolt Vossius, ut sint verba Andromachae ad Ulixem, ap. Hessel. p. 346. *necato*] Scaliger. *negato* codd.

14. *Accium*] Bothe P. Sc. L. V, I. p. 249. *binis*] coni. Bothe. *bigis* codd. *continuis sex**] Scaliger. *continui* (*contini* G.) *se* codd. nisi quod b. haec omnia sic habet transposita: *continuis spoliis se cepit.* *Addita* signis**] coni. *cepit* (*coepit* a.) *spoliis* codd. *apti signis* coni. Scaliger; a quo hacpropter discedere debebam, quod non mundus, sed sidera, quae Soli vel Phaëthonti permeanda erant, Zodiaci signis apta sunt. *valet*] Victorius. *valde* codd. περὶ πόλον] coni. *peripolum* Ga. *periopolum* H. *per polum* F. et b. ut videtur, sicut vg. Sed quid id significaret hoc loco? *libra aequinoctium*] Cave ne ὑποστιγμῇ interposita sensum loci perimas. *quae*] b. ut videtur, sicut vg. *quae si* cett. codd. *item*] scripsi. *ita* codd. *ut*] codd. *et* vg. Illud est quod nunc volgo dicitur: *exempli gratia.* *pecore*] FGab. *pectore* H. *Hectore* vg., quod Spengelius cum sequentibus coniungere volebat. Mihi videtur locus ductus esse e poëta, qui Caniculae vim in pecore ostendebat. Sic Persius III, 5. *Siccas insana Canicula messes*

15. Quod est:

Terrarum anfracta revisam;

anfractum est flexum, ab origine duplici dictum, ab
301 ambitu et frangendo; ab eo leges iubent in directo pedum VIII esse, in anfracto XVI, id est in flexu.

16. Ennius:

Ut tibi Titanis Trivia dederit stirpem liberum.

Titanis Trivia Diana est, ab eo dicta Trivia, quod in trivio ponitur fere in oppidis Graecis, vel quod luna dicitur esse, quae in caelo tribus viis movetur, in alti-
84 tudinem et latitudinem et longitudinem. Titanis dicta
302 quod eam genuit Titanis* Lato. Lato enim, ut scribit Manilius:

est Coeo creata Titano.*

iamdudum coquit, et patula pecus omne sub ulmo est. Alii de nota pecori inusta cogitant.

15. *Terrarum*] Cf. Nonius s. v. anfractum p. 193. Mercer.: *Acc. Eurysace: Super Oceani stagna alta patris terrarum anfracta revisam.* Sic Teucer locutus est Hispaniam terrarum omnium extremam, tanquam metam in Circo, petens. cf. annot. ad VII, 3. Bothe P. Sc. L. V, I. p. 206. fragm. 2. *anfracta*] FGa. *amfracta* Hb. *revisam*] *re visam* a. *re visum* cett. codd. *re* in codd. iungitur cum vocabulo antecedente. *anfractum*] G. *amfractum* cett. codd. Item infra variatur. *flexum, ab origine duplici dictum*] est codd. lectio, quam interpungendo explicavi. *leges*] XII. tabularum. V. Puchta *Civilist. Abhandl.* p. 83. Hugo Hist. iur. civ. ed. undec. T. I. p. 190. *iubent*] *viam* addit Scioppius: quod cogitatione supplendum est. *XVI*] F. *VIII* GH. *XIV* a. *XIII* b. Illud verum esse dubitari nequit. V. Digestor. L. 8. de serv. praed. rust.

16. *Ut tibi* etc.] Quidni in Ennii Medea Colchicam mulierem, Hecatae ministram, sic locutam esse ponamus, quo loco apud Euripidem Medea Aegeo dicit: *οὕτως ἔρως σοι πρὸς θεῶν τελεσφόρος γένοιτο παίδων?* Apud Bothium est in Incertis, P. Sc. L. V, I. p. 67. *genuit Titanis* Lato. Lato enim*] coni. vel exculpsi potius ex informi codicum materia. Nam codd.: *genuit ut* (*ut* om. b.) *in* (*in* om. Hb. *ni* a.) *plauto* (*plautus* GHab.) *latoea* (*latoa* G. *latoca* H. *latonaea* a. *latona* b.). Ex TUTINP LAUTO LATO EA feci TITANIS LATO LATO EN. Graeca autem forma h. l. a Varrone usurpata non magis offendet, quam *Diona* et *Theona* VIII, 41. IX, 42. et *Iona*, quod scripsi VIII, 21. Cf. *gerusia* V, 156., et annot. ad V, 122. VI, 33. *Coeo * creata*] Fortasse asterisci cautione supersedere poteram, nam quod est in codd.: *coecreata* (*creata* a. *concepta* b.) non nisi una literula distat ab eo quod posui. V. Hesiod. Theog. 406. *Titano*] codd. Sic antiquiores. V. Naevium apud Priscianum VI, p. 679. P., cuius versus sic constituendi sunt:

Inerant signa expressa, quomodo Titani,
Bicorpores Gigantes, magnique Atlantes,
Rhuncus atque Purpureus, filii Terras.

Ut idem scribit:

Latona pariit casta complexu Iovis
Deli Deos geminos,

id est Apollinem et Dianam.

Dii quod Titanis Deliadae

eadem . . . . . .

17. *O sancte Apollo, qui umbilicum certum* 303
terrarum obtines!

Umbilicum dictum aiunt ab umbilico nostro, quod is medius locus sit terrarum, ut umbilicus in nobis; quod utrumque est falsum. Neque hic locus est terrarum medius, neque noster umbilicus est hominis medius. (69)
Itaque pingitur quae vocatur ἡ χθὼν* Πυθαγόρα, ut media caeli ac terrae linea ducatur infra umbilicum per id quo discernitur, homo mas an foemina sit, ubi ortus humanus, similis ut in mundo, ubi etiam omnia nascuntur in medio, quod terra mundi media. 304
Praeterea si quod medium*, ut pilae, terrae: non Delphi

pariit] ut Scaliger coni., ab. si recte relatum est. *parit* cett. codd. *Deli*] vg. *Delia* codd. *id est*] om. b. quapropter insiticium esse putat Spengel. p. XIV. *Dii*] *diis* b. Fortasse an scribendum sit: *Idem quod:* Titanis Deliadae, *eadem* [*numina significat*]. Sed propter lacunam, qua sequentia intercepta sunt, omnia incerta. *eadem*] FGab. *eodem* H. Lacunam in codd. non significatam notavi hoc loco, cum Spengelius signa lacunae posuisset post *Deliadae* et ante *eodem.*

17. *O sancte Apollo*] Idem versus cum altero adiuncto extat apud Ciceron. de divin. II, 56. 115. Inter incerta ex Cic. posuit Bothe P. Sc. L. V, I. p. 279. *O* delere, ut trochaicus ex iambico fiat versus, propter consensum codd. utriusque scriptoris non licet. *obtines*] *obsides* Ciceronis libri, nisi quod Ursini codex *obtines* habere dicitur. Illud *obsides* mirum quantum placet; Apollinem enim ἐν ὀμφαλῷ καθῆσθαι, quidam scriptorum loci et sexcenta monstrant artis antiquae opera. *quae*] coni. scripsi. *qui* codd. ἡ χθὼν*] Turnebus, Scaliger. *IXTON* F. lacuna in Ga. om. Hb. Illud probari non posse dixit, qui doctrinam de Microcosmo nuper exposuit, Lobeckius Aglaoph. p. 924., sed cur probari nequeat, non dixit V. D. *Πυθαγόρα*] *Pythagora* FGH. *pithagora* a. *pithagoras* b. *quo*] vg. *quod* codd. *ubi etiam*] coni. scripsi. *ubi enim* codd. *ibi enim* Augustinus in marg. ex libro. *si quod*] *si quid* Gb. Illud praestare videbatur. *medium**] Post haec expunxi verba: *id est umbilicus*, quanquam ea in omnibus sunt codd. Sed etiam V, 59. *id est sol est*, et VI, 69. *sua voluntate*, in omnibus codd. sunt. Sensui autem haec verba sunt infestissima. Nam Varro, Delphos non esse umbilicum terrarum, ut ostendat, demonstrat, neque umbilicum esse medium, neque medium esse Delphis. Quod medium postquam negavit esse umbilicum, non potest idem ipse medium dicere umbilicum. *ut pilae*] coni.

medium. Sed terrae medium, non hoc sed quod vocant Delphis, in aede ad latus est quiddam, ut thesauri specie, quod Graeci vocant ὀμφαλόν, quem Pythonos aiunt tumulum; ab eo nostri interpretes ὀμφαλόν umbilicum dixerunt.

18. Pacuvius:

305 *Calydonia altrix terra exuperantum virum.*

Ut ager Tusculanus, sic Calydonius ager est, non terra; sed lege poëtica, quod terra Aetolia, in qua Calydon, a parte totam accipi Aetoliam voluit.

19. Accius:

Mystica ad dextram vada praetervecti.

Mystica a mysteriis quae ibi in propinquis locis nobilia fiunt.

Enni:

306 *Areopagitae quidem dedere aequam pugnam*.*

Areopagitae ab Areopago; is locus Athenis.

scripsi. *ut pila* F. *pila* GHab. *Terrae pila* est etiam in Varronis versu apud Nonium. *Sed*] coni. scripsi. *et* codd. Quae secuntur, interpunctione dilucidare studui. *ad latus*] F. *allatus* GH. *illatus* a. *ablatus* b. cf. Strab. IX. p. 420. a. *ut*] cf. de hoc usu particulae annot. ad VI, 56. *thesauri specie*] codd., atque nunc, ubi archaeologorum studiis effectum est, Omphalum Delphorum figuram habuisse tholo similem sive thesauro, qualis Mycenis etiamnunc visitur, ab emendando hoc loco abstinebitur. Et abstinuit Lobeck. Aglaoph. T. II. p. 1002 sq., nisi quod pro *ad latus* proponit *arquatum*. *tumulum*] scripsi. *tumulos* FGab. *cumulos* H. Eodem loco, in aede Delphica, iuxta Apollinem aureum, sub Omphalo, sepultum fuisse Bacchum, multi inferioris aetatis scriptores tradunt.

18. *Pacuvius*] Atalantae tribuit hoc fragmentum Delrio. Bothe P. Sc. L. V, 1. p. 111. fragm. 23.

19. *Accius*] Inter incerta recensetur hoc fragm. Bothe P. Sc. L. V, I. p. 249. Ex Philocteta esse censet G. Hermannus Opuscc. III. p. 128. Mihi non Lemnium, sed Eleusinium litus indicari videbatur. Lectio, quae ab illo V. D. proposita est, bonorum codd. consensu reiicitur. *Enni*] *Ennii* codd. praeter b. qui *hermi* i. e. *henni*. *quidem dedere aequam pugnam**] coni. *quid* (*quod* H.) *dedere* (*debere* a.) *quam pudam* (haec duo vv. om. GH.) codd. Scaliger quod finxerat: *Areopagiticam ea de re vocant petram*, nunc placere non potest. Felicius Bothe P. Sc. L. V, 1. p. 41. (ubi primum est ex Eumenidibus fragmentum): *Areopagitae qui edidere aequom palam.* Mihi quod posui, ex longiore versu (cf. §. 17.) sumptum videbatur, eoque ex loco tragoediae quo Minerva apud Aeschylum dicit: *Οὐ γὰρ νενίκησθ᾽, ἀλλ᾽ ἰσόψηφος δίκη ἐξῆλθ᾽ ἀληθῶς.* *is locus*] vg. *his locis* codd.

20. *Musae quae pedibus magnum pulsatis*
Olympum.

Caelum dicunt Graeci Olympum, montem in Macedonia omnes; a quo potius puto Musas dictas Olym- 85
piadas. Ita enim ab terrestribus locis aliis cognomi- 307
natae Libethrides, Pimpleides, Thespiades, Heliconides.

21. Cassi*:

Hellespontum et claustra;

claustra*, quod Xerxes quondam eum locum clausit; nam ut Ennius ait:

Isque Hellesponto pontem contendit in alto;

nisi potius ab eo quod Asia et Europa ubi collidit, mare inter angustias facit Propontidis fauces.

22. Pacuvius:

Liqui in Aegeo freto; 308

dictum fretum a similitudine ferventis aquae, quod in fretum saepe concurrat aestus atque effervescat. Aegeum dictum ab insulis, quod in eo mari scopuli in pelago vocantur ab similitudine caprarum aeges.

23. *Ferme aderant aequore in alto*
Ratibus repentibus.

20. *Musae*] Ennii versus. V. Serv. ad Aen. XI, 660. Ennii Annal. l. I. p. 1. E. S.

21. *Cassi**] coni. *Quasi* codd. *Cassius* scripserat Scioppius, et in marg. addiderat: *F. Ursinus: C. Attius.* Sed v. ann. ad VI, 7. Ennio non recte tribuitur hoc fragm. Annal. VII, 42. p. 93. E. S. *claustra**] addidi, Scaligero praeeunte, propter morem a Varrone observatum. Idem error codd. obsedit etiam infra §. 23. *Xerxes*] b. ut vg. *Xerses* cett. codd. *Ennius*] in Annalibus. Illatus est versus l. XIII, 7. p. 151. E. S. *ubi*] coni. *ibi* codd. *collidit*] GHab. *colludit* F. Locum interpungendo restitui.

22. *Pacuvius*] Duloresti tribuit hoc fragm. Scaliger, incertissma coniectura. V. Bothe P. Sc. L. V, 1. p. 116. H. Stieglitz de Pac. Dulor. p. 52. 82. Multi autem heroes dicere poterant, se reliquisse in Aegaeo mari, Theseus Ariadnen, Menelaus Agamemnonem, alii alios. *dictum fretum*] *fretum dictum* b., unde Spengel. p. XV. delendum esse sumit *dictum.* *aeges*] cf. Plin. N. H. IV, 11, 18.

23. *Ferme*] Etiam haec sine iusta causa Duloresti attributa sunt, etiam apud Bothium P. Sc. L. V, 1. p. 117. Rectius H. Stieglitz l. l. p. 53. 85. Disposui membra tanquam iambicorum octonariorum partes, quanquam

Aequor mare appellatum, quod aequatum quom commotum vento non est. **Ratis** navis longas dixit, ut Naevius quom ait:

309 *non* ferre queant ratem aeratam, qui*
Per liquidum mare sudantes eunt atque sedentes.*

(70) Ratis dicta navis longa propter remos, quod ii, quom per aquam sublati sunt dextra et sinistra, duas ratis efficere videntur; ratis enim, unde hoc tralatum, illic ubi plures mali aut asseres [iuncti aqua ducuntur. Hinc naviculae cum remis ratiariae dicuntur.]

310 *Hic deest in exemplari folium unum.*

3 24. . . . **agrestis** ab agro. Dictas apparet **infulatas*** hostias, quod velamenta, his e lana quae adduntur, infulae. Itaque tum quod ad sepulcrum ferunt:

frondem ac flores addidit;
311 *Non lanas, sed velatas frondentis comas.*

non ignoro, doctrinae receptae sic non omnia convenire. *Aequor*] vg. om. codd. Loco nostro utitur Apulei. de diphthong. 9. p. 128. Osann. *longas*] coni. *longa* codd. Nempe *ratis* accusandi casu poni, non viderunt librarii. *non* ferre queant*] coni. *conferreque aut* codd. Sed in Turnebi codice perspicue scriptum erat *conferre queant*. *Per liquidum**] scripsi hac in re obsecutus Scaligero. *perit* (*parit* b.) *et* (om. a.) *qui dum* codd. Meae lectionis sensus apertus est; Saturnium metrum sic apparebit:

υ — υ — *non ferre queant ratem aeratam qui*
Per liquidum mare sudantes atque eunt sedentes.

Locus hic volgatae lectionis errore inter Enniana solet haberi. Ennii Annal. l. VII, 47. p. 98. E. S. *ratis*] scripsi. *rates* Servius ad Aen. I, 43. p. 17. ed. Lion. *parteis* Varronis codd. *ratis*] codd. *rates* Servius. *aut asseres*] codd. praeter H. qui *ut asseres*, et b. qui *ut* solum habet. *vel trabes* Servius. [*iuncti . . . . . dicuntur*]] Haec addidi ex Servio, qui totum Varronis locum inde a verbis: *ratis dicta* reddit. Monuit iam de ea re Scaliger ad Fest. p. 640. Lindem., nuper Spengel. Emend. Varron. p. 3. Cf. cum hoc loco Festus s. v. rates p. 136. 227. Lindem. *ratiariae*] coni. Burmannus pro *ratianiae*. *Ratariae* est apud Gellium X, 25. ex.

Hic deest] Haec F. et a. in marg. et Ambrosianus codex. *In exemplari deficit unum folium* Mutinensis liber. Similiter H. et Vaticanus a. Hac in pagina, ex sequentibus intelligitur, transiisse scriptorem a locis ad ea, quae in locis sunt.

24. *agrestis*] In versu, qui cum folio illo periit, apparet, dictum fuisse de bove agresti et infulato. *infulatas**] coni. *infulas* codd., quam lectionem nequeo conciliare cum sequentibus. *hostias*] coni. *hostiis* F. om. cett. codd. *frondem*] Locus in certorum tragicorum

25. *In* cornuatam tauram* umbram iaci;* dicere apparet c o r n u a t a m a cornibus. C o r n u a a curvore dicta, quod pleraque curva.

26. *Musae quas memorant nosce nos esse*† 312
Casmenarum;*

C a s m e n a r u m priscum vocabulum ita natum ac 86
scriptum est; alibi C a r m e n a e ab eadem origine sunt declinatae. In multis verbis, in quo antiqui dicebant S, postea dictum R; ut in carmine Saliorum sunt haec:

COZEULODOIZESO; OMNIA VERO ADPATULA COEMISSE
IAMCUSIANES DUO MISCERUSES DUN IANUSVE VET POS MELIOS 313
EUMRECUM . . . .

fragmentis inferendus. Quod de Naevio scribitur in ed. princ. et Lipsiensi cod., ea novitia est interpolatio.

25. *In**] coni. addidi. *cornuatam tauram**] coni. *cornua taurum* (*taurorum* a.) codd. Illud posui, cum mihi in mentem venisset, hoc versu Graeca illa reddita esse: *Ἄθως σκιάζει νῶτα Λημνίας βοός.* Apud Bothium P. Sc. L. V, 1. p. 279. inter Incert. trag. fragmenta est. *dicere*] Videtur ante versum poëtae nomen excidisse. Quanquam non plane necessarium est. *curva. Musae quas*] scripsit Spengelius. *curva. Musas quas* coni. Scaliger. *curvamus* (*curvanus* a.) *ac* (*at* H. *ad* b.) *quas* (*quae* ab.) codd.

26. *Musae*] Ennianus versus ut videtur, ex Annalibus. V. L. I, 3. p. 2. E. S. *nosce nos esse*†] codd. nisi quod *nosse* GH. *nos* om. H. Si omnes machinae admovendae essent, ut versus, quoquomodo fieri potest, restituatur, scriberem: *Musae*
Quas memorant Graii, nos nomine Casmenarum.
*Casmenarum**] h. l. addendum esse vidit Spengelius p. IX. *Casmenarum*] vg. *Camenarum* F. *camerarum* Ga. om. H. *ca menarum* b. (egregie). *Carmenae*] an *Carmentae?* *in quo*] vg. *quo* b. *in quod* cett. codd. Illud recte dictum esse intellexit Spengelius Emend. Varron. p. 8. cf. annot. ad V, 108. *dictum*] scripsi Spengelio suadente. *dicunt* FG. *dicitur* H. *dicunae* a. om. b.

S a l i o r u m carminis has venerandas reliquias movere nefas duxi. Reddidi, sicut habentur in F., ceterorum autem bonorum codd. variationem diligenter annotavi.

COZEULODOIZESO] *Coreulodorieso* GH. *Cozeulodorieso* a. *Corculodori ē* b. Mirum illud z non mutavi in s. *Mihi videtur*, scribit Velius Longus p. 2217., *nec aliena sermoni fuisse* (*z litera*), *cum inveniatur in carmine Saliari.* *VERO*] *enim* GH. *non* b. *COEMISSE*] *oremisse* b. *IAMCUSIANES*] *lamcusianes* H. *iancusianes* a. *lacrisiones* b. in quo sequentia desunt. *lancustanes* Ambrosianus codex. Hic puto Scaligerum verum vidisse, et inesse: *Iani cusiones*, i. e. curiones. *DUO MISCERUSES*] *duonus ceruses* GHab. et Ambrosianus codex. Mihi inesse videtur: *duonas Cerusis*, i. e. bonae Cereris. *DUN*] *dum* G. *dūn* H. Cum seqq. coniunctum *dunzianus* a. et Ambrosianus codex. *VE VET*] *vevet* b. et Ambrosianus codex. *venet* H. *POS*] *post* GHa. et Ambrosianus codex.

Hic spatium decem linearum relictum erat in exemplari.

27. .... foedesum foederum, plusima plurima, 314 meliosem meliorem, asenam arenam, ianitos ianitor. Quare est Casmena Carmena, ut* carmina, carmen; R extrito Camena factum. Ab eadem voce canite, pro quo in Saliari versu scriptum est cante, hoc versu:

DIVUM EMPTA CANTE, DIVUM DEO SUPPLICANTE.

28. In carmine Priami quod est:

Veteres Casmenas cascam rem volo profari
315 *Et Priamum;*

cascum significat vetus; *eius origo Sabina quae usque radices in Oscam linguam egit. Cascum vetus esse significat Ennius, quod ait:

Quam prisci casci populi tenuere Latini.

Eo magis Manilius, quod ait:

Cascum duxisse cascam non mirabile est,
Quoniam Caron eas conficiebat nuptias.*

316 Item ostendit Papini ἐπιγραμμάτιον, quod in adolescentem fecerat Cascam:

Hic spatium] Haec Ha. in marg. Idem affirmant Ambrosianus et Mutinensis codd. In FG. lacuna est. Per decem hos versus disputatio de s litera in r mutata continuabatur.

27. *asenam arenam*] ab. *asanam arenam* G. *asenem arena* H. *asena arena* F. ut videtur. *ut**] coni. addidi. *DIVUM*] Etiam hunc Saliarem versum satis habui repraesentare sicut in F. est. Alioqui scripsissem: *DIVOM DEOM* propter Macrobium Sat. I, 9.: *Saliorum carminibus Deorum Deus canitur* (*Ianus*). *EMPTA*] *emta* H. *SUPPLICANTE*] *supplice cante*, ut est in ed. princ., scribendum esse, veri non dissimile. Nam etiam memore et celere et perspicace apud antiquos adverbia erant.

28. *Veteres*] Saturnius versus. Accio non nisi ex fide interpolatorum tribuitur. *Priamum*] Scaliger. *primum* codd. **eius*] Ante h. v. expunxi *secundo*, quod vetusta interpolatione in codd. venit, natum ex illo *primum*, quod a Priamo iamdudum expulsum est. *Quam prisci*] ex Ennii Annalibus, I, 37. p. 10. E. S. cf. Niebuhr. R. H. I. p. 79. ed. sec. *tenuere*] correxit Columna ad Enn. p. 14. *genuere* codd. *Caron eas**] Non me retinui quominus hanc secundam Scaligeri emendationem reciperem. *carioras* FGH. *cariores* ab. *Charoneas* coni. F. Ursinus. *conficiebat*] cum Scaligero in *faciebat* mutare non opus est. *Papini*] Pomponium dicit Priscianus, qui hoc epigramma ex Varrone no-

Ridiculum est, cum te Cascam tua dicit amica,
Fili Potoni, sesquisenex puerum.
Dice illam pusam; sic fiet mutua muli;* 317
Nam vere pusus tu, tua amica senex.

29. Item ostendit quod oppidum vocatur **Casinum**; (71) hoc enim ab Sabinis orti Samnites tenuerunt, et nunc nostri etiam nunc Casinum forum vetus appellant. Item significant in Atellanis aliquot Pappum senem, quod 318 Osci **casnar** appellant . . . .

30. Apud Lucilium:

Quid tibi ego ambages Ambivi scribere coner? 87

Profectum a verbo **ambe**, quod inest in **ambitu** et **ambitioso**.

31. Apud Valerium Soranum:

vetus adagio est, o P. Scipio;

quod verbum usque eo evanuit, ut Graecum pro eo positum magis sit apertum; nam idem est quod παροιμίαν vocant Graeci, ut est:

Auribus lupum teneo. 319
Canis caninam non est.

verat, p. 602. P. *amica*] scribendum esse intellexerunt interpolatores. *amici* codd. *sesquisenex*] Turnebus, itemque a., nisi quod hic codex *ses* syllabam nomini *potoni* adiungit. *est qui senex* (post *potonis*) F. *qui sex* (post *potonises*) G. *es. qui senex* H. *es qui senex* (post *pocinis*) b. *Dice ilam* pusam*] coni. posui, prope secutus Turnebum, qui in Adversariis: *Dic tu illam pusam. dicit* (*dic̄* b.) *pusum, puellam pusam* codd.; in quibus glossema conflatum esse videtur cum genuina lectione. cf. Spengel. p. XLI. *mutua muli*] Pantagathus. *mutuam muli*, adiuncto seq. *nam*, codd. *Mutuum muli scabunt*, inscriptum erat Menippeae Varronis.

29. *et nunc*] *nunc* delendum putat Spengel. Equidem crediderim, Varronen sic loqui potuisse. *Casinum forum*] *Casinum* om. GHb. *in Atellanis*] Bothe P. Sc. L. V, II. p. 276. *appellant*] Deesse quaedam apertum est. Certe semel excidit casnar, ita: *significant in Atellanis aliquot Pappum Casnarem* (cf. *casnares* apud Varronem, Non. p. 86. Mercer.), *senem quod Osci casnar appellant. Parum deest*, in cod. B adscriptum est; in melioribus libris nullum lacunae indicium.

30 *Ambivi*] F. et b. ut videtur. *ambui* GH. *abu* a. De Ambivio Turpione loqui videtur Lucilius, et ludere in nomine. *ambe*] scripsit Varro, ut ante, cum in compositione sit ambivium, ut antideo. Cf. §. 43.

31. ?] Ga. om. cett. *idem est*] *est* coni. addidi, cum notarum confusione facile potuerit obscurari. *Canis caninam non est*] Ex Varrone

Adagio est litera commutata abagio, dicta ab eo quod ambit orationem, neque in aliqua una re consistit sola. Adagio dicta ut adustum, quod circum ustum est, ut ambiegna bos apud augures, quam circum aliae hostiae constituuntur. 32. Quom tria sint coniuncta, in origine verborum quae sint animadvertenda, a quo sit impositum et in quo et quid; saepe non minus de tertio quam de primo dubitatur, ut in hoc, utrum primum una canis, aut canes sit appellata; dicta enim apud veteres una canes. Itaque Ennius scribit:

320 *Tantidem quasi feta canes sine dentibus latrat.*

Lucilius:

Nequam et magnus homo, laniorum immanis canes ut.

Impositio unius debuit esse canis, plurium canes; sed neque Ennius consuetudinem illam sequens reprehendendus, nec is qui nunc dicit: *Canis caninam non est.* Sed canes, quod latratu signum dant, ut signa canunt, canes appellatae; et quod ea voce indicant noctu, quae latent, latratus appellatus. 33. Sic dictum a quibusdam, ut una canes, una trabes:

... trabes remis rostrata per altum.*

321 Ennius:

Utinam ne in nemore Pelio securibus
Caesa accidisset abiegna ad terram trabes;

haec leguntur in Schol. Iuvenalis XV, 159. p. 557. Cramer. *abagio*] *ambagio* coni. Turnebus. *Adagio*] ab. ut videtur, sicut cod. B. *agio* FGH. *quod*] b. ut videtur, sicut vg. *quo* FGHa. *ambiegna*] *ambegna* Turnebus.

32. *aut*] codd. *an* vg. *Ennius*] Retulit h. v. Merula ad Galli minas ab Ennio descriptas. Ennii Annal. IV, 34. p. 70. E. S. *feta*] Ha. ut videtur. *foeta* FG. *freta* b. *Lucilius*] ex incerto libro fragm. 83. ed. Dousa. *immanis*] vg. *inmanes* F. *imanes* Gab. *isanes* H. *canes*] Eandem vocabuli originem aperuit Varro supra V, 99. *latratu*] vg. *latratus* codd.

33. *trabes**] h. v. hoc loco addidit Spengelius. Apertum est, hunc versum eo esse truncatum, quod a priore ad alterum *trabes* librarii oculus aberravit. Cuiusnam autem poëtae is fuerit versus, ignoramus. Ennio certe iniuria tribuitur. Ennii Annal. VII, 52. p. 99. E. S. *l.* Spengel. Praef. p. LX. *Ennius*] Locus multum laudatus ex Medea. Bothe

quoius verbi singularis casus rectus correptus ac facta trabs.

34. In Medio:

Caelitum camilla, exspectata advenis, salve hospita; 88

camillam, qui glossemata interpretati, dixerunt administram; addi oportet, in his quae occultiora; ita- (72)
que dicitur nuptiis camillus, qui cumerum fert, in
quo quid sit, in ministerio plerique extrinsecus nesciunt. 322
Hinc Casmilus nominatur Samothrece mysteriis dius quidam administer Diis Magnis. Verbum esse Graecum arbitror, quod apud Callimachum in poëmatis eius inveni.

35. Apud Ennium:

Subulo quondam marinas propter astabat plagas;

subulo dictus, quod ita dicunt tibicines Tusci; quocirca radices eius in Etruria, non Latio quaerundae.

P. Sc. L. V, 1. p. 53. *rectus correptus*] Scioppius. *recte correctus* (*correptus* a. ut videtur) codd.

34. *Medio*] GHb. *Medo* Fa. cf. supra annotata ad VI, 60. Versus est Pacuvii, cuius Medii s. Medi multa extat mentio. Ennio tragoedia eo nomine inscripta nunc non tribueretur, nisi h. l. interpolando additum esset: *Ennius*. Bothe P. Sc. L. V, 1. p. 56. *camillam*] coni. scripsi. *camilla* codd. *nuptiis*] F. *in nuptiis* codd. Illud retinui propter similem usum ablativi, VI, 13. (*ludis*) VI, 42. (*comitiis*). *camillus*] b. ut videtur, sicut cod. B. et Turnebus. *scamillus* FGa. *scanillus* H. *cumerum*] Turnebus. *cum merum* codd. Cf. Festus s. vv. cumerum et cumeram p. 38. 48. Lindem. *in ministerio*] iunxi cum sequentibus ut *in quo* ad ipsum cumerum pertineret et *plerique* ad eos, qui sunt in ministerio, ad ministros, qui camilli dicebantur. *nesciunt*] Turnebus. *nectunt* codd. *Samothrece*] codd. nisi quod *samacrate* b. Adoptavit eam formam scriptor ex Iade, sicut supra V, 14. *Threca* scribendum videbatur. Quanquam V, 58. nullum huius formae vestigium in codd. extat. *mysteriis*] *mysteris* a. *mystoris* H. cf. annot. ad V, 33. *dius*] codd. Quod nisi forte ex *divos* corruptum est, a Varrone usurpatur ad exemplum *Dii Fidii*, de quo V, 66. Etiam superiori loco VI, 4. *ab hoc deo dies* voc. *dio* a quibusdam infertur, ut factum est in cod. B. atque in Lex. Forcell. *Callimachum*] cf. Statius Tullianus ap. Macrob. III, 8. Nempe Callimachus de Tyrrhenorum in Samothracia Mercurio locutus erat, quem Cadmum et Cadmilum sive Casmilum dictum esse, multis testibus tenemus.

35. *Ennium*] Idem versus legitur apud Festum s. v. subulo p. 246. Lindem. Inter reliquias incertarum tragoediarum Bothe P. Sc. L. V. 1. p. 70. n. 22. *plagas*] sumpsi ex Festo. *aquas* Varronis codd. Ennius Herodoti narrationem hic, ut alias quoque ab eo factum suspicor,

36. *Versibus quos olim Fauni vatesque canebant.*
523 Fauni dei Latinorum, ita ut Faunus et Fauna sit; hos versibus, quos vocant Saturnios, in silvestribus locis traditum est solitos fari futura, a quo fando Faunos dictos. Antiquos poëtas vates appellabant a versibus viendis, ut de* poëmatis cum scribam, ostendam.

37. *Corpore Tartarino prognata Paluda virago.* Tartarino dictum a Tartaro. Plato in quattuor flu-

in suam rem converterat: *ἄνδρα αὐλητὴν ἰδόντα ἰχθῦς ἐν τῇ θαλάσσῃ αὐλέειν κ. τ. λ.* I, 141. Cf. Lindem. ad Festum p. 676. *quaerundae*] scripsi: *quaerunda e* a. *que unde e* b. *quaerenda e* (*est* H.) cett. codd.

36. *Versibus*] Versus per ora multorum, Ciceronis maxime, ad nos perlatus; quem Merula initio VII. Annalium libri posuit. Ennii Annal. p. 89. E. S. *vatesque*] sic legitur apud Ciceronem. *et* ante *vatesque* addunt Varronis codd. *dei Latinorum*] Hunc Varronis locum habet Servius ad Virg. Georg. I, 11. p. 172. ed. Lion. *sit*] Hab. ut Servius l. l. *sic* G. *sint* F. *futura*] assumpsi ex Servio. om. codd. De Fauni et Faunae oraculis omnia nota. *a*] vg. om. codd. *atque inde* pro *quo fando* apud Servium est. *de**] addidi suadente Spengelio, approbante Doederlino, Synon. et Etym. V. III. p. 75. Varronis *de poëmatis* libri a Charisio pluribus locis adhibentur. Ad hos igitur libros scriptor quaestionem de etymo v. *vatis* nunc reiicit. At idem tamen superiore loco VI, 52. de origine vaticinandi dicens addiderat: *Sed de hoc post erit usurpandum, quom de poëtis dicemus.* Scilicet hoc ipso loco de ea quaestione dicturus erat, cum alter huic rei aptior in his libris nullus recurrat. Itaque etiam hoc est inter documenta inconstantiae Varronis et operis de L. L. non plane absoluti. In illo de poëmatis libro vates *a vi mentis* dictos scripsisse videtur, quam originationem a Varrone repetunt Servius ad Aen. III, 443. p. 226. ed. Lion. et Isidorus Origg. VIII, 7, 3. p. 265. Lindem. Eoque iam tendunt, quae superiore loco, VI, 52., de *vesana mente* dicebantur. Et suspicabitur fortasse aliquis etiam hic de *vi mentis* scriptum fuisse propter id quod est in b.: *appellat a mendis:* sed apertum tamen est, *mendis* corruptum esse e *uiendis.* *ostendam*] vg. *offendam* codd.

37. *Corpore*] Probus ad Virg. Ecl. VI, 31. haec: *Hoc* (i. e. *spiritum*) *illum* (i. e. *aëra*) *et Ennius appellavit in Annalibus* (apud Merulam I, 24. p. 7. E. S.):

Corpore Tartareo prognata palude virago,
Quoi par imber et ignis, spiritus et gravis terra;

i. e. cui aequale inerat quattuor elementorum temperamentum. Dictum id puto de Pallade, a Pallante Terrae filio ex Styge (*Tartarino corpore*) prognata, eademque, per Iovem et Neptunum patres suos, etiam aquae et ignis et aëris participe. Scripsi de hac Pallade nuperrime in commentatione ad Romanos Hyperboreos transmissa. Ceterum priorem versum rectius tradi in libris Varronis, apertum est. *Paluda*] *Αἰγίοχος*, ex Varronis mente. Contra a Tritonide palude sic dictam putant Turnebus et Voss. Institt. Orat. IV, 10, 3. p. 168. *dictum*] *dicto* b. *dicta* cett. Sed F. videtur habere: *a Tartaro dictum.* *dictum* omitti volt

minibus apud inferos quae sint, in his unum Tartarum appellat; quare Tartari origo Graeca. Paluda 324
a paludamentis. Haec insignia atque ornamenta militaria; ideo ad bellum quom exit imperator ac lictores mutarunt vestem et signa incinuerunt, paludatus dicitur proficisci. Quae propterea, quod conspiciuntur qui ea habent, ac fiunt palam, paludamenta dicta.

38. Plautus:

Epeum fumificum, qui legioni nostrae habet
Coctum cibum;

Epeum fumificum cocum ab Epeo illo, qui dicitur ad Troiam fecisse equom Troianum et Atridis* cibum curasse.

39. Apud Naevium: 325

Atque prius pariet locusta Lucam bovem; 89

Luca bos elephas; quor ita sit dicta, duobus modis inveni scriptum. Nam et in Corneli † commentario erat: Ab Libycis Lucas; et in Virgilii: Ab Lucanis Lucas; ab eo quod nostri, quom maximam quadrupedem, quam ipsi haberent, vocarent bovem, et in Lucanis Pyrrhi bello primum vidissent apud hostis elephan-

Spengel. p. XV. *in quattuor*] Scioppius. *in quarto* (*IIII* GH.) *de* codd. De his quattuor inferorum fluviis Plato Phaedone p. 112 sq. *propterea*] H. *propter* cett. codd.

38. *Plautus*] in incerta fabula. Plauti Com. ed. Bothe T. III. p. 566. n. 5. *equom*] scripsi. *equum* codd. *et Atridis**] coni. Victorius. *et Argivis* codd. nisi quod F. referente Lagomarsinio, *Argivis et apte* habet, sicut cod. B. Quod ortum puto confusa eiusdem vocabuli duplici lectione. De Epeo ὑδροφοροῦντι τοῖς Ἀτρείδαις Stesichorus et alii apud Athen. X. p. 456. atque, quod Scaliger indicavit, poëmation Πέλεκυς in Anthol. Palat. XV, 22.

39. *Naevium*] Naevii hic versus propter interpolatam lectionem *Ennium* Ennii Annalibus solet inferri. Est apud Merulam VII, 88. p. 106. E. S., ubi omnibus machinis admotis in versum longum porrigitur. Saturnii versus membra sic apparebunt:

atque || *prius pariet locusta*
Lucam bovem.

Corneli †] GH. *Cornelii* Fb. *cornetii* a. *C. Aelii* vg. Dixi de hac re in annot. ad V, 148. *Virgilii*] codd. *Verginii* vg. Scriptor nunc nemini notus. *quadrupedem*] Gb. *quadripedem* cett. codd. Illud

326 tos, id est* quadrupedes cornutas (nam quos dentes multi dicunt, sunt cornua), Lucanam bovem quod putabant, Lucam bovem appellassent. **40.** Si ab
(73) Libya dictae essent Lucae, fortasse an pantherae quoque et leones non Africae bestiae dicerentur, sed Lucae. Atque* ursi potius Lucani, quam Luci. Quare ego arbitror, potius Lucas ab luce, quod longe relucebant
327 propter inauratos regios clupeos, quibus eorum tum ornatae erant turres.

41. Apud Ennium:

Orator sine pace redit regique refert rem;

orator dictus ab oratione; qui enim verba orationum haberet publice advorsus eum quo legabatur, ab oratione orator dictus. Quom res maior erat, oratores* legabantur potissimum qui causam commodissime orare poterant; itaque Ennius ait:

Oratores doctiloqui.

42. Apud Ennium:

Olli respondet suavis sonus Egeriai;

328 olli valet dictum illi, ab olla et ollo, quorum alte-

antiquius videtur. V, 79. solus F. fortasse *quadripes* habet. *id est**] vg. *idem non item* codd., quae lectio unde orta sit, explicuisse credo Spengelium. Cf. Praefatio. *quadrupedes*] *quadripedes* F. et ab. ut videtur. *cornutas*] *cornuatas* GHa. *appellassent*] GH. *appellasse* cett. codd. Pendet id ab illis: *ab eo quod nostri*, et sumptum est ex Virgilii commentario.

40. *Atque**] coni. scripsi. *neque* codd. Varro postquam Cornelii sententiam refutaverat, etiam Virgilio obiicit, quod elephanti, si a Lucania nomen accepissent, non Lucae, sed Lucanae bestiae dictae essent, cum ursi, qui multi erant in Lucania (v. V, 100.), non Luci, sed Lucani dicerentur. Hoc intellexere etiam interpolatores, qui scripserunt: *Si ab Lucanis dictae; ursi cur potius Lucani quam Luci dicti?*

41. *Ennium*] Apud Merulam Annal. VI, 41. p. 85. E. S. *orationum*] *et orationem* Popma, ex vetere et usitata formula. Sed illud non deterius est. *advorsus*] G. *adversus* cett. *legabatur*] Scaliger. *legebatur* FGHa. *degebatur* b. *maior erat, oratores**] coni. scripsi. *maiore* (*maiorem* G.) *ratione* codd. Quae lectio orta videtur ex compendio quodam scribendi, huiusmodi: *maioreratōrēs.* *Ennium*] Haec posita sunt Annal. XVIII, 18. p. 177. E. S.

42. *Ennium*] Annal. II, 7. p. 41. E. S. *respondet*] GHb. *respondit* F. *respondent* a. *Egeriai*] Victorius. *egria .I.* Fa. *egria id est* GH. *egregia* b. *ollo*] codd. Cf. dicta ad V, 2. *ollus*

rum, comitiis quom recitatur a praecone, dicitur: *Olla centuria*, non illa; alterum apparet in funeribus indictivis, quom dicitur: *Ollus* l*eto datus est*, quod Graecus dicit λήϑῃ, id est oblivioni.

43. Apud Ennium:

Mensas constituit idemque ancilia . . . . ;*

ancilia dicta ab ambecisu, quod ea arma ab utraque parte, ut Thracum, incisa. 529/90

44. *Libaque, fictores, Argeos et tutulatos.*

Liba, quod libandi causa fiunt. Fictores dicti a fingendis libis. Argei ab Argis; Argei fiunt e scirpeis, simulacra hominum XXIIII; ea quotannis de ponte sublicio a sacerdotibus publice deici solent in 330
Tiberim. Tutulati dicti ii, qui in sacris in capitibus habere solent ut metam; id tutulus appellatus ab eo quod, matres familias crines convolutos ad verticem capitis quos habent vitta* velatos, dicebantur

vg. *quorum*] coni. *quod* codd. Similes librariorum errores composui in Praefatione. *recitatur*] *renunciatur* coni. Scioppius. Sed in renunciatione magistratuum non video qui locus fuerit verbis: *olla centuria*. *quom*] vg. *quo* codd. *Ollus*] *Ollus* (*illius* cod. ms.) *Quiris* in eadem formula scriptum habet Festus s. v. Quirites p. 217. Lindemann.

43. *Ennium*] Apud Merulam Annal. II, 9. p. 42. E. S. *ancilia**] h. l. om. codd. Excidit propter sequens *ancilia*, unaque etiam ultimum hexametri verbum, quod *primus* fuisse, statuit Scaliger. Post *incisa* et ante *Libaque* in bonis codd. nihil scriptum est, neque, aliquid excidisse, ullo deprehenditur vestigio. Sed factum est, ut extrema prioris v. syllaba iterata scriberetur: *salibaque* (*quae* GH.) in FGH., unde *faliba quae* a., quae vv., cum non intelligerentur, om. b. Hinc ortum illud: *et item alibi*, in cod. B. et Augustini marg. Sed in codice, quem ed. princ. exprimit, nescio quis sciolus ante *Liba quae* posuit: *Saturnio in carmine*, quae huic loco minime apta sunt. Mihi nihil hic excidisse persuasi, sed pergere Varronem in explicandis versibus, quibus Ennius de Numae institutis dixerat; qui versus ad quem pertinerent, cum notissimum esset, infra scribere poterat Varro: *Eundem Pompilium ait fecisse* etc.

44. *Libaque*] Apud Merulam Annal. II, 10. p. 42. E. S. Eundem versum servavit Festus p. 153. 271. Lindem. *ab Argis*] cf. Festus p. 17. Lindem. *XXIV*] FGHb. *XXIII* a. *XXX* Aldus, quod sumptum est ex Dionysio Ant. Rom. I, 38. *deici*] Rholandellus. *duci* codd. *metam; id*] sic interpunxi; alii: *metam id.* *Ut metam* significat metae quandam speciem, de quo coniunctionis *ut* usu v. annot. ad VI, 56. *appellatus*] codd., nisi quod *appellatum si* b., a quibus desciscere non ausus sum, quoniam Varro in eo attractionis genere usurpando multum sibi indulsisse videtur. V. ann. ad V, 130. *vitta**]

tutuli; sive ab eo quod id tuendi causa capilli fiebat, sive ab eo, quod, altissimum in urbe quod est, arx,
331 tutissimum vocatur. **45.** Eundem Pompilium ait fecisse flamines, qui quom omnes sint a singulis deis cognominati, in quibusdam apparent ἔτυμα, ut quor sit Martialis et Quirinalis; sunt in quibus flaminum cognominibus latent origines, ut, in his qui sunt versibus, plerique:

Volturnalem, Palatualem, Furrinalem
(74) *Floralemque Falacrem et Pomonalem fecit*
Hic idem;

332 quae obscura sunt. Eorum origo Volturnus, diva Palatua, Furrina, Flora, Falacer pater, Pomona*.

46. Apud Ennium:

Iam cata signa fera sonitum dare voce parabant;

coni. *uti* codd. *reti* Cuperus et Dacerius ad Festum p. 726. Lindem. Illud ex ipso Festo sumpsi: *Tutulum vocari aiunt Flaminicarum capitis ornamentum, quod fiat vitta purpurea innexa crinibus* etc. *arx*] Ga. et H. sed hic ita ut *arx* supra *ares* scriptum sit. Hinc ortum *tres* in F. et, adiecto sequ. *est*, *cesaries* in b. et *ea res* in vg.

45. *sint*] G. *sunt* cett. codd. *ut, in his qui sunt versibus, plerique*] codd. Quae quomodo intelligenda sint, interpungendo indicavi. Post haec a Varrone ipsos Ennii versus scriptos esse, cur usque ad hunc diem criticos omnes latuerit (nisi quod Turnebus iambicos scazontas inde exsculpsit), parum intelligo. Ii, quos ex codd., nulla fere mutatione facta, proposui, elegantes profecto non sunt hexametri, neque rudiore tamen illi arte procusi quam multi alii versus longi eiusdem poëtae. *Volturnalem*] codd., nisi quod F. *volturnales* habet et *palatuales* et sic deinceps. *Vortunalem* Turnebi codex, unde facere licet *Vortumnalem.* Sed Vortumnalia dicta esse etiam Volturnalia, supra ad VI, 21. notavi, et huic ipsi flamini nomen est VOLTURN. FLAMINI in K. Capranicorum. *Furrinalem*] scripsi, quanquam *furinalem* (*furinales* F.) codd. Sed infra *furrina* habent Fa. Eandemque formam Varroni reddidimus VI, 19. et reddemus V, 84. in Addendis. *Floralemque*] coni. *floralem* (*florales* F.) *qui* codd. *Falacer pater*] Haec coniunxi ut V, 84. *flamen Falacer a divo patre Falacre.* *Pomona**] scripsi, praeeuntibus partim Turnebo et Scioppio. *pomorum nam* F. quod ex *pomo - na* facili corruptela ortum esse videtur. *nam .... parabant* om. Gab. *nam .... verbo* om. H. Si quis scribere mallet: *Falacer pater pomorum, nam [Pomona mater est]:* posset is causam suam tueri verbis tituli ap. Murator. p. C. 6. T. FLAVIO PRIMIGENIO FALACRI DEAE POM. T. FLAVIUS etc., ex quo apparere videtur, etiam Pomonae fuisse falacres flamines, Falacremque patrem fuisse deum cum Pomona coniunctissimum.

46. *Ennium*] Merula posuit Annal. I, 147. p. 31. E. S. *fera*]

cata acuta; hoc enim verbo dicunt Sabini; quare

catus Aelius Sextus

non, ut aiunt, sapiens, sed acutus, et quod est:

Tunc cepit memorare simul cata dicta,

accipienda acuta dicta. 333

47. Apud Lucilium:

Quod thynno capto cobium excludunt foras;*

et:

Occidunt, Lupe, saperdae te et iura siluri;

et:

Sume rete† atque amiam;

piscium nomina sunt eorumque in Graecia origo.

48. Apud Ennium:

Quae cava corpore caeruleo* cortina receptat;* 334

cava cortina dicta, quod est inter terram et caelum 91

scripsi. *fere* F. *catus Aelius Sextus*] Versus Ennii totus multa apud Ciceronem mentione celebratus est. V. Annales X, 5. p. 136. E. S. *Tunc cepit*] Haec Merula de sermone eiusdem Aelii et Flaminini dicta esse statuit. Annal. X, 10. p. 137. E. S. *memorare*] Scaliger. *memorari* codd.

47. *Apud Lucilium*] Franc. Dousa hos tres versus, ex emendatione Scaligeri minime probabili, continuo ordine scriptos, posuit Satirarum l. IV. fr. 6. *Quod*] b. *quidem* cett. codd. Coniunxi h. v. cum versu Lucilii, suadente Spengelio. *cobium**] coni. *corium* codd. *corvum* vg. Illumne recte expiscatus sim, videbunt antiquae ichthyologiae periti, peritissimusque unus Koehlerus. *Lupe, saperdae te*] Turnebus. *lupes* (*lupos* F. *pes* b.) *aperdete* (*aperdere* a. *aperdite* Gb.) codd. *Sume rete†*] codd. nisi quod *sumere* G. *sume recte* b. *amiam*] *amian* F.

48. *Quae . . . receptat*] *Quaeque* (*quoque* b.) *in corpore* (*cōper* b.) *causa* (*eam* H. *cā* b.) *ceruleo* (*coeruleo* H. *cernolo* b.) *felo* (*foedo* GH.) *orta nare* (*mare* Ha.) *ceptat* (*coeptat* G. *cepit* b.) codd. Hinc fecit Turnebus; *cava quaeque in Corpore caeruleo caeli cortina receptat.* Scaliger: *Quaeque freto cava caeruleo cortina receptat.* Etiam mihi verba *cava* et *cortina* in ductibus codd. primum quaerenda esse videbantur; in reliquis quaedam ipse admodum dubia habeo. Lectionem *causa* ortam putavi ex *ca*, hanc ex primis literis v. *caeruleo.* Ceterum cortinam ab Ennio dicta arbitror *cava caeli*, de quibus supra v. V, 19. cf. Ennii Annal. I, 26. p. 8. E. S. Bothe P. Sc. L. V, 1. p. 76. Post Ennii versum in vg. additur: *Desunt quaedam*, non recte, ut puto. *Inde a corde primas sortes existimatas* cum dicit Varro, id divinationis genus, quod ex mente divino furore percussa nascitur, antiquius esse contendit quam ominum et auspiciorum observationem.

ad similitudinem cortinae Apollinis; ea a corde, quod inde sortes primae existimatae.

49. Apud Ennium:

335 *Quin inde invitis sumpserint perduellibus;*

perduelles dicuntur hostes; ut perfecit, sic perduellum; et duellum id postea bellum. Ab eadem causa facta Duellona Bellona.

50. Apud Plautum:

Neque iugula, neque vesperugo, neque vergiliae occidunt;

iugula signum quod Accius appellat Oriona, quom ait:

citius Orion patescit;

huius signi caput dicitur ex tribus stellis, quas infra 336 duae clarae, quas appellant umeros; inter quas quod videtur iugulum, iugula dicta. Vesperugo stella quae vespere oritur, a quo eam Opilius scribit Vesperum; itaque dicitur alterum †: *Vesper adest*, quem dicunt Graeci διεσπέριον †.

51. Naevius:

Patrem suum supremum optumum appellat;

49. *Ennium*] Bothe P. Sc. L. V, I. p. 67. inter incerta Ennii fr. 6. *Quin inde*] Fa. *quoius inde* G. *quius inde* H. *quod inde* b. *quid unde* Turnebi codex. *vindictam* et deinde *victis* Scaliger. *Duellona*] G. ut vid. sicut vg. *Duelliona* FHab.

50. *Plautum*] Amphitruone I, I, 119. Eiusdem versus pars a Varrone supra VI, 6. explicabatur. *Accius*] in incerta fabula. Bothe P. Sc. L. V, 1. p. 250. *patescit*] H. *patefit* cett. *umeros*] F. et ab. ut videtur. *humeros* cett. *Opilius*] vg. *opillus* FGHa. *capillus* b. Cf. infra VII, 67. 79. *alterum* †] codd. nisi quod ex b. *cum dicitur vespero* affertur. Ad Hymenaeum carmen haec verba spectare videntur. διεσπέριον †] codd., exceptis iis qui omittunt Hb. Δια ἑσπέριον Turnebi libri. Ἕσπερον θεὸν memini Orcum dici, sed quid de eo h. l. dici poterat?

51. *Naevius*] Ex incerta fabula (quod etiam ipsum incertum est) ap. Bothium P. Sc. L. V, I. p. 95. *supremum optumum appellat*] Sic, ut verba posita sunt in codd., Saturnium versum efficient, modo observetur, penultimam thesin in hoc versuum genere persaepe supprimi et omitti plane. Cuius rei certissima sunt testimonia in monumentis Scipionum, in quibus versus huius generis leguntur:

Taurásiám, Cesaúnam, Sámnió cépit.

supremum a superrumo dictum; itaque in XII tabulis dicunt:

Solis occasu diei suprema tempestas esto. 337

Libri Augurum pro tempestate tempestutem dicunt supremum augurii tempus.

52. In Cornicularia:

Qui regi latrocinatus decem annos Demetrio;

latrones dicti ab latere, qui circum latera erant regi atque ad latera habebant ferrum, quos postea a stipatione stipatores appellarunt; aut qui conducebantur; ea enim merces Graece dicitur λάτρον. Ab eo veteres (75)
poëtae nonnunquam milites appellant latrones, quod 338
item et milites cum ferro, aut quod latent ad insidias faciendas.

53. Apud Naevium:

Risi egomet mecum cassabundum ire ebrium;

cassabundum a cadendo. Idem: 92

Diabathra in pedibus habebat amictus epicroco.

Utrumque vocabulum Graecum.

54. In Menaechmis:

XII tabulis] Qui haec legum verba laudarint et tractarint, v. apud Dirksenium p. 180. *occasu*] *occasum* H. *sol occasus* habent Gellius XVII, 2. et Censorinus de D. N. 24, 3. Apud Festum p. 245. Lindem. superest: *Solis;* et in Macrobii Sat. I, 3. legitur *solis occasus.* Varroni reddendum esse: *sol occasus*, arbitratur Dirksenius de XII tabulis p. 181. Hoc certum est, illos scriptores verba tabularum accuratius exprimere. V. tamen etiam VI, 5. *diei*] *die* b. quod probat Spengelius p. XVI. Hoc v. nescio an Varro ipse addiderit; reliqui certe scriptores id ignorant. *dicunt*] *id est* addit F. ut videtur; om. cett. codd.

52. *Cornicularia*] Vertranius, Scioppius. *cornicula* codd. Plauti Com. ed. Bothe T. III. p. 558., ubi verborum ordo temere mutatus est. Post *decem* hiatus admissus est. Varronis sententiam de origine v. latro laudat Serv. ad Aen. XII, 7. *aut*] Scioppius. Quod aptius visum lectione codd. *et.* *Milites* h. l. distinguuntur a latronibus illis, id est conductitiis stipatoribus.

53. *Naevium*] ab. ut vid. *Nevium* F. *Ennium* GH. Tribuitur hic versus cum sequenti Lycurgo, Naevii tragoediae. Bothe P. Sc. L. V, 1. p. 86. *pedibus*] vg. *pecudibus* codd. *amictus*] Ante h. v. addunt *erat* GHa. *et erat* b.

54. *Menaechmis*] Plauti, V 2, 46. *Plauti* quod post h. v. addi

339 *Inter ancillas sedere iubeas, lanam carere.*

Idem est hoc verbum in Cosmetria Naevii. Carere a carendo, quod eam tum purgant ac deducunt, ut careat spurcitia (ex quo carminari dicitur tum lana), cum ex ea carunt quod in ea haeret, neque est lana, quam in Romulo Naevius appellat *asta* ab Oscis †.

340 **55. In Persa:**

Iam pol ille hic aderit credo congerro meus;

congerro a gerra. Id Graecum est, et in Latina cratis.[1]

56. In Menaechmis:

Idem istuc aliis adscriptivis fieri ad legionem solet;

adscriptivi dicti, quod olim adscribebantur inermes, armatis militibus qui succederent, si quis eorum deperisset.

57. In Trinummo:

341 *nam illum tibi*
**Ferentarium esse amicum inventum intellego*;*

ferentarium a ferendo, id est inane † ac sine fructu;

solet, om. GHb. recte, ut videtur, cum Varro utrumque et poëtae et fabulae nomen coniungere non soleat, nisi ubi ea plerisque ignota erant. *Cosmetria*] scripsi. Huc tendunt lectiones:* *cametria* a. *cemetria* GH. *cementria* F. *comedia* b. Illud suasit etiam Bothe P. Sc. L. V, 1. p. 14. *Commotria* Turnebus, quod non deterius est. Verba haec: *Idem est .... Naevii*, ex margine inserta puto, cum hi libri primum ederentur. V. Praefatio. *ex quo carminari dicitur tum lana*] Haec insiticia esse nuper pronunciavit Neukirch. de fabula togata Rom. p. 71 Recte, modo ne a scriba quodam inferioris aetatis invecta putes, sed eo tempore, quod ad superiora verba significavi. *carunt*] coni. Neukirch. *carent* codd. *neque*] *namque* GH. *quam*] Aldus. *quae* codd. *Naevius*] Bothe P. Sc. L. V, II. p. 27. *asta*] FG. *asca* H. *hasta* ab. Locus hic obscurior est, quam qui probabilemem endationem admittat.

55. *Persa*] Plauti I, 3, 9. *Id*] suasit Spengelius. *hic* codd. *cratis*] vg. *gratis* FGHb. *grates* a.

56. *Menaechmis*] Plauti I, 3, 2.

57. *Trinummo*] Plauti II, 4, 54. **Ferentarium .... intellego**] Hunc totum versum addidi ex Plauto, suadente Spengelio. In libris Varronis excidit, quod oculi scribae a priore ad alterum v. *ferentarium* aberrarunt. *id est inane* †] Satis habui signum corruptae lectionis apponere, quando ea, quae nunc leguntur, neque intelligo neque emendare

aut quod ferentarii equites hi dicti, qui ea modi habebant arma quae ferrentur, ut iaculum. Huiuscemodi equites pictos vidi in Aesculapii aede vetere et *ferentarios* adscriptos.

58. In Frivolaria:

Ubi rorarii estis? en sunt. Ubi sunt accensi? Ecce;

rorarii dicti ab rore, qui bellum committebant ante, ideo quod ante rorat quam pluit. Accensos ministratores Cato esse scribit; potest id ab acciendo* ad arbi- 342
trium eius quoius minister.

59. Pacuvius:

Quom Deum triportenta ....

* * *

60. In Mercatore:

Non tibi istuc magis dividiae 'st quam mihi hodie fuit;

Hoc itidem* et in Corollaria Naevius. Dividia ab 343

queo. Ferentarius autem amicus a Plauto non dicitur, cuius sine fructu est amicitia, sed qui promptus est ad opem ferendam. *ferrentur*] i. e. iacerentur, non tenerentur. V. Varro de Vita P. R. III. p. 245, Bip. ex Nonio p. 520. Merc. *adscriptos*] *adscriptum* coni. Fulv. Ursinus. Illud idem significare existimo.

58. *Frivolaria*] Plauti. V. Plauti Com. ed. Bothe T. III. p. 560. fr. 3. Hic versui additur in fine: *nos*, satis commode. De *rorariis* eadem fere Varro scripserat de Vita P. R. III. V. Nonius p. 553. Merc. *ab acciendo**] coni. scripsi, non sine dubitatione. *ab accio* Vertranius et Fulv. Ursinus. *ab* (om. b.) *arbitrio nam inde* codd. Quid lateat in *nam inde*, me fugit; nisi forte ultimae. literae v. *accie-ndo*, perperam pro compendiis scribendi habitae. Ab acciendo accensum dictum esse censet Varro etiam supra VI, 89. Paulo aliter idem Rer. Hum. XX. p. 210. Bip. ex Nonio p. 59. et de Vita P. R. l. l.

59. *triportenta*] Cum hoc vocabulo, de Hecate ut videtur usurpato, in codd. statim coniungitur: *in mercatore.* Quae coniungi non posse et excidisse quaedam, manifestum; sed quanta ea sit lacuna, plane obscurum est.

60. *Mercatore*] Plauti III, 4, 34. Propter volgatam lectionem: *Idem in Mercatore*, hic versus Pacuvii Mercatori adscribitur, qui nullus erat (Bothe P. Sc. L. V, II. p. 28.); et propter sequentia perperam intellecta, idem ponitur etiam inter reliquias Corollariae Naevianae (P. Sc. L. V, II. p. 13.). *Non tibi*] Post h. vv. in codd. iterum legitur *in mercatore.* Apud Plautum scribitur: *Nec tibi.* *dividiae 'st*] Augustinus. *dividia* (*dividua* b.) *est* codd. *itidem**] coni. *eadem* codd.

dividendo dicta, quod divisio distractio est doloris; itaque idem in Curculione ait:

Sed quid tibi est? lien enecat, renes dolent,
93 *Pulmones distrahuntur.*

61. In Phagone:

Honos syncerasto perit, pernis, glandio;

344 **s y n c e r a s t u m** est omnimodum* edulium, antiquo vocabulo Graeco.

(76) 62. In Parasito pigro:

Domum ire coepi tramite dextera via;

t r a m e s a transverso dictus.

63. In Fugitivis:

Age respecta, vide vibices quantas. Iam inspexi quid esset;

v i b i c e s *excitatum verberibus corpus.

quos in ceteris secutus sum. Haec de vv. *dividiae 'st* accipienda esse liquet. Ceterum haec, sicut illa: *Idem est hoc verbum in Cosmetria Naevii*, §. 54., post adiecta esse, intelligitur etiam ex pronomine *idem*, non ad Naevium, sed ad Plautum respiciente. *et*] coni. Spengelius. *est* codd. *Curculione*] II, 1, 21. *lien enecat*] b. approbatum a Spengelio. *liene* (*lien* G. *line* H.) *negat* (*negant* H.) codd. *lien necat* legitur apud Plautum. Post v. distrahuntur unus cod. B. adscriptum habet: *Parum deest.*

61. *Phagone*] scripsit Pius. *pagone* codd. Olim h. l. fuisse *Pultiphagonidis* nomen, eoque nomine Plauti Poenulum significatum esse, atque huic fabulae reddendum esse versum a Varrone servatum, sed in Plauti exemplaribus omissum, sibi persuaserat Osannus, cum Analect. p. 163. scriberet. In fragmentis Plauti hoc habetur apud Bothium T. III. p. 562. *perit*] *periit* coni. Spengelius, non temere. *glandio*] Pius. *gladios* codd., sed om., ut videtur, a. *omnimodum* * *edulium*] coni. *omne medullium* (*medulum* GH. *medullum* b.) codd. Quam lectionem ortam esse putavi ex: *omnim̊ edulium.* Vocabulum *omnimodum* Appuleius ex antiquioribus hausisse videtur. *omne edulium* vg.

62. *Parasito pigro*] Plauti Com. ed. Bothe T. III. p. 562. ubi hic versus continuo post illum, qui infra VII, 77. extat, scribitur. *dextera*] G. *dextra* cett. codd.

63. *Fugitivis*] Plauti Com. ed. Bothe T. III. p. 560. Aliter Scaliger. *Age respecta*] coni. Turnebus. *a* (*e* G.) *gerge* (*grege* H. *gerge* a.) *specta* codd. *vibices*] vg. *vivices* (*in vices* b.) codd. Item loco inferiore. **excitatum*] Ante h. v. in codd. additum est *alii*, quod qui ex margine translatum sit, Turnebus iam exputare studebat.

64. In Cistellaria:

Non quasi nunc haec sunt hic limaces lividae? 345
limax a limo, quod ibi vivit.

Diobolares, schoenicolae, miraculae;
diobolares a binis obolis. Schoenicolae ab schoeno, nugatorio unguento. Miraculae a miris, id est monstris, a quo Accius ait personas distortas 346
oribus deformis *miriones*.

65. Ibidem:

Scratiae, scrupipedae, strittabillae, tantulae;*
ab excreando scratias hic adsignificat. Scrupipedas Aurelius scribit ab scauripeda; Iuventius comicus 347

64. *Cistellaria*] codd. nisi quod *cistelaria* F. *Clitellaria* Scaliger. Equidem nil muto, licet nunc in ea fabula non extent hi versus. Certe Clitellariam invehere nolui, quoniam post tres versus ex hac fabula adductos et explicatos §. 66. locus ex Astraba, i. e. ex Clitellaria, affertur. Qui versus si ex eadem fuisset fabula atque priores tres, non addidisset, credo, nomen eius scriptor. Neve quis putet, omnes hos quattuor versus coniunctos fuisse: illi tres, ex Cistellaria, de meretricibus scripti sunt, et iambico metro; quartus, ex Astraba, de uxoribus et trochaico. Ceterum omnes quattuor versus inter fragmenta Clitellariae s. Astrabae recensentur ap. Bothium, Plauti Com. T. III. p. 553. *haec*] *hae* coni. Spengelius. Illud eodem sensu dictum est. V. ann. ad V, 98. *Diobolares*] vg. *diovolares* Fa. sicut postea omnes codd. om. versum GHb. *Diabolares* legitur in hoc versu apud Festum p. 256. Lindem. *schoenicolae*] Turnebus. *scenicolae* F. *scenicole* a. *schoeniculae* Festus. Postea *schenicolae* F. *scernicolae* H. *schenicolis* Ga. corruptius b. *a binis obolis*] Victorius. *sabini sobolis* codd. *unguento*] b. ut videtur, sicut Victorius. *nungento* FGa. *nungendo* H. Unguentum pessimi generis dicit Festus. *Accius*] Adde h. l. fragmentis, ap. Bothium P. Sc. L. V, II. p. 252.

65. *Ibidem*] i. e. in *Cistellaria*. At Gellius III, 3. et Nonius p. 169. versum ex *Nervolaria* Plauti exscribunt hunc:

Scraptae, scrupedae, scrittivellae, sordidae;

nam huc fere vestigia codd. in utroque scriptore ducunt; atque ex eodem versu Festus p. 148. et 258. Lindem. *scraptas* habet pro nugatoriis et despiciendis mulieribus. Equidem non eo cursum direxi, ut ad hanc formam etiam Varronis lectionem exigerem, quem puto similem quidem meretricum descriptionem, atque illam in Nervolaria, ante oculos habuisse, neque eandem tamen. Itaque, quid in Varrone legendum sit, ex ipsius codd. vestigiis investigare studui. *scratiae, scrupipedae*, strittabillae*] scripsi. Codd. lectio haec est: *scraties* (*stracies* b.) *ruppae* (*ruppe* ab.) *ides* (*idest* Ga. *.i.* b.) *ritabile* (*rittabillae* F.). Scilicet primae secundi et tertii v. literae accreverunt antecedentium extremis syllabis. *scratias hic*] coni. *scraties sic* codd. *adsignificat*] F. ut vg. *asignificata* cett. *Scrupipedas*] scripsi. *scruppidas* F. *scruppidam* Ga. *scrupidam* Hb. *ab scauripeda*] scripsi, cum Bothio P. Sc. L. V, II. p. 218.

dicebat a vermiculo piloso, qui solet esse in fronde cum multis pedibus; Valerius a pede ac scrupea. Ex eo Acci positum curiosa †; itaque est in Melanippa:

Reicis abs te religionem, ut scrupeam imponas tibi*.*

548 **Strittabillas** a strittilando; strittare ab eo qui sistit aegre.

66. In Astraba:

Axitiosae annonam caram e vili concinnant viris.

Itidem* in Sitellitergo idem ait:

Mulier es, uxor — Cuia vis? — Ego novi, scio axitiosam.

Sic Claudius scribit:

549 *Axitiosas demonstrari consupplicatrices.*

Ab agendo **axitiosas**; ut ab una faciundo **factiosae**, sic ab una agendo **actiosae** *et **axitiosae*** dictae.

67. In Cesistione:

auscauripeda H. *auscaripeda* G. *auscauripedia* a. *auscauripedam* Turnebi cod. *tuscauripeda* F. unde Spengelius: *ut scauripeda*. om. b. *dicebat*] *ducebat* scribere iubet Bothe P. Sc. L. V, II. p. 95. Sed Varro non solet sic. *Acci positum curiosa* †] codd., nisi quod *accii* G. *atta* b. Quae reddidi, cum satis probabilis emendandi ratio non suppeteret. Quaedam excidisse post *Acci* putat Spengelius. Fortasse scribendum: *ex eo Accius posuit in curiosa*. *Melanippa*] scripsi. *menalippa*, noto errore, codd., nisi quod *penalippa* a. Bothe P. Sc. L. V, I. p. 218. *ut**] atque deinde *tibi**] coni. addidi, propter sensum et metrum. *strittabillas*] H. *scrittabillas* F. *stritabilas* G. *strutabillas* a. *scrutabillas* b. *strittilando*] cod. B. *strettillando* F. *stretilando* G. *stretillando* a. *scrutillando* b. *attrettando* H. *strittare*] Fa. *stritare* GH. *scitare* b.

66. *Astraba*] ab. ut videtur, sicut vg. *astriba* FH. *ascriba* G. *Axitiosae*] Aldus. *ac sitiose* FGHb. *exitiose* a. *Itidem**] coni. *idem* G. *ideo* cett. codd. *Sitellitergo*] b. *sitelli tergo* FGa. *sitelitergo* H. Sitellitergus est, qui situlas s. sitellas tergit. Idem nomen redde Festo p. 278. Lindem. ubi *Site litergo* esse videtur in libro ms. *Scytham liturgum* sibi effinxit Scaliger, quem cum alii secuntur, tum Bothe Plauti Com. T. III. p. 563. *Mulier es, uxor — Cuia vis?*] scripsi obsecutus Scaligero, nisi quod huic extremum v. *vir* est. *mulieres uxorculavit* (*exorculavit* G. *usarcularit* b.) codd. Pronunciandum est: *cuïa*. *axitiosam*] Aldus. *ac sitio* (*acscio* Gb. *axitio* a.) *aquam* codd. **et axitiosae**] coni. addidi.

67. *In Cesistione*] codd. nisi quod *incesistio est* b. Nomen Plau-

Da stribula aut de lumbo obscoena viscera;*
stribula, ut Opilius scribit, circum coxendices sunt 350
bovis; id Graecum est ab eius loci versura.

68. In Nervolaria:

Scobina ego illum actutum adraserim;*
scobinam a scobe; lima enim materia fabrilis est. 94

69. In Poenulo:

Vinceretis cervum cursu vel gralatorem gradu;
gralator a gradu magno dictus.

70. In Truculento:

Sine virtute argutum civem mihi habeam pro praefica;
praefica dicta, ut Aurelius scribit, mulier, ad 351
luctum* quae conduceretur, quae ante domum mortui laudeis eius caneret. Hoc factitatum Aristoteles scribit in libro qui inscribitur *νόμιμα βαρβαρικά*. Quibus testimonium est, quod fretum est † Naevii:

tinae, ut videtur, fabulae aliunde non cognitum. Hinc *Gastrione* s. *Gastrone* coni. Scaliger. Plauti Com. ed. Bothe T. III. p. 561. *Da* stribula*] conieci. *distribula* codd. nisi quod *deisc¹bula* b. *aut*] Scioppius. *ut* codd. *obscoena viscera*] coni. scripsi. *obscoenabis* (*obscenabis* GH. *observabis* b.) *cera* (quod v. coniungitur cum sequenti) codd. De *biscera* scripto pro *viscera* dixi in Praefatione. Cf. ann. ad huius §. ultima vv. *coenabis Chaerea* Turnebus, non feliciter; sed alii infelicius. *coxendices*] vg. *coxa indices* (*radices* b.) codd. De carne strebula v. Comment. Festi p. 681. Lindem. *bovis*] Scioppius. *vobis* Fa. (Sic in codice Gaii *vobes* scriptum pro *boves*. V. Goeschenii Index siglarum p. XXXXVII.). *nobis* cett.

68. *In Nervolaria*] vg. *intervolaria* F. *in ervolaria* GHab. Plauti Com. ed. Bothe T. III. p. 561. *Scobina*] Scioppius. *scobinam* codd. incommode, nam scobina lima est, qua raditur. *illum*] *illam* H. *lima* Turnebus, quod multis placuit. *adraserim**] coni. *adrasi* (*arrasi* b.) *enim* codd.

69. *Poenulo*] Plauti III, 1, 27. *cervum cursu*] Aldus. *circum curso* codd.

70. *Truculento*] Plauti II, 6, 14. *praefica;*] ex Plauto addidit Spengelius. om. codd. excepto b. ut videtur. *ad luctum**] scripsi ex coni. Turnebi. *ab luco* FGH. *aluco* a. *a luco* b. *νόμιμα βαρβαρικά*] Turnebus. *nomina barbarica* (*barbara* H.) codd. *quod fretum est* †] codd. sine sensu. Plerique de Naeviana comoedia Freto cogitant, quo nomine Plautina fabula inscripta est. Bothe P. Sc. L. V, II. p. 26. Mihi aliud nomen latere videtur; fortasse QUADRIGEMINIS,

Haec quidem, hercle, opinor, praefica est; nam mortuum collaudat.

Claudius scribit: quae praeficeretur ancillis quemad-
352 modum lamentarentur, praefica est dicta. Utrumque
(77) ostendit a praefectione praeficam dictam.

71. Apud Ennium:

decem Coclites, ques montibus summis
Rhipaeis fodere;

ab oculo Cocles ut ocles dictus, qui unum haberet oculum; quocirca in Curculione est:

De Coclitum prosapia te esse arbitror;
Nam hi sunt unoculi.

355 72. Nunc de temporibus dicam. Quod est apud
4 Cassium:

Nocte intempesta nostram devenit domum;

nox intempesta dicta ab tempestate; tempestas ab tempore; nox intempesta quo tempore nihil agitur.

73. *Quid noctis videtur in altisono*
Caeli clipeo? Temo superat
Stellas sublime etiam cogens
Atque etiam noctis iter.

Hic multam noctem ostendere volt a temonis motu;
354 sed temo unde et cur dicatur, latet. Arbitror antiquos rusticos primum notasse quaedam in caelo signa

quae literae non multum distant a QUOD FRETUMEST. *hercle*] *mehercle* Festus, qui eundem Naevii versum exhibet p. 122. Lindem. *nam*] *quae sic* Festus.

71. *Ennium*] Hunc versum Merula posuit Ann. IV, 4. p. 63. E. S. loco incommodo. *ques*] Scaliger. *quas* codd. *Rhipaeis*] scripsi. *rhipeis* G. *ripheis* b. *ripeis* cett. *fodere*] a. *federe* Fb. *foedere* GH. Sermo est de Arimaspis s. Unoculis, qui vicini Hyperboreorum, in Rhipaeis montibus, aurum Grypibus ereptum fodiebant. *Curculione*] Plauti III, 1, 23. *te*] b. ut videtur, sicut vg. om. cett. codd.

72. *Cassium*] codd. *C. Actium* Turnebus, et multi; parum probabiliter, ut monui in annot. ad VI, 7., quo loco idem versus legitur.

73. *Quid noctis*] Ex Ennii Iphigenia. Bothe P. Sc. L. V, I. p. 50. Verba: *Quid noctis . . . clipeo?* Agamemnonis esse, supra V, 19. significavit Varro; reliqua Seni tribuenda, ut apud Euripidem Iphig. Aul. 6. *Temo . . . stellas*] Apud Festum s. v. septentriones p. 260. Lind. haec leguntur: *Ennius: Superat* [*temo stellas*]. *etiam cogens*] coni. scripsi.

quae praeter alia erant insignia, atque ad aliquem usum, ut* culturae tempus designandum, convenire animadvertebantur. **74.** Eius signa sunt, quod has septem stellas Graeci, ut Homerus, vocant Ἅμαξαν, et propinquum eius signum, Βοώτην; nostri eas septem 95
stellas, b o v e s et t e m o n e m et prope eas a x e m. Triones enim boves appellantur a bubulcis etiam nunc 555
maxume quom arant terram; e quis ut dicti *valentes glebarii* qui facile proscindunt glebas, sic omnis qui terram arabant, a terra t e r r i o n e s, unde t r i o n e s ut dicerentur E detrito. **75.** T e m o dictus a tenendo; is enim continet iugum. Et p l a u s t r u m appellatum, a parte totum, ut multa. Possunt triones dicti septem, quod ita sitae stellae, ut ternae trigona faciant.

76. *Aiax**, *quod lumen, iubarne in caelo cerno?* I u b a r dicitur stella, Lucifer quae in summo †, quod 556
habet lumen diffusum, ut leo in capite iubam. Huius

cogens (*agens* Gab.) *etiam* codd. *cogens* ante *sublime* posuit Scaliger. *ut**] coni. addidi. *ad* ante *tempus* inserit Turnebus.

74. *Βοώτην*] vg. *booten* F. *βοοτεν* H. *βοοτερα* a. om. Gb. *boves et temonem*] Haec ita intellexi ut ponerem, *boves* dictas esse earum stellarum, quae sunt in cauda Ursae, duas (*Mizar* et *Benetnasch* apud Arabes), tertiam (*Alioth*) pro t e m o n e habitam esse, reliquas quattuor a x e m effecisse. *enim*] b. *enim et* cett. codd. *valentes glebarii*] utrumque vocabulum ex poëta desumptum esse putavi. *omnis*] F. et ab. ut vid. *omnes* cett. V. ann. ad V, 5. *unde triones*] Varronis locum respiciunt Servius in Aen. III, 516. et Festus p. 260. Lindem. *ut dicerentur E detrito*] Augustinus in marg. ex libro. *ut* (om. b.) *dicerentur de tritu* codd., exc. G. qui ea omnia om. Hoc si Varro scripsisset, explicarem: quasi dicerentur a terendo; sed offendit omissum *si* et praeverbii *de* usus. Cum illo, quod posui, cf. V, 136. *postea irpices S detrito* (ubi perperam *detrita* habent FH., nam Varroni literarum nomina neutrius sunt generis), et VII, 97. *e quo S extritum.*

75. *dicti*] GHab. *dici* vg. De F. dubito. Illud recte dici, monitum est in annot. ad V, 38. *trigona*] Etiam horum vestigium est apud Festum p. 260. Lind.

76. *Aiax**, *quod*] *aliquod* codd. nisi quod *aliquot* G. Illud posui cum Popma, quanquam non satis certus de ea lectione. *Apud Ennium quod est* coni. Spengelius. Cf. supra VI, 6. 81. *quae in summo* †] codd. nisi quod om. b. ut vid. Haec nondum probabili ratione emendata sunt. Excidisse versum existimo, in hunc modum scriptum: *stella, Lucifer quae, in summo* [*noctis* (cf. *summum diei* VI, 4.) *cum apparet*, *appellatur*, *cum post solis occasum*, *Vesperugo*]. Verborum dispositionem non mirabitur, qui Varronem noverit. Omnino cum h. l. contendendus est

ortus significat circiter esse extremam noctem; itaque ait Pacuvius:

exorto iubare, noctis decurso itinere.

77. Apud Plautum in Parasito Pigro:

inde hic bene potus primo crepusculo;

crepusculum ab Sabinis, quod id dubium tempus noctis an diei sit. Itaque in Condalio est:

557 *Tam crepusculo, fere ut amant, lampades accendite.*

(78) Ideo dubiae res creperae dictae.

78. In Trinummo:

Concubium sit noctis priusquam ad postremum perveneris;

concubium a concubitu dormiendi causa dictum.

79. In Asinaria:

Videbitur, factum volo; at redito huc conticinio;

558 putem a conticiscendo conticinium, sive, ut Opilius scribit, ab eo quom conticuerunt homines.

80. Nunc de his rebus, quae adsignificant aliquod tempus, quom dicuntur aut fiunt, dicam. Apud Accium:

alter VI, 6., et de temporibus noctis Varro ap. Serv. in Aen. II, 268. *Pacuvius*] V. supra VI, 6.

77. *Parasito Pigro*] Plauti Com. ed. Bothe T. III. p. 562. *bene potus*] Pius. *denepotus* (iunctis sive semotis syllabis) codd. *primo*] *primulo* Scaliger, propter versum. *crepusculum*] *dictum*, quod vg. additur, ex bonis codd. solus habere videtur F. *quod*] coni. *et* codd. Cf. supra VI, 5. *Condalio*] Plauti com. ed. Bothe T. III. p. 558. *Tam*] *tua* Turnebi cod. Ceterum in huius versus lectione librorum summus est consensus. Sed sensum eius non crepusculum, sed crassae occultant tenebrae.

78. *Trinummo*] Plauti IV, 2, 44. *ad*] ex Plauti libris additum est. om. Varronis codd.

79. *Asinaria*] Plauti III, 3, 95. *at redito huc*] scripsi. *ad* (*at* G. *id* H. om. b.) *reditu* (*reddito huc* G. *redditum* H. *reditum* a. *reddito* b.) codd. *huc*, quod Plauti libri habent, servavit G., cum in ceteris codd. c propter sequens v. absumptum sit, et u solum remanserit. Cf. VI, 7. *conticiscendo*] Gab. ut videtur. *contiscendo* FH. *conticescendo* vg. Illud Plauto familiare est.

80. *Accium*] Sic Servius Danielis in Aen. IX, 622. p. 536. ed. Lion.

Reciproca tendens nervo equino concita
Tela;

reciproca est, quom unde quid profectum, redit eo. Ab recipere reciprocare fictum; aut, quod poscere procare dictum.

81. Apud Plautum: 359

Ut transversus, non proversus cedit quasi can- 96
cer solet;

proversus* dicitur ab eo, quod in id quo it* est versus, et ideo qui exit in vestibulum, quod est ante domum, prodire et procedere; quod cum leno non faceret, sed secundum parietem transversus iret, dixit: *ut transversus cedit quasi cancer, non proversus ut homo.*

82. Apud Ennium: 360

Andromachae nomen qui indidit, recte indidit;

item:

Quapropter Parim pastores nunc Alexandrum
vocant.

Imitari dum voluit Euripidem et ponere ἔτυμον, est lapsus. Nam Euripides quod Graeca posuit, ἔτυμα sunt aperta. Ille ait, ideo nomen additum Andromachae, quod ἀνδρὶ μάχεται: hoc Ennii quis potest 361
intellegere viro adversam* significare:

Accius Philoctete: Tendens nervo equino concita tela. Bothe P. Sc. L. V, I. p. 233. *Reciproca*] Haec Accius docte scripsit; Philoctetae enim arcus erat Herculeus; Herculis arcus Scythicus (Theocritus XIII, 56. cum Scholiis), Scythicus παλίντονος (Aeschyl. Choeph. 159.) i. e. reciprocus. Et cf. Sophocl. Trach. 511. *procare*] vg. *progare* Hb. *prorogare* FGa. Hoc posterius etymon probat Festus p. 136. 229. Lindem.

81. *Plautum*] Pseudolo IV, 1, 45. Plauti libros ex Varrone corrigendos esse monuit Spengelius. *transversus*] b. ut vid., sicut vg. *transversum* cett. codd. *proversus**] coni. addidit Spengelius. om. codd. *quo it**] coni. *quod* codd. *leno*] b. ut videtur, sicut Aldus. *lemo* GHa. *lenio* F.

82. *Ennium*] Prior versus ex Andromache, ut videtur. Bothe P. Sc. L. V, 1. p. 34. Alter est ex Alexandro, cuius de argumento in annot. ad VI, 83. monebatur. Bothe l. l. p. 34. *recte*] Victorius. *recte ei* codd. Sed iidem infra in eodem versu *ei* om. *ἀνδρὶ μάχεται*] Aldus. *Andrimachete* F. *andromachete* a. *Andromache* GH. om. b. *viro adversam**] coni. *inversum* FGab. *versum* H.

Andromachae nomen qui indidit, recte indidit;

aut Alexandrum ab eo appellatum in Graecia, qui Paris fuisset, a quo Herculem quoque cognominatum Alexicacon, ab eo quod defensor esset hominum.

83. Apud Accium:

Iamque auroram rutilare procul
Cerno;

aurora dicitur ante solis ortum, ab eo quod ab igni solis tum aureo aër aurescat. Quod addit rutilare, est ab eodem colore; aurei enim rutili, et inde etiam mulieres valde rufae rutilae dictae.

562 84. Apud Terentium:

Scortatur, potat, olet unguenta de meo;

scortari est saepius meretriculam ducere quae dicta a pelle; id enim non solum antiqui dicebant scortum, sed etiam nunc dicimus scortea ea, quae ex
(79) corio ac pellibus sunt facta; inde* in aliquot sacris ac sacellis scriptum habemus:

Ne quid scorteum adhibeatur ideo ne morticinum quid adsit.

In Atellanis licet animadvertere rusticos dicere se adduxisse pro scorto pelliculam.

563 85. Apud Accium:

97 *Multis nomen vestrum numenque ciendo;*

numen dicunt esse imperium, dictum ab nutu; numina* sunt, quoius imperium maxumum esse videatur; itaque in Iove hoc et Homerus et aliquotiens Livius.

83. *Accium*] ex incerta fabula. Bothe P. Sc. L. V, I. p. 252. fr. 26. Versum hunc non hoc loco a Varrone positum esse videri, dixi in Praefatione. *aurescat*] GHab. *aurescit* F. ut vg. *etiam*] vg. *enim* codd. excepto a. ut vid. Eadem vocabula permutata invenimus VII, 17. *Ennio* coni. Spengelius.

84. *Terentium*] Adelph. I, 2, 37. ubi modestius pro *scortatur* scriptum est *obsonat:* cuius differentiae causas investigare lubrica est quaestio. *inde**] vg. om. codd. *ne quid scorteum*] cf. Ovid. F. I, 629. *In Atellanis*] Bothe P. Sc. L. V, II. p. 276.

85. *Accium*] ex incerta fabula. Bothe P. Sc. L. V, I. pag. 250. *dicunt esse*] *dicunt antiqui* b. *numina**] coni. scripsi. *omnia* GHab. *omina* fort. F. *quoius*] scripsi. *eius* codd. *eius cuius* ex Ald. vg.

86. Apud Plautum:

Si unum epityrum estur insane bene;

epityrum vocabulum est cibi quo frequentius Sicilia 364
quam Italia usa. Id edi* vehementer quom vellet dicere, dicit insane, quod insani faciunt omnia vehementer.

87. Apud Pacuvium:

*Flexanima tanquam lymphata *aut Bacchi sacris*
Commota;*

lymphata* dicta a lympha; lympha* a nympha, ut, quod apud Graecos Θέτις, apud Ennium:

Thelis illi mater.*

In Graecia commota mente quos nympholemptos 365
appellant, ab eo lymphatos dixerunt nostri. Bacchi:

aliquotiens] vg. *alius aliquotiens* codd. *Livius*] Bothe P. Sc. L. V, I. p. 21.

86. *Plautum*] Mil. glor. 1, 1, 24. Quem versum ex Plauti libris sic constituit Lindemannus: *Ni unum epityrum apud illum esuriem insane bene.* *estur*] *estuer* codd. nisi quod *aestuer* GH. Illud ex cod. B. et ed. princ. positum est; et crediderim, hanc sive similem formam etiam Plauto reddendam esse. *epityrum*] vg. *epytira* FGa. *epitira* H. *epithira* b. Illud ex Plauto sumptum, sed notandum tamen, etiam in Plauti melioribus libris *epityra* potius extare quam *epityrum.* Nam sic Camerarii alter codex: *Ni unum epytyr aut apud illa ensluriehsane. bene.* *edi**] coni. addidi.

87. *Pacuvium*] Iidem versus pleniores extant apud Ciceron. de divin. I, 36, 80. Teucro tragoediae adscribuntur, non temere. Bothe P. Sc. L. V, I. p. 143. *flexanima tanquam*] vg. *flexanimat* (*flexanima* a. *flexarant* b.) *aquam* (*aqua* a.) codd. **aut . . . . Commota**] Haec ex Cicerone addenda esse vidit iam Turnebus. In codd. una cum sequenti v. *lymphata** exciderunt. *lympha**] etiam hoc v. excidit in codd.; addidit Spengelius. *Thelis**] coni. Turnebus. *Thetis* codd. Sed Ennii versum hacpropter tantum adduci, ut Thetis exemplum esset Nereidos nymphae, subabsurdum foret. Contra poterat *Thelis*, quam antiquiores pro Thetide dixerunt, adhiberi ut exemplum L literae a Romanis aliis literis substitutae. Similiter factum a Varrone de R. R. III, 9, 19.: *quod antiqui ut Thetin Thelim dicebant, sic Medicam Melicam vocabant.* Ennii fragm. p. 219. Hess. Bothe P. Sc. L. V, I. p. 68. *nympholemptos*] scripsi. *lympholemptos* F. *lympholentus* GH. *limpholentos* ab. λυμφολήπτους Victorius, sed Graecarum literarum nullum in codd. vestigium, atque lympham sic a Graecis dictam esse, Varronis menti repugnat. Neque repudianda erat m litera in nympholemptos, hausta illa ex Alexandrina Graecitate, cuius fuisse λημπτὸς et λημφθείς, nunc et tituli docuerunt et libri. *dixerunt*] om. b., quod probat Spengelius p. XIV. Cf. ad h. l. Doederlinius Etym. et Synon. L. L. V. II. p. 15. contra Varronem

est Liber, quoius comites Bacchae. Et vinum in Hispania baccha. 88. Origo in his omnibus Graeca, ut quod apud Pacuvium:

Alcyonis ritu litus pervolgans furor;

366 haec enim avis nunc Graece dicitur ἀλκυών, a nostris alcedo; haec hieme quod pullos dicitur tranquillo mari facere, eos dies alcyonios appellant. Quod est in versu *alcyonis ritu*, id est eius instituto, ut quom aruspex praecipit, ut suo quisque ritu sacrificium faciat, et nos dicimus XII viros Graeco ritu sacra, non Romano facere. Quod enim fit rite, id ratum ac rectum est; ab eo Accius:

recte perfectis sacris
Volt accipi.

367 89. Apud Ennium:

Si voles advortere animum, comiter monstrabitur;

comiter: hilare ac lubenter, quoius origo Graeca κῶμος; inde comissatio Latine dicta; et in Graecia, ut quidam scribunt, comodia.

90. Apud Atilium;

Cape, caede, lide, come, conde;

disputans. *est*] scripsit Spengelius. *et* codd. *Bacchae*] vg. ante h. v. *a* inserunt codd. *baccha*] *bacca* Fa.

88. *pervolgans*] *pervolans* a., quod Hadr. Iunius voluerat. Sed illud Lucretii simili usu satis defenditur. *furor*] *feror* coni. Victorius, Turnebus, Scaliger, qui confert Apollon. Rh. IV, 363. *alcyonios*] ed. princ. *alcyonis* ab. *alcyona* FG. *altiona* H. *XII*] Fab. *duodecim* GH. Sed hi viri Sibyllinis libris inspiciendis et Apollinaribus sacris faciundis constituti cum usque ad Caesarem XV fuissent, hic anno ab u. c. DCCVII. unum addidit. V. Dio Cass. XLII, 51. et XLIII, 51. Hinc probabile a Varrone scriptum esse: *XVI viros*. Cf. Praefatio. *Accius*] Trachiniis tribuit Scaliger, incerta coniectura. Bothe P. Sc. L. V, 1. p. 247.

89. *Ennium*] ex incerta fabula. Bothe P. Sc. L. V, I. p. 68. fr. 9. *comissatio*] vg. *comisatio* FGa. *comessatio* G. *comisacio* b. *comodia*] scripsi. *comodiam* Fa. *comoediam* GH. *comediam* b.

90. *Atilium*] Bothe P. Sc. L. V, II. p. 36. *lide*] codd., idque retinui, quanquam unicum huius verbi non compositi exemplum. Lido factum est ex v. laedo, eadem permutatione vocalium, quae est in v. fligo, orto ex FLAGO (unde flăgrum et flăgitium). Itaque haec vocalium violatio, quam vocant antiqui grammatici, quae in componendis vocabulis

cape, unde accipe; sed hoc in proximo libro re- 368
tractandum. 98

91. Apud Pacuvium:

nulla res neque
Cicurare, neque mederi potis est, neque
Reficere;

cicurare mansuefacere; quod enim a fero discretum, id dicitur cicur, et ideo dictum: *cicur ingenium obtineo*, mansuetum; a quo Veturii quoque nobiles cognominati Cicurii. Hinc natum a cicco cicur vi- (80)
detur. Ciccum dicebant membranam tenuem, quae est ut in malo Punico discrimen; a quo etiam Plautus dicit:

quod volt elenchum: ciccum non interduo.* 369

92. Apud Naevium:

Eccum venire video ferme iniuria;

ferme dicitur quod nunc fere; utrumque dictum a ferendo, quod id quod fertur, est in motu atque adventat.

93. Apud Plautum:

Euax, iurgio uxorem tandem abegi ab ianua;

euax verbum nihil significat, sed effutitium naturaliter est, ut apud Ennium:

Hehae, ipse clipeus cecidit; 370

observari solet, interdum etiam in simplicibus reperitur. *in proximo libro*] i. e. octavo; qui contra analogiam scriptus est; in quo illa vocalium violatio in exemplis anomaliae adhibita esse videtur.

91. *Pacuvium*] ex incerta fabula. Bothe P. Sc. L. V, 1. p. 149. fr. 8. *mederi*] *mederier* Scaliger, apte ad versum. *Hinc natum*] scripsi. *innatum* codd. *dicit*] unus om. H. *elenchum**] i. e. magnum unionem. Erui hoc mihi posse videbatur ex lectione codd. *densum*. Versus fragmentis Plauti accensendus est, nam qui legitur in Rudente II, 7, 22., ab hoc diversus est.

92. *Naevium*] ex incerta fabula. Bothe P. Sc. L. V, 1. p. 92. fr. 2. *Eccum*] vg. *ciccum* FGHa. *circum* b.

93. *Plautum*] Menaechm. I, 2, 18. ubi scribitur: *Euax, iurgio hercle tandem uxorem abegi ab ianua.* Varronis lectio fortasse an hiatu admisso defendi possit. *abegi ab*] vg. *ab* (*a* G. *a'* a.) *regia* codd. *Ennium*] ex incerta fabula. Bothe P. Sc. L. V, 1. p. 68. fr. 10. *Ennium*]

apud Ennium:

Eheu, mea puella, spei quidem id successit* tibi;*

apud Pompilium:

Heu, qua me causa, Fortuna, infeste premis?

Quod ait iurgio, id est litibus; itaque quibus res erat in controversia, ea vocabatur lis; ideo in actionibus videmus dici:

Quam rem sive mi litem dicere oportet;

571 ex quo licet videre iurgare esse ab iure dictum, quom quis iure litigaret; a quo obiurgat is qui id facit iuste.

94. Apud Lucilium*:

Atque aliquos ibus ab rebus clepsere foro qui.

Clepsere dixit, unde etiam alii clepere, id est corripere; quorum origo a clam, ut sit dictum clapere, unde clepere, ex E A commutato, ut multa. Potest vel a Graeco dictum κλέπτειν.

95. Apud Matium:

codd. Quae nominis iteratio cum offendat, ab interpolatore positum est *Naevium*. Videtur in fragmentis utriusque poëtae omissum esse. *Eheu*] vg. *hau* b. *heu* cett. codd. Illud assumpsi, tum ad versum quadratum explendum, tum ne eiusdem effutitii vocabuli duo afferrentur exempla. *spei**] coni. *spe* FGa. *saepe* H. *sepe* b. Nota locutio: hoc spei succedit. Atque antiquiores *spēi*, ut *rēi*, *fidēi*. *quidem id* non liquescit. *successit**] coni. *succensit* GH. *succenset* Fa. *succenses* b. *Pompilium*] Poëta nunc ignotus. *in actionibus*] Hanc formulam iuris respicit Cicero pro Murena 12, 27., ubi mirari se simulat, nondum eo pervenisse Ictos, ut certum haberent: *rem an litem dici oporteret.* Monuit de ea re Turnebus. *mi litem*] *militem* codd. *mi* retinui cum Spengelio, cum Plautus interdum *mihi decet*: unde verisimile fit, etiam *mihi oportet* dici potuisse.

94. *Lucilium*] Vertranius, Scaliger. *Lucretium* codd. V. de hac nominum confusione ann. ad V, 17. Lucilii reliquiae ed. Fr. Dousa p. 22. Inc. 184. *ibus*] Scaliger. *ibi* codd. De confusione harum terminationum v. ann. ad VI, 25. *ībus* pro iis innotuit ex Ennio, Pomponio, Titinnio, Plauto, qui etiam ībus, contractum ex iibus, habet. *clepsere*] non est h. l. perfectum, sed praesentis infinitivus modus, quantum ex Varronis ipsius sequentibus verbis intelligi potest. Cf. G. Hermann. Opusc. III. p. 119. *foro qui*] *foroque* coni. Scaliger. Sed totius versus sensus obscurior est. *ex E A*] scripsi, partim volgatam sequens lectionem. *et ea* b. *et ex ea* cett. codd. *commutato*] vg. *commutatio* codd.

95. *Matium*] Iliadis interpretem. Locus videtur sumptus esse ex Iliad. I, 56. *κήδετο γὰρ Δαναῶν ὅτι ῥα θνήσκοντας ὁρᾶτο.* Aliter Scaliger.

Corpora Graiorum maerebat mandier igni; 372
dictum mandier a mandendo, unde manducari, a quo in Atellanis apud Dossenum* vocant Manducum. 99

96. Apud Matium:

Obscaeni interpres funestique ominis auctor;
obscaenum dictum ab scaena; ea, ut Graeci, σκηνή*, ut Accius scribit, scena. In pluribus verbis A ante E alii ponunt, alii non; ut quod partim dicunt sceptrum, partim scaeptrum; alii Plauti Faeneratricem, 373
alii Feneratricem; sic faenisicia ac fenisicia, ac rustici Pappum Mesium, non Maesium, a quo Lucilius scribit:

Cecilius Pretor ne rusticus fiat.*

Quare turpe ideo obscaenum, quod, nisi in scaenam,

Cf. Wernsdorf. P. L. M. T. IV, II. p. 570. *maerebat*] scripsi. *maerebar* codd. praeter a., qui *mirabar*. Deponentis *moereri* nullum exemplum est praeter lectionem quorundam codd. in Ciceron. pro Sestio 39, 84. *in Atellanis*] Bothe P. Sc. L. V, II. p. 276. *apud Dossenum**] coni. *ad obsenum* (*obscenum* Gb. *obscoenum* H.) codd. *obsonium* vg., quod ab h. l. alienissimum. Nempe in antiquissimo codice scriptum erat: Ap DOSSENUM vel Ap DORSENUM (nam etiam haec nominis forma extat); hinc factum AD OBSENUM. Dossenus, Atellanarum poëta, quantus fuerit *edacibus in parasitis*, ex Horatio scimus; huius generis hominem in Atellana qui ludificabant, vocabant Manducum, quae persona magnis malis et crepitantibus dentibus insignis in pompa Circensium ludorum duci solebat.

96. *Matium*] Wernsdorf. P. L. M. T. IV. p. 571. Sic Matius auxisse videtur Iliad. 1, 62. τινὰ μάντιν ἐρείομεν ἢ ἱερῆα. *Obscaeni*] H. ut videtur, sicut vg. *obsceni* cett. codd. *scaena*] H. *scena* cett. *scena*] *scaena* G. Laudat haec Varronis de scena s. scaena Apulei. de diphth. 12. p. 132. Osann. *σκηνή**] coni. addidi. Nempe Graecum vocabulum h. l. excidit in omnibus libris, ut saepe in multis. *ut*] vg. *aut* codd. *Accius*] Bothe P. Sc. L. V, I. p. 252. *partim scaeptrum*] ab. ut videtur, sicut ed. princ. om. FGH. *alii Feneratricem*] etiam h. l. *ae* habet a. *oe* FGH. om. b. *Mesium*] ed. princ. *maesium* FGHa. *moesum* b. Illud praeferendum erat, etiam propter analogiam v. aedus s. haedus, quod in rure erat *edus*, in Urbe *aedus*. V. V, 97. De persona Atellanarum, rusticae fabulae, loquitur scriptor. *Maesium*] Spengelius. *moesium* FGHa. *moesion* b. *Cecilius*] FG. Cur id retinuerim, statim apparebit. *Pretor**] addidi, Scaligero praeeunte, ex Diomede II. p. 447. P., ex quo simul apparet, e ponendum esse pro ae diphthongo. Scilicet Lucilius rusticum hominem ludebat, qui, si praetor factus esset, ne se *Cecilium pretorem* diceret, verendum erat. Lucilii reliquiae ed. Fr. Dousa p. 12. Inc. 97. *ideo*] Ante h. v. ἢ μίση tollenda erat. *obscaenum*] vg. *obscenum* a. *obscerrum* G. *obserroum* H. *ob servoum* F. *ob servorum* b. *scaenam*] FGa. *scenam* b. *scaena* fort. H. sicut vg. Accusativum servari posse putavi.

palam dici non debet. 97. Potest vel ab eo,
374 quod puerulis turpicula res in collo quaedam suspenditur, ne quid obsit, bonae scaevae causa scaevola appellata. Ea dicta ab scaeva, id est sinistra, quod quae sinistra sunt, bona auspicia existimantur. A quo
(81) dicuntur comitia aliudve quid, sinistima*, sinistra quae nunc sunt. Id a Graeco est, quod hi sinistram
375 vocant σκαιάν. Quare, quod dixi, obscaenum* omen est omen turpe. Quod unde* dicitur, osmen, e quo S extritum.

98. Apud Plautum:

*Quia ego antehac te amavi *et mihi amicam esse crevi;*

crevi* valet constitui; itaque heres, quom constituit se heredem esse, dicitur cernere, et quom id fecit crevisse.

99. Apud eundem quod est:

376 *Mihi frequentem operam dedistis;*

valet assiduam. Itaque qui adest, assiduus; ferre quem operam* oportet, is frequens opponi solet. Itaque illud quod eaedem mulierculae dicunt:

97. *puerulis*] Turnebus. *puerilis* codd. *bonae*] vg. *ubonae* FH. *umbonae* a. *ubone* Gb. *sinistima**] coni. *sit dixi* (*dixit* G. *dicitur* F.) *aut* (*ut* b. de quo obscura tamen sunt quae referuntur) codd. Ortum id ex prava divisione illius vocabuli SI - NISTIM - A. Dextimum et sinistimum antiquos dixisse, testis est Festus p. 56. Lindem. cf. p. 260. Alii ex *aut* finxerunt *ave.* *sunt*] coni. scripsi. *est* codd. *σκαιάν*] vg. *scean* F. *sceam* G (cum lacuna) H. *vocant* (iteratum) a. om. b. *obscaenum**] coni., coactus plane nexu et progressu disputationis Varronianae, quae ad versum illum Matii explicandum unice dirigitur. *scenum* a. *scaevum* FH. *scevum* G. *sevum* b. *unde**] *id* addunt codd. quod expunxi. *e quo S*] scripsi. *e* (om. a.) *quod* (om. b.) codd. De osmine ab ore dicto scripsit Varro VI, 76.

98. *Plautum*] Cistellaria I, 1, 1. **et .... crevi*] ex Plauto addita sunt. *crevi**] iterum addendum erat propter sensum. Suasit etiam Spengelius. *cernere*] Victorius. *canere* codd. V. supra VI, 81.

99. *eundem*] in Cistellaria I, 1, 7. *quod est: Mihi*] Augustinus in marg. *quod esimi* F. *quo desimi* G. *quo desim* H. *quod desmi* a. *quod sensum* b. *Mihi*, non *mi*, scripsi, propter Bacchiacorum versuum rationem. *ferre*] b. ut videtur, sicut vg. *ferret* cett. codd. *operam**] coni. addidi. Moserus in Annal. Heidelberg. a. 1826. p. 1023. coni.: *ferre quiens quae* (h. v. ex vg.) *oportet*, *is frequens.* Sed,

Pol istoc quidem nos pretio perfacile est frequentare;*
Ita in prandio nos lepide ac nitide accepisti;

apparet dicere: facile est curare ut assimus, quom iam 377
bene nos accipias.

100. Apud Ennium:

Decretum fossari corpora telis.*

Hoc verbum Ennii dictum a fodiendo; a quo fossa.

101. Apud Ennium:

vocibus concide, fac is musset obrutus;*

mussare dictum, quod muti non amplius quam μῦ dicunt; a quo idem dicit, id quod minimum est:

neque ut aiunt, μῦ facere audent. 378

102. Apud Pacuvium:

Dei monerint meliora, atque amentiam
Averruncassint;

ab avertendo averruncare, ut deus qui in eis rebus praeest, Averruncus. Itaque ab eo precari solent, ut pericula avertat.

quanquam literas easdem fere agnosco, vim v. frequens desidero in *ferre queunte quae oportet.* *opponi*] codd. dubito an non recte. *eaedem*] in Cistellaria 1, 1, 9 - 11. *Pol istoc*] ex Plauti libris. Num Varro haec posuerit, dubium, nam in FGH. tantummodo est *o*, (in GH. iunctum cum *dicunt*), in ab. nihil ante v. *quidem.* *perfacile * est*] coni. *per tanti est* F. *tanti est* (*esse* H.) cett. codd. *facile est* Plauti libri; et idem vocabulum etiam apud Varronem fuisse, ostendit interpretatio adiecta. *Perfacile est* etiam metro satisfacit, praesertim si *perfaculst* pronunciabatur.

100. *Ennium*] Apud Merulam Annal. VI, 42. p. 85. ed. E. S. *fossari**] scripsi. *est fossari* coni. Columna, Ennii fragm. p. 80. ed. Hessel. *est stare* codd.

101. *Ennium*] Apud Merulam Annal. VIII, 9. p. 114. ed. E. S. Sed trochaici potius versus membra agnosco quam hexametri. *fac is* musset*] coni. *facimus et* codd. *face musset* cum Turnebo posuissem, si sic versus legi satisfactum esset. *idem dicit*] Apud Merulam Annal. VIII, 26. p. 117. ed. E. S., ubi vv. *Quod minimum'st* coniunguntur cum versu Enniano, perperam. *id quod*] GHab. *quod id* F.

102. *Pacuvium*] in Chryse. Bothe P. Sc. L. V, I. p. 112. fr. 1. Idem locus a Festo et Nonio laudatur. *ab avertendo*] Turnebus. *a vertendo* codd.

103. In Aulularia:

pipulo te differam ante aedis;

id est convicio, declinatum a pipatu pullorum. Multa
379 ab animalium vocibus tralata in homines, partim quae sunt aperta, partim obscura. Perspicua, ut Ennii;

animus cum pectore latrat;

Plauti:

Gannit odiosus omni totae familiae;

Caecilii:

Tantum rem dibalare, ut pro nilo habuerit;

Lucilii:

Haec inquam rudet ex rostris atque eiulitabit;

380 eiusdem:

Quantum hinnitum atque equitatum.

104. Minus aperta, ut Porcii ab lupo:

volitare ululantis;

Ennii a vitulo:

Tibicina maximo labore mugit;

eiusdem a bove:

clamore bovantes;

eiusdem a leone:

pausam fecere fremendi;

eiusdem ab aedo:

381 *Clamor ad caelum volvendus per aethera vagit.*

103. *Aulularia*] Plauti, III, 2, 32. *differam*] Post h. v. *hic* ex Plauto additur a Vertranio. *pipatu*] Aldus. *piatu* codd. *Ennii*] Apud Merulam Annal. X, 12. p. 137. ed. E. S. *Plauti*] Com. ed. Bothe T. III. p. 566. fr. 6. *gannit*] *oggannuit* coni. Scaliger. *Caecilii*] Bothe P. Sc. L. V, II. p. 150. fr. 4. *Lucilii*] haec plenius extant apud Nonium s. v. quiritare p. 21. Merc. Lucilii rel. ed. F. Dousa, VI, 3. p. 38. *eiulitabit*] Turnebus. *heilitabit* Fa. *helitabit* GH. *clitabit* b. *eiulitavit* Nonius. *eiusdem*] ex incerto Satir. libro, apud F. Dousam p. 12. fr. 99.

104. *aperta, ut*] coni. Spengelius. *aperta* coni. Augustinus, diu ante A. Kannium (Koeler Lit. crit. p. 15.). *aperiant* codd., sed de a. non constat, om. b. *Porcii*] De hoc dictum est in annot. ad V, 163. *Ennii*] ex incerta fabula. Bothe P. Sc. L. V, I. p. 69. fr. 20. De Phrygio cornu loquitur poëta. *clamore bovantes*] Haec apud Columnam et Merulam ponuntur Ann. XIV. (v. 2. p. 153. ed. E. S.) incertissima coniectura, ut multa. *pausam fecere*] Apud Merulam Annal. XVII, 10. p. 171. *aedo*] a. *edo* FHb. *haedo* G. Illud scripsit Varro, nam *edo* rusticum erat. V. V, 97. *Clamor ad caelum*] Apud Merulam Annal. VIII, 50.

Sueti* a frendice†: (82)

E frunde fritinni suaviter;*

Mati*

* * *

in Casina a fringuilla:

Quid fringutis? quid istuc tam cupide cupis?

Sueti* a volucribus*:

ita tradedeque in re neque in

Iudicium Aesopi nec theatri trittiles†.

105. In Colace: 382

Nexum ....

Nexum* Mamilius scribit, omne quod per libram et aes geritur, in quo sint mancipia. Mutius, quae per 101

p. 121. ed. E. S., ubi legitur, quod Scaliger praecepit: *Clamor it ad caelum volitatque per aethera vagor.* At nihil mutandum est, nam etiam vis illa corripiendi, qua r liquida vocales natura longas fregit, apud antiquiores haud perinde evaluerat. *Sueti**] *suet* (coniunctum cum sequ. *a*) codd. Mihi persuasi nomen poëtae hic latuisse eiusdem, de quo Charisius p. 80. P.: *ut Suecius ait in Mido* (?): *Inter se degularent omnia.* Et idem fortasse Sutrius ille comicus apud Fulgentium. *a frendice†*] codd. Potest id fuisse nomen aviculae: quanquam *ab irundine*, quod voluit Scaliger, non multum literis distat. *E*] coni. addidi. *frunde*] *fronde* G. *et*, quod post h. v. codd. addunt, expungi oportuit. *fritinni*] scripsi. *frutinni* codd. Cf. Varro ap. Nonium s. v. frigere p. 7. Merc. *Mati**] coni. et deinde plura excidisse sumpsi. *Maccius* Fa. *Mactius* GH. *Accius* b. ut videtur. De Accio multi cogitavere, sed huius praenomen fuit Lucius. Cf. ann. ad VI, 7. Hic sibi me statim assentientem haberet, qui vocabulum senario proximo explendo idoneum inde exsculperet.

E frunde frĭtinni suaviter ∪ — ∪ —.

Casina] Plauti (quod nomen addit a.) II, 3, 49. *Sueti**] Iterum hunc hominem invexi, amovens *sues*, lectionem codd. *a volucribus**] coni. *avoluerat* codd. i. e. *a volucrib. a volucri* proposuit Spengelius. *ita trade .... trittiles†*] Hos versus, qui propter verbum *tritillare* (τρίζειν), ab avibus sumptum, adscripti sunt, posui ex codd., praecipue F., fide. Emendare eos lubricum opus, cum ne sententia quidem loci perspicua sit. Aesopi iudicium, nescio, an sit illud de scurra porcelli vocem imitante et rustico, apud Phaedrum Fab. V, 5.

105. *Colace*] Plauti vel Naevii, sed ut videtur illius. V. Dübner. in N. Archivo Philol. a. 1830. N. 24. p. 186. Bothe P. Sc. L. V, II. p. 279. *Nexum*] Reliqua versus pars excidit eo quod v. nexum postea in initio explicationis a Varrone versui additae redibat. Hoc igitur v. bis ponendum erat, cum in codd. semel tantum legatur. *Mamilius*] F. *mamulius* GHa. *manilius* fort. b. Non est veri dissimile significari M' Manilium Cos. a. 605. Ictum. *Mutius*] Est Q. Scaevola Pontifex Cos. a. 659. Hunc Varro omnibus his locis, V, 83. VI, 30. et nostro, intelligit.

aes et libram fiant ut obligentur, praeter quae mancipio dentur. Hoc verius esse, ipsum verbum ostendit de quo quaerit; nam idem quod obligatur per libram
583 neque suum fit, inde **nexum** dictum. Liber qui suas operas in servitutem pro pecunia quadam debebat, dum solveret, **nexus** vocatur, ut ab aere **obaeratus**. Hoc C. Poplilio auctore* Visolo* dictatore sublatum ne fieret, ut omnis, qui bonam copiam iurarunt, ne essent nexi, sed soluti.

106. In Casina:

584 *sine amet, sine quod lubet id*
Faciat, quando tibi nil domi delicuum est.

Delicuum* dictum ab eo, quod deliquandum non sit, ut turbida quae sunt deliquantur, ut liquida fiant. Aurelius scribit **delicuum** esse ab liquido; Claudius ab eliquato. Si quis alterutrum sequi malet, habebit auctorem apud Atilium:

quae] et *dentur*] correxit Niebuhrius R. H. T. I. p. 602. ed. sec. *quam* et *detur* codd. *nexum dictum*] GHab (*nexu* b.). *nexus dictus* F. *servitutem*] GHab. *servitute* F. *quadam*] b. *quam* FGHa. Ex hac lectione ortum est additamentum: *dat*, quod codd. ignorant, ab Augustino post *debeat* (pro *debebat*) insertum. Mihi, cum illud reciperem, videbatur dici posse: operas in servitutem debere, sicut: hominem in servitutem addicere, et similia multa. *C. Poplilio auctore* Visolo* dictatore*] coni. scripsi. *C. Popilio* (*pompilio* GH. *popillo* a.) *vocare* (*vacare* a.) *Sillo* (*silla* a.) *dictatore* (*dictare* G. *dictator* a.) codd. *C. Poplilium* intelligo iuvenem illum, qui primus populum excitaverat ad nexos solvendos. Hunc Livius VIII, 28. dicit C. Publilium, Poplilium Varro dicere poterat, antiquiore nominis forma, qua Publicola Poplicola et Publilia tribus in titulis POP. et POB. dicitur. *Visolus* autem est Poetelius Libo Visolus, quem quanquam Livius anno, quo nexa solvebantur, non dictatorem, sed consulem dicit: errasse tamen eum scriptorem, et transferendam esse Poeteliam legem a consulatu (a. 424. a. u. c.) ad dictaturam Poetelii (a. 425.), persuasit mihi Niebuhrius R. H. III. p. 178. 343. Itaque in hac lectionis parte constituenda secutus sum Augustinum, qui coni.: *C. Poetilo Visolo dictatore.* *ut*] scripsi. *et* codd. *omnis*] FHab. *omnes* G. v. ann. ad V, 5. *sed soluti*] scripsi. *dissoluti* codd. nisi forte *sed* habet b. De permutatione v. *sed* et *dis* v. Praefatio.

106. *Casina*] Plauti, II, 2, 32. *Casina: sine amet*] *casinea* (*cassinea* GH. *cassines* a.) *messes* Varronis codd. Illud ex Plauto Varroni restitutum est. Librorum lectio orta ex CA(SINA)SINEAMES. *faciat*] *facias* Varronis codd. *delicuum*] Fa. *delicium* G. *delitium* H. *reliquum* b. Sic etiam infra variant libri. *Delicuum**] om. codd. *deliquium* additur vg. *sit*] b. *sunt* cett. codd. *Aurelius*] Sic, ut hic, Aurelii et Claudii, veterum grammaticorum, sententiae etiam supra

Per laetitiam liquitur animus. 385

A liquando **liquitur** fictum.

107. Multa apud poëtas reliqua esse verba, quorum origines possint dici, non dubito, ut apud Naevium in Hesiona: 6

enimvero gladii ***lingula,***

a lingua; in Clastidio:

vitulantes,

a vitula; in Dolo:

***caperata** fronte,*

a caprae fronte; in Demetrio:

VII, 70. inter se opponuntur. *malet*] ed. princ. *mallet* codd. *Atilium*] Huius duobus versibus, qui extant apud Bothium P. Sc. L. V, II. p. 36., hunc adde tertium.

Ad §. 107. et 108. multum refert scire, ex quonam poëta hic exposita petita sint. Alii a pluribus et diversis poëtis ea repetiere; ego omnia ab uno Naevio. Huius enim unius nomen a Varrone ponitur; huius erant praeter Hesionam tragoediam comoediae Clastidius (v. IX, 78.), Romulus (VII, 54.), Tarentilla (quae cur Pacuvio eripienda sit, infra dicam), Tunicularia, denique bellum Punicum, quod consulto post fabulas Naevianas ultimo loco memoratur. Neque alter demonstrari potest poëta, cuius versus hic a Varrone adhibeatur, nisi forte Turpilius, qui Demetrium fabulam scripsit. At Turpilius cum a Varrone in reliquis libris plane ignoretur, etiam hoc fragmentum Naevio cedet. Cui disputationi si forte obloqui possis, hoc tamen vincam argumento: Varronem dico, post tragoediam Hesionam, comoedias omnes ex literarum ordine disposuisse (sunt *Clastidius, Dolus, Demetrius, Lampadio, Nagido, Romulus, Stigmatias, Technicus, Tarentilla, Tunicularia*), quem ordinem sequi profecto non poterat, nisi in fabulis unius poëtae.

107. *Hesiona*] Aldus. *esiona* Fa. *esionam* GH. om. haec b. *enimvero*] F. *vero* GHa., scilicet, quia sigla v. *enim*, *n.*, proximo nomini accreverat. Apud Gellium X, 25, 3. Naevii versus sic legitur:

Sine mihi gerere morem videar lingua, verum lingula,

recte, puto, nisi quod pro *sine* scribendum existimo *ne*. Ita Telamon sive alius quis cavet, ne verbis, non gladio valere et sibi ipse placere videatur. Gellius autem cum versum accurate referre videatur: verba: *enimvero gladii*, non eo loco posita esse possunt, quo apud Varronem leguntur, sed vel sequentis versus initio superaddita erant ab ipso poëta:

Enimvero gladi,

vel ex glossemate irrepserunt. Bothe P. Sc. L. V, I. p. 85. *in Clastidio*] Bothe P. Sc. L. V, II. p. 13. *Dolo*] codd. *Duloreste* vg. lectio ab interpolatoribus inventa: cui ex loco corruptissimo Pacuvii ap. Nonium s. v. frontem p. 204. Merc. vix quidquam fidei adstrui poterit. Ceterum Scaliger etiam in Nonii libris scriptis extare: *Pacuvius in Dolo*, et sic significari *Duloresten* affirmat; et Duloresti verba a Varrone adducta tribuerunt cum multis etiam Bothe P. Sc. L. V, 1. p. 118. fr. 9. et H. Stieglitz de M. Pac. Dul. p. 94. fr. 19. cf. p. 24. 28. *Demetrio*] In

persibus,

a perite, itaque sub hoc glossema *callide* subscribunt; in Lampadione:

protinam,

386 a protinus, continuitatem significans; in Nagidone:

*clucidatus**,

suavis, tametsi a magistris accepimus mansuetum: in Romulo:

sponsus,

contra sponsum rogatus; in Stigmatia:

praebia,

a praebendo ut sit tutus, quod sint remedia in collo pueris; in Technico:

confictant,

387 a conficto convenire dictum; **108.** in Tarentilla:

*praelucidum**,

Naevianis habet Bothe P. Sc. L. V, II. p. 14. *persibus*] codd. *persicus* coni. Augustinus. Sed praestat illud, quantum nunc iudicari potest ex Festo s. v. persicus p. 118. 199. (ubi ex Plauto *persibus*, ex Naevio *persicus* adducitur), et eodem s. v. sibus p. 148. Lindem. *a perite*] disiunxit Ursinus. *aperite* codd. *Lampadione*] In Naevianis Bothe P. Sc. L. V, I. p. 16. *a protinus*] Nonius s. v. protinus p. 376. Merc. *Varro etiam de lingua Latina lib. VI. vel protinam vel protinus continuatione vel praeteritae vel futurae longitudinis dicit.* Scribe: *lib. VII.* et *de contin.* *Nagidone*] Nomen non plane certum. *NAgidone* F. *nagidione* G. *agidione* H. *agidone* a. om. b. In Naevianis Bothe P. Sc. L. V, II. p. 11. *clucidatus**] coni. Scaliger. *caudatus* b. *caudacus* cett. codd. Cf. Festus s. v. clucidatum p. 42. Lind. *Romulo*] Bothe P. Sc. L. V, II. p. 26. *sponsus*] codd. *consponsus* coni. Neukirch. de fab. togata p. 72. propter supra, VI, 70., scripta. Neque tamen idem Naevii versus tangi videtur, quanquam eadem fabula, ut opinor. *contra sponsum rogatus*] Hoc quid sit, ad superiorem locum VI, 70. explanare studui. Certe mutari non potest: *contra sponsus, rogatus*: quod volt Neukirch. p. 72. *Stigmatia*] Bothe P. Sc. L. V, II, p. 18. *sint*] vg. *sit* FGa. *si* H. *Technico*] Bothe P. Sc. L. V, II. p. 20. sed ex corruptis lectionibus. *confictant*] Turnebus. *conficiant* codd.

108. *praelucidum**] coni. *pacuvii* (*pacuvius* a.) *dum* codd. Non iurabo, me ipsum Naevii verbum repperisse, sed rationem tamen totius loci aperuisse. Nam quod vg. ponitur: *In Tarentilla Pacuvii ab luce illustre:*

id opposita fronte pugnat cum eo ordine, quem Varro in universa expositione poëticorum verborum sequitur. Deinde Tarentilla erat nota Naevii comoedia, non Pacuvii: neque unquam tragoedia sic poterat appellari; comoediam autem scripsisse Pacuvium, unus Fulgentius testis est. Non utar pluribus argumentis, cum haec sufficiant. Inter Pacuviana bis habet

ab luce illustre; in Tunicularia:

exbolās quassant,

aulas quae eiciuntur, a Graeco verbo ἐκβολὴ dictum; in bello Punico: 102

nec satis sarrare,

ab serare dictum, id est aperire; hinc etiam serae, qua remota fores panduntur.

109. Sed quod vereor ne plures sint futuri, qui 588
de hoc genere me, quod nimium multa rescripserim, (83)
reprehendant, quam quod reliquerim quaedam, accusent; ideo potius iam reprimendum quam procudendum puto esse volumen. Nemo reprehensus qui e segete ad spicilegium reliquit stipulam. Quare institutis sex libris, quemadmodum rebus Latina nomina essent imposita ad usum nostrum; e quis tres scripsi Septumio qui mihi fuit Quaestor, tris tibi quorum hic est tertius;
priores de disciplina verborum originis, posteriores de 589
verborum originibus: in illis qui ante sunt, in primo volumine est, quae dicantur, quor ἐτυμολογικὴ neque ars* sit, neque ea utilis sit; in secundo quae sint, quor et ars ea sit et utilis sit; in tertio quae forma etymologiae. **110.** In secundis tribus quos ad te misi, item generatim discretis, primum, in quo sunt origines verborum locorum et earum rerum quae in locis esse solent: secundum, quibus vocabulis tempora

Bothe P. Sc. L. V, I. p. 143. II. p. 28. *Tunicularia*] Naevii nota est comoedia. Sed Pacuvio tribuit Bothe P. Sc. L. V, 1. p. 28. *exbolas*] fort. *ecbolas*. ἐκβολή] vg. *exbole* codd. *nec satis sarrare*] codd. Idem locus ex Naevii bello Punico apud Festum p. 146. 252. Lindem. sic exhibetur: *Quod bruti nec satis sardare queunt.* Duo hinc effinguntur fragmenta in Naevii bell. Pun. ed. E. S. p. 189.

109. *quam quod reliquerim*] Aldus. *quamquam* (*qui quaedam* b.) *reliquerint* (*deliquerint* GH.) codd. *tres*] et deinde *tris*] codd. Non mutabit hoc qui legerit, etiam Virgilium duobus continuis versibus, eodem genere et casu, posuisse *tres* et *tris*. V. Gellius XIII, 20, 11. *Tris* est in Varronis libris V, 1. VI, 97. VII, 110. VIII, 24. X, 5. *quor*] scripsi. *quur* G. *cur* cett. cf. ann. ad V, 2. *ars**] coni. Spengelius. *an* codd. *quor*] *quur* GHa. *cur* cett. *utilis*] Turnebus. *illis* codd.

110. *verborum*] om. F. et b., hic plura. *parteis*] F. *partis* Ga. *partes* Hb. cf. ann. ad V, 45.

390 sint notata et eae res quae in temporibus fiunt: tertius hic, in quo a poëtis item sumpta ut illa, quae dixi in duobus libris soluta oratione. Quocirca quoniam omnis operis de lingua Latina tris feci parteis, primo quemadmodum vocabula imposita essent rebus; secundo quemadmodum ea in casus declinarentur; tertio quemadmodum coniungerentur: prima parte perpetrata, ut secundam ordiri possim, huic libro faciam finem.

M. TERENTI VARRONIS

DE LINGUA LATINA

AD CICERONEM

LIBER OCTAVUS.

1. Quom oratio natura tripartita esset, ut superiori- 1
bus libris ostendi, quoius prima pars, quemadmodum 391
vocabula rebus essent imposita; secunda, quo pacto 103 (84)
de his declinata in discrimina ierunt; tertia, ut ea 392
inter se ratione coniuncta sententiam efferant: prima parte exposita, de secunda incipiam hinc; ut propago omnis natura secunda, quod prius illud rectum, unde ea sit declinata; itaque declinatur in verbis rectum homo; obliquum hominis, quod declinatum a recto.
2. De huiusce multiplici natura discriminum rationes* sunt hae: quor et quo, et quemadmodum in loquendo declinata sunt verba. De quibus duo prima duabus causis percurram breviter: quod et tum cum de copia verborum scribam, erit retractandum; et quod et, de tribus tertium quod est, habet suas permultas ac magnas partes.

3. Declinatio inducta in sermones non solum La- 2
tinos, sed omnium hominum, utili et necessaria de

1. *ierunt*] codd. nisi quod *gerunt* b. *ierint* Scioppius. Sed quae eum offenderat inaequalitas modorum, ea Varroni conveniens est. V. ann. ad VI, 82.

2. *rationes**] coni. *orae* codd. quod ortum putavi ex roes. *quor*] *quur* G. *cur* cett. *cum*] *quom* H. solus. cf. ann. ad V, 91.

395 causa: nisi enim ita esset factum, neque discere tan-
104 tum numerum verborum possemus; infinitae enim sunt
naturae, in quas ea declinantur: neque quae didicissemus, ex his, quae inter se rerum cognatio esset, appareret. At nunc ideo videmus, quod simile est, quod propagatum. **Legi** ubi declinatum est a **lego***, duo simul apparent, quodammodo eadem dici et non eodem tempore factum: at si verbi gratia alterum horum diceretur **Priamus**, alterum **Hecuba**; nullam unitatem adsignificaret, quae apparet in **lego** et **legi** et in
(85) **Priamus** et **Priamo**. 4. Ut in hominibus quaedam sunt agnationes ac gentilitates, sic in verbis: ut enim ab Aemilio homines orti Aemilii, ac gentiles; sic ab **Aemilii** nomine declinatae voces in gentilitate nominali; ab eo enim, quod est impositum recto casu
394 **Aemilius**, orta **Aemilii**, Aemilium, Aemilios, Aemiliorum; et sic reliqua, eiusdem quae sunt stirpis. 5. Duo igitur omnino verborum principia, impositio et declinatio*; alterum ut fons, alterum ut rivus. Impositicia nomina esse voluerunt quam paucissima, quo citius ediscere possent: declinata quam plurima, quo facilius omnes, quibus ad usum opus essent, dicerent. 6. Ad illud genus quod prius, historia opus est; nisi

3. *discere*] coni. scripsi. *dicere* codd. Hoc falsum, nam ex viginti quattuor elementis etiam plura quam extant vocabula polysyllaba fingi poterant. Illud quod posui verissimum, nam quis addisceret hanc verborum multitudinem, nisi in stirpes et cognationes distributa esset? Eadem vocabula etiam in proximis §§. in codd. saepius permutata sunt. *Legi ubi*] coni. scripsi. *legium* GHa. *legi ut* F., sicut vg. om. b. Etiam interpunctionem mutavi, cum ὑποστιγμῇ tantum haec a proximis distinguerentur. *a lego**] additur in cod. B. et vg. om. cett. codd. *at*] coni. scripsi. *ut* codd. *et legi*] Fa. *et* om. GHb. *et Priamo*] GH. *priamo* ab. *priami* F. et vg.

4. *agnationes*] GH. *agnaationes* a. *ad gnaciones* b. *cognationes* F. ut vg. *ac*] scripsi, suadente Spengelio. *ad* FGab. *et* H. ut vg. *Aemilio*] Ga. *emilio* FHb. et sic in seqq. *Aimilio* factitia est lectio. *reliqua*] G. ut vg. *reliquae* cett. codd.

5. *et declinatio**] addidi suadente Spengelio. om. codd. Vg. hic locus sic refictus est: *impositiciorum et declinatorum.* *quam paucissima*] *perpaucissima* GH. minus commode. *dicerent*] edd. Venetae. *dicerentur* FGHb. *discerentur* a. *discerent* vg. Sed h. l. sensus illud flagitat.

6. *historia*] i. e. ἱστορίῃ sensu Herodoteo. Nos diceremus: *empi-*

descendendo enim, aliter id non pervenit ad nos: ad reliquom genus quod posterius, ars; ad quam opus 595
est paucis praeceptis, quae sunt brevia. Qua enim ratione in uno vocabulo declinare didiceris, in infinito numero nominum uti possis: itaque novis nominibus allatis in consuetudinem, sine dubitatione eorum decli- 105
natus statim omnis dicit populus; etiam novicii servi empti in magna familia cito omnium conservorum nominis recto casu accepto in reliquos obliquos declinant.
7. Qui si nonnunquam offendunt, non est mirum: 596
etenim illi qui primi nomina imposuerunt rebus, fortasse an in quibusdam sint lapsi; voluisse enim putant singularis res notare, ut ex his in multitudinem declinaretur, ab h o m i n e h o m i n e s; sic mares liberos voluisse notari, ut ex his feminae declinarentur, ut est ab T e r e n t i o T e r e n t i a; sic in recto casu quas imponerent voces, ut illinc essent futurae quae declinarentur: sed haec in omnibus tenere nequisse, quod et unae dicuntur s c o p a e, et mas et femina a q u i l a, et recto et obliquo vocabulo v i s. 8. Quor haec non 597
tam sint in culpa, quam putant, pleraque solvere non difficile, sed nunc non necesse; non enim quid potuerint adsequi, sed quid voluerint, ad hoc quod propositum, refert, quod nihilo minus declinari potest (86)
ab eo quod imposuerunt scopae, scopa, quam si imposuissent scopa, ab eo scopae; sic alia.

9. Causa, inquam, quor * ab impositis nominibus 3

ria. memoria Henr. Stephanus incaute. *reliquom*] *reliquum* codd. *declinatus*] vg. *declinat* GHab. *declinamus* F. *novicii servi*] De his cf. Digest. XXI, 1. l. 37. 65. §. 2. *nominis*] coni. Spengelius. *nomina* coni. Augustinus. *omnis* Fb. *omnes* GHa.

7. *Qui si*] Aldus. *quis* codd. *illi*] Aldus. *illa* codd. *ab Terentio*] *ab* Fa. *a* GH. cf. annot. ad V, 30. *unae*] coni. scripsi. *una et* codd. sine sensu. Hoc enim dicit scriptor, vocem scopae non ex singulari flecti in multitudinis numerum, sed unas dici scopas. Idem Varro dixerat X, 24., modo locus integer superesset. De confusis *una et* et *unae* v. Praefatio. *vis*] Probus, II, 1. p. 132. Lindem., cum ex Terentio Varrone *hae vis* affert, alio loco utitur.

8. *quid*] utroque loco posui ex coni. Scioppii. *qui* codd. *quod* vg.

9. *quor**] *quur* Ha. *cur* cett. Post haec addit cod. B.: *eas*

398 declinarint, ea est* quam ostendi. Sequitur, in quae
voluerint declinari aut noluerint, ut generatim ac summatim, item in formis. Duo enim genera verborum: unum fecundum, quod declinando multas ex se parit disparilis formas, ut est lego, legis, legam, sic alia: alterum genus sterile, quod ex se parit nihil, ut est etiam, vix, cras, magis, quor. 10. Quarum rerum usus erat simplex, simplex* ibi etiam vocabuli declinatus, ut in qua domo unus servus, uno
399 servili opust nomine; in qua multi, pluribus. Igitur
106 et in his rebus, quae verba* sunt et* nomina, quod discrimina vocis plura, propagines plures; et in his rebus, quae copulae sunt ac iungunt verba, quod non opus fuit declinari in plura, fere singula sunt: uno enim loro alligare possis vel hominem vel equom vel aliud quod, quicquid est quod cum altero potest alligari. Sic quod dicimus in loquendo, Consul fuit Tullius et Antonius: eodem illo et omnis binos consules
400 colligare possumus, vel dicam amplius, omnia nomina,

voces quae descendunt a recto caussa est, *cur*, quae ad sensum non solum supervacanea sunt, sed eum etiam pessumdant. Scriptor enim nihil volt, nisi ut se demonstrasse dicat, cur declinetur. V. §. 2. Boni libri addunt *eas* (*eam* Ga.), quod etiam delendum erat, vel potius mutandum in *ea est** et transponendum post v. *declinarint*, sicut feci. *in quae*] coni. scripsi. *in quas* codd. *in queis* vg. *inde*, *quas* Spengelius, non recte: nam, quo declinetur, id est in quae formarum genera, nunc demonstraturus est scriptor. Cf. §. 2. *fecundum*] a. ut videtur, sicut Rholandellus. *ferundum* cett. codd. *legis*] *legi* Spengel. Emend. p. 12. Retinui illud ut non minus aptum et fortasse etiam aptius ad Varronis mentem. *quor*] *quur* a. *cur* cett.

10. *simplex**] addidit Scioppius. om. codd. *servili opust*] scripsi. *servilio post* codd. *solum opust* Scioppius. *servili opus est* Spengelius. Sed ex codd. lectione intelligitur, Varronem *opust* scripsisse, exemplo Comicorum. Atque notum, hoc elisionis genus in antiquis titulis et Ciceronis quoque optimis libris inveniri. Diversum id est ab illo genere *bonum'st* et *dividiae'st*, et comparandum potius cum *erepsemus* et *discessem* et aliis propter fugam sibili iterati in hominum sermonem invectis. *qua*] vg. *quam* codd., sed de a. ad p. 399. Speng. nihil relatum est. *quae verba**] coni. *quorum* codd. *quarum* Vertranius. *quae* Spengelius Emend. p. 12. Sed *verba* omitti vix potuisse monstrant, quae infra eadem §. leguntur. *et**] addendum erat eadem de causa. *iungunt*] coni. scripsi. *iunguntur* F. *coniunguntur* GH. *heis iunguntur* vg. Post h. v. sustuli ὑποστιγμὴν, cum *fere singula sunt* sine definito subiecto dici posse videretur. *colligare*] vg. *colligere* codd. *alligare* coni. Spengelius l. l. propter Varronis in vocabulorum delectu constan-

atque ideo etiam omnia verba; cum fulmentum* ex una syllaba, illud e t, maneat unum. Quare duce natura, *institutum est*, ut* quae imposita essent vocabula rebus, ne ab omnibus his declinatus putarent.

11. Quorum generum declinationes oriuntur, par- 4
tes orationis sunt duae, si, item ut Dion, in tris diviserimus partes res, quae verbis significantur: unam, quae adsignificat cassus: alteram, quae tempora: tertiam, quae neutrum. De his Aristoteles orationis duas partes 401
esse dicit, vocabula et verba, ut homo et equos, et legit et currit. **12.** Utriusque generis et vocabuli et verbi quaedam priora, quaedam posteriora; priora, ut homo, scribit, posteriora, ut doctus et docte; dicitur enim homo doctus, et scribit docte. Haec sequitur et locus et tempus, quod neque homo, nec scribit potest sine loco et tempore (87)
esse: ita ut magis sit locus homini coniunctus, tempus scriptioni. **13.** Quom de his nomen sit primum

tiam. *uel*] *ut* coni. Spengelius l. l. *fulmentum**] coni. *fulmen tunc* (*tum* G.) codd. *fulcimentum* coni. Spengelius l. l., sed etiam minori mutatione opus erat. **institutum est**] coni. addidi, quanquam in codd. nullum lacunae vestigium, nisi quod in G. post v. *unum* unius et dimidii versus spatium relictum est. Vg. post *rebus* interponitur: *Multa desunt*, quod incommode inferri vidit Spengelius Emend. Varr. p. 13. *ut**] coni. *si* codd. *ut . . ne* nunc legitur etiam VII, 105.

11. *Quorum generum*] vg. *quarum generum* codd. *quarum rerum* Spengelius l. l., quod minus probo. Nam antea Varro ex rebus quae significantur, quam esse oporteat vocabulorum naturam, demonstraverat: nunc de vocabulorum generibus loquitur. Ceterum idem V. D. post *oriuntur* non τελείᾳ στιγμῇ orationem esse distinguendam, rectissime intellexit. *oriuntur*] vg. *oriantur* codd. *Dion*] Stoicusne hic an Academicus? Utriusque meminit Cicero. *unam*] cod. B. *unum* meliores codd. *cassus*] scripsi, monente Spengelio p. LXVI. *capus* codd. *casus* vg. Ciceronis temporibus *cassus* et *caussa* et multa similiter scripta esse, docet Quintil. Inst. I, 7. cf. infra §. 39. *alteram*] cod. B. *alterum* meliores codd. *tertiam*] scripsi. *tertia* codd. *Aristotelem duas orationis partes* statuere, Varro non satis accurate scribit, cum tripartitam eius divisionem fuisse Dionysius et Quintilianus affirment, et quadripartitae in operibus ipsius vestigia sint, quae notavit (nostro loco neglecto) Io. Classen de grammat. Graecae primordiis pag. 52. sqq. *equos*] *equus* codd. ut §. 10. *equum*.

12. *Haec sequitur*] i. e. artissime cum iis coniunctum est. Cf. V, 94.

13. *Quom*] Hanc periodum aliter interpungendo constitui ac priores. Nam hi ὑποστιγμὴν posuerant post *scriptioni*, τελείαν autem post

(prius enim nomen est, quam verbum temporale; et
reliqua posterius, quam nomen et verbum: prima igitur
107 nomina): quare de eorum declinatione, quam de ver-
borum, ante dicam.
14. Nomina declinantur aut in earum rerum discri-
mina, quarum nomina sunt, ut a Terentius, Terenti:
aut in eas res extrinsecus, quarum ea nomina non
402 sunt, ut ab equo equiso. In sua discrimina decli-
nantur aut propter ipsius rei naturam, de quo dicitur,
aut propter illius, qui dicit. Propter ipsius rei discri-
mina aut ab toto, *aut a parte. Ab toto*, ut ab ho-
mine homunculus, ab capite capitulum: propter
multitudinem, ut ab homine homines; ab eo, quod
alii dicunt, cervices, * id Ortensius in poëmatis cer-
vix. **15.** Quae a parte declinata, aut a corpore,
ut a mamma mammosae, a manu manubria: aut
403 ab animo, ut a prudentia prudens, ab ingenio in-
geniosi. Haec sine agitationibus; at ubi motus maio-
res, item ab animo, ut ab strenuitate et nobilitate,
strenui et nobiles. Sic a pugnando et currendo
pugiles et cursores. Ut aliae declinationes ab
animo, aliae a corpore: sic aliae, quae extra hominem,
ut pecuniosi, agrarii, quod foris pecunia et ager.

primum et ante *prima*, neque parentheticam orationis formam indicaverant. *quare*] Non vereor, ne quis fallatur anacoluthiae notissimo genere, ubi post parenthesin apodosis mutatur in additamentum relativum. Nostri loci apud Varronem plane geminus alter X, 1. *Cum ab his ratio, quae ab similitudine oriretur, vocaretur analogia, reliqua pars appellaretur anomalia (de qua re primo libro dixi* etc.)*: quarum rerum quod nec fundamenta, ut debuit, posita ab ullo* etc.

14. *Terenti*] Fa. *Terentii* GH. *eas*] vg. *ea* codd. *de quo*] eodem iure post feminini generis vocabulum ponitur, quo post pluralem numerum adhibetur. V. ann. ad V, 108. VI, 39. *ab toto*] FHa. *a toto* G. **aut a parte. Ab toto**] vg. Haec addenda esse viderunt interpolatores; nam in codd. ea desunt. *ab capite*] FHa. *a capite* G. Illud Varronem scripsisse, aegre mihi persuadeo. **id*] *et id* codd. Prius v., ab aliis iam notatum, omisi. *Ortensius*] Fa. *Hortensius* GH. et infra X, 78. codd. omnes. Illud concinit cum lectione *orti* V, 103. Cf. praeter ea, quae ad V, 97. annotata sunt, *asta* V, 115. *umerus* VII, 50. *cervix*] cf. X, 78. Id iam ante Hortensium poëtas scribere ausos esse, monuit Zumptius in Annal. Berolin. a. 1827. p. 1518. Hortensium autem, Varro dicit, *cervix* declinasse a *cervices*, ut supra §. 8. scripserat a *scopae* declinari posse *scopa*.

15. *quod foris*] cf. §. 19.

16. Propter eorum qui dicunt, sunt declinati 6
casus, uti is qui de altero diceret, distinguere posset,
quom vocaret, quom daret, quom accusaret: sic alia
eiusdemmodi* discrimina, quae nos et Graecos ad decli-
nandum duxerunt. Sine controversia sunt quinque.
Quis vocetur, ut **Hercules**; quemadmodum vocetur, 404
ut **Hercule**; quo vocetur, ut ad **Herculem***; quoi
vocetur, ut **Herculi**; quoius vocetur, ut **Herculis**.
17. Propter ea verba quae erant proinde* cognomi- 7
nata, ut **prudens**, **candidus**, **strenuus**, quod 108
in his praeterea sunt discrimina propter incrementum,
quod maius vel minus in his esse potest, accessit decli-
nationum genus, ut a **candido**, **candidius**, **candi-
dissimum**: sic a **longo**, **divite**, id genus aliis, 405
ut fieret.

18. Quae in eas res, quae extrinsecus, declinan-
tur, sunt ab equo **equile**, ab ovibus **ovile**, sic alia (88)
(haec contraria illis quae supra dicta, ut a pecunia
pecuniosus, ab urbe **urbanus**, ab atro **atratus**);
ut nonnunquam ab homine locus, ab eo loco homo,
ut ab Romulo **Roma**, ab Roma **Romanus**. **19.**
Aliquot modis declinata ea quae foris; nam aliter qui
a maioribus suis, **Latonius** et **Priamidae**: aliter
quae a facto, ut a praedando **praeda**, a merendo
merces. Sic alia sunt, quae circum ire non difficile;
sed quod genus iam videtur, et alia urgent, omitto.

16. *dicunt*] scripsi. *dicuntur* codd. *dicunt usum* coni. Vertranius, non male. Sed putavi ex eo orationis membro, cui hoc respondet, huc trahi posse v. *discrimina*. Ellipses non minus durae inveniuntur V, 128. 180. *eiusdemmodi**] coni. *eiusdem* codd., puto, propter compendium non recte intellectum. Cf. Praefatio. *quinque*] cod. B. ed. princ. *quiquae* FH. *qui. que* G. *qui. quae* a. *Herculem**;] Sustuli h. l. haec, quae in omnibus codd. sunt: *a quo vocetur ut ab Hercule.* Quae proximis de quinque casibus dictis plane contradicere, intellexerunt etiam docti viri, quorum manum agnoscimus in cod. B. ed. princ.

17. *proinde**] Post h. v. delevi *ac*, quod est in F., vel *ut*, quod habent GHa. In his deinde est *cognomina*.

18. (*haec .... atratus*)] His parentheseos signis loci intellectum omni difficultate expediri putavi. *ab R.*] priore loco *a* codd., altero *ab* H. *a* cett.

19. *Latonius*] vg. *Latonus* F. *latonum* H. *Laton* G. *latony* a. *a facto*] vg. *a* om. codd. *quod genus iam videtur*] i. e.

8 **20.** In verborum genere quae tempora adsignificant, quod ea erant tria, praeteritum, praesens, futurum: declinatio facienda fuit triplex, ut saluto, sa-
406 lutabam, salutabo: quom item personarum natura triplex esset, qui loqueretur, ad quem*, de quo: haec ab eodem verbo declinata; quae in copia verborum explicabuntur.

9 **21.** Quoniam dictum de duobus, declinatio* quor et in qua sit forma: tertium quod relinquitur, quemadmodum, nunc dicetur. Declinationum genera sunt duo, voluntarium, et naturale. Voluntarium est, quo, ut quoiusque tulit voluntas, declinavit. Sic tres quom emerunt Ephesi singulos servos, nonnunquam alius declinat nomen ab eo, qui vendit Artemidorus, atque Artemidorum sive* Artemam appellat: alius a
407 regione quod ibi emit, ab Ionia, Iona; alius quod
109 Ephesi, Ephesium; sic alius ab alia aliqua re, ut visum est. **22.** Contra naturalem declinationem dico, quae non a singulorum oritur voluntate, sed a communi consensu. Itaque omnes, impositis nominibus, eorum item declinant casus, atque eodem modo dicunt huius Artemidori, et huius Ionis, et huius Ephesii: sic in casibus aliis. **23.** Cum utrumque nonnunquam accidat, et ut in voluntaria declinatione animad-

quod ratio totius generis iam intelligitur. Mutatione a Koelero Lit. crit. p. 16. proposita non est opus.

20. *futurum*] F. *et futurum* GHa. *ad quem**] om. codd. Vg. haec verba post *de quo* adduntur, minus apte.

21. *duobus*] scripsi. *duabus* codd. *declinatio**] coni. *declinationibus* codd. Illud sensu flagitari, facile intelligitur. Cf. §. 2. 9. et argumentorum conspectum. *quor*] *quur* G. *cur* cett. *forma*] vg. *fama* codd. Cf. §. 9. *Voluntarium*] Cf. de hoc discrimine IX, 34. X, 15. *qui vendit Artemidorus*] nulla distinctione scripsi, ut attractione quadam nominativum poni appareret. *Artemidorum sive Artemam*] scripsi. *Artemidorum* Fa. *Artemam* GH. Haec cum forma sit, qua in quotidiana vita Artemidorus appellabatur, ut Zenodorus Zenas, Epaphroditus Epaphras, et sic multi: temere et casu factum esse, ut ea in bonis libris extet, persuadere mihi non potui. Illud autem nomen propter ea, quae infra §. 22. leguntur, deesse non potest. Itaque utrumque ponendum erat. *Iona*] H. *Ionam* Fa. *Ionem* G. Cf. *Diona* et *Theona* VIII, 41. IX, 42.

22. *Ionis*] Fa. *Ioni* GH.

vertatur natura, et in naturali voluntas (quae quoiusmodi sint, aperietur infra), quod utraque declinatione alia fiunt similia, alia dissimilia: de eo Graeci Latini- 408
que libros fecerunt multos; partim quom alii putarent in loquendo ea verba sequi oportere, quae a similibus similiter essent declinata, quas appellarunt ἀναλογίας:
alii cum id neglegendum putarent ac potius sequendam (89)
dissimilitudinem, quae in consuetudine est, quam vocant ἀνωμαλίαν: cum, ut ego arbitror, utrumque sit nobis sequendum; quod in declinatione voluntaria sit anomalia, in naturali magis analogia. **24.** De quibus utriusque generis declinationibus libros faciam bis
ternos: prioris tris de earum declinationum disciplina; 409
posterioris, ex eius disciplinae propaginibus. De prioribus primus erit hic: quae contra similitudinem declinationum dicantur; secundus, quae contra dissimilitudinem; tertius de similitudinum forma. De quibus quae expediero, singulis tribus; tum de alteris totidem scribere ac dividere incipiamus.

25. Incipiam, quod huiusce libri est, dicere 10
contra eos qui similitudinem secuntur: quae est, ut in
aetate puer ad senem, puella ad anum, in verbis, ut 110
est scribo scribam, dico dicam. Prius contra univer-
sam analogiam; dein tum de singulis partibus a natura 410
sermonis incipiam.

23. *et ut*] *ut et* coni. Spengelius. Neque tamen displicet leve illud anacoluthon, quod est in *et ut*, et sequenti *et*. Facile enim *ut* secundo membro cogitatione adiicitur. Similiter in proximis particulas *partim quom* in priore membro sequitur *cum* in secundo. *infra*] V. X, 15. 16. *ἀνωμαλίαν*] scripsi. *ΑωΜΑΕΝΑΝ* F. lacuna in G. om. H. de a. non constat. *ἀνομαλίαν* vg.

24. *prioris* et *posterioris*] codd. idque, quanquam anomalum, ex codd. fide posui, sicut *maioris* IX, 16. et *uxoris* IX, 46., cum etiam *facilioreis* et *sanctioreis* a Caecilio scriptum esse, Sosipatrum Charisium I. p.104. P. testem habeamus. Neque minus offendit PPAECONEIS in titulo apud Haubold. Monum. Legal. XIV. *de similitudinum forma*] Explicantur haec iis, quae X, 2. leguntur. *expediero*] scripsi. *experiero* codd., quod, quanquam excusatum quodammodo annot. VI, 56., nunc tamen nimis absonum videtur. *expedierim* coni. Scioppius.

25. *secuntur*] Ga. *sequuntur* cett. *dein tum*] FGa. *deinde tum* H. cf. *deinde tum* VI, 42. et quae de *post deinde* annotavit Schrader. ad Iustin. Institut. I, 1, 2. p. 17.

11 26. Omnis oratio cum debeat dirigi ad utilitatem,
ad quam tum denique pervenit, si est aperta et brevis
(quae petimus, quod obscurus et longus orator est
odio); et cum efficiat aperta, ut intellegatur; brevis,
ut et cito intellegatur; et apertam consuetudo, brevem
411 temperantia loquentis; et utrumque fieri possit sine
analogia: nihil ea opus est. Neque enim, utrum Her-
culi an Herculis clavam dici oporteat, si doceat analo-
gia, quom utrumque sit in consuetudine, non negle-
12 gendum, quod aeque sunt et brevia et aperta. 27.
Praeterea, quoius* utilitatis causa quaeque res sit in-
venta, si ex ea quis id sit consecutus, amplius ea
scrutari quom sit nimium otiosi, et cum utilitatis causa
verba ideo sint imposita rebus, ut ea significent, si id
consequimur una consuetudine, nihil prodest analogia.

412 28. Accedit, quod, quaecunque usus causa ad
13 vitam sint assumpta, in his necesse* utilitatem quaerere,
non similitudinem; itaque in vestitu quom dissimillima
sit virilis toga tunicae, muliebris stola pallio; tamen
14 inaequabilitatem hanc sequimur nihilo minus. 29.
(90) In aedificiis, quom non videamus habere atrium ad

26. *obscurus et longus*] Aldus. *obscurum et longi* F. cett. codd. om. verba inter prius et alterum *brevis* posita. *ut et*] scripsi suadente Spengelio. *et* codd. *ut* Aldus. *Et* pro *etiam* V, 126. VI, 55. VII, 52. *apertam*] vg. *aperta* codd. *Herculi*] V. de hac genitivi forma, quae ex Aeolica *Σωκράτου*, *Σοφοκλέου* procreata esse dicitur, atque in bonis Ciceronis libris plerumque observatur, praeter Schneiderum Gramm. Lat. II. p. 163., Heinrichius ann. ad Cicer. de R. P. p. 170. et Ellendtius ad Cicer. Brutum 8, 29. *quod*] vg. *sunt quod* codd.

27. *quoius**] scripsi. *quod ius* (*vis* H. *his* F.) codd. *quom* coni. Augustinus. *quor si* coni. Spengelius. Structura cum ex Varronis more relativis et conditionalibus membris antepositis et inaequali relativorum et demonstrativorum pronominum iunctura implicatior esset, sic mihi videbatur esse expedienda. Cuius usus causa quaeque res inventa est, hanc si quis ex ea re consecutus est, amplius ea scrutari, nimis otiosi hominis est. Atque verborum impositionis hic usus est, ut ea significent res. Hunc igitur verborum usum si una consuetudine consequimur, verba qua lege imposita sint, scrutari inutile est. Hic si ordo est sententiarum, post v. *otiosi* interrogandi signo nullus locus est.

28. *quod*] *ut* GH. *usus*] *usuis* a Varrone scriptum esse cur statuamus, dictum est in Praefatione. *necesse**] scripsi, id quod inter alia proposuit Spengelius. *non* codd. Cf. IX, 48. *tunicae*] vg. *tunica* codd. *muliebris*] Gisb. Cuperus. *muliebri* codd. *sequimur*] vg. *sequitur* codd.

περίστυλον similitudinem, et cubiculum ad equile: *tamen propter utilitatem in his dissimilitudines potius quam 413
similitudines sequimur; itaque et hiberna triclinia et aestiva non item valvata ac fenestrata facimus. **30.**
Quare quom ut in vestitu, aedificiis, sic in supellectile, 15
cibo, ceterisque omnibus quae usu ad vitam sunt as- 111
sumpta, dominetur inaequabilitas: in sermone quoque, qui est usus causa constitutus, ea non repudianda.

31. Quod si quis duplicem putat esse summam, 16
ad quas metas naturae sit perveniendum in usu, utilitatis et elegantiae; quod non solum vestiti esse volu- 414
mus ut vitemus frigus, sed etiam ut videamur vestiti esse honeste; non domum habere ut simus in tecto et tuto solum, quo necessitas contruserit, sed etiam ubi voluptas retinere possit; non solum vasa ad victum habilia, sed etiam figura bella atque ab artifice (quod aliud homini, aliud humanitati satis est; quodvis sitienti poculum homini idoneum, humanitati, nisi bellum, parum); sed cum discessum est ab utilitate ad voluptatem: tamen in eo ex dissimilitudine plus voluptatis, quam ex similitudine, saepe capitur. **32.** Quo

29. *quom*] scripsi. *quod* codd. *quid?* coni. Augustinus. *quod quom* proponit Spengelius. *videamus*] GHa. *videmus* F. *ad**] addidi. Peristylum ab atrio differre, Vitruvius et quaevis domus Pompeiana ostendunt. Similiter Spengelius. **tamen*] coni. scripsi. *quod tamen* codd. *sequimur*] scripsi. *sequamur* codd. Non diffiteor, hanc et proximam correctionem mihi displicere, modo praestabilior ad manus esset. Nunc posui quod sensui et orationis formae non disconvenit.

30. *usu*] vg. *usus* codd., unde Spengelius emend. Varr. p. 10. reponi volt *usuis causa.* Ego satis habeo annotare, *usu* esse dativo casu dictum.

31. *quo*] quidam apud Augustinum. *quod* codd. *retinere*] coni. *retineri* codd. *artifice*] Post h. v. in FG. parva est lacuna, ita ut deesse aliquid scribae suspicati esse videantur. Atque deesse apodosin censet etiam Spengelius. Attamen, si ea verba, quae parentheseos signis inclusi, tanquam argumentum prioribus additum habentur, atque particulae *sed* potestas, sermonem ad superiora revocandi, tribuitur, quam epanalepticam potestatem Graecorum *ἀλλά* et Latinorum *sed* saepe exercent: omnia sic recte et ex ordine disputata apparebunt. Si quis praeter utilitatem etiam elegantiam postulat, quod in vestitu, aedificiis, supellectile non solum quod necesse sit, sed etiam quod placeat, desideramus — aliud enim hominis corpori, aliud animo ad humanitatem exculto satisfacit — si quis igitur ab utilitate ad voluptatem discedit: tamen etiam sic anomaliae praestabit analogia. *nisi*] vg. *si* codd. *est*] vg. *et* codd.

nomine et gemina conclavia dissimiliter poliunt*, et
415 lectos non omneis paris magnitudine ac figura faciunt. Quod si esset analogia petenda supellectili, omnes lectos haberemus domi ad unam formam, et aut cum fulcro, aut sine eo, nec, cum ad tricliniarem gradum, *item ad cubicularem: neque potius delectaremur supellectile, distincta quae esset ex ebore, aliisque rebus disparibus figuris, quam grabatis, qui ἀνὰ λόγον* ad similem formam plerumque eadem materia fiunt. Quare aut negandum, nobis disparia esse iucunda; aut quoniam
416 necesse est confiteri, dicendum, verborum dissimilitudinem quae sit in consuetudine, non esse vitandam.

17 33. Quod si analogia sequenda est nobis: aut ea
112 nobis observanda est quae est in consuetudine, aut
(91) quae non est. Si ea quae est sequenda est: praeceptis nihil opus est, quod, quom consuetudinem sequamur, ea nos sequetur; si, quae non est in consuetudine, quaeremus: ut quisque duo verba in quattuor formis finxerit similiter, quamvis haec nolemus, tamen erunt sequenda, ut Iuppitri, Marspitrem, quas si quis servet
417 analogias, pro insano sit reprehendendus. Non ergo ea est sequenda.

18 34. Quod si oportet ita esse, ut a similibus similiter omnia declinentur verba, sequitur, ut ab dissimi-

32. *poliunt**] coni. *pollent* codd. Politionem dici tectorium opus diligentius paratum, ex Vitruvio notum. Et v. ipse Varro de R. R. I, 2. III, 2. Nunc video h. l. iam fuisse emendatum, sed non recte explicatum, a Koelero Lit. crit. p. 17. *omneis*] F. *omnis* a. *omnes* cett. Alias reperitur *omnis*, velut IX, 101. 111., sed *omneis* etiam V, 65. Contra *pareis* legitur IX, 47. *si esset*] vg. *essent* codd. *nec cum*] FGa. *nec tum* H. Illud recte dictum, eodem elliptico dicendi genere, cuius multa sunt apud Varronem exempla. Cum ad tricliniarem gradum, id est ad altitudinem qua in tricliniis opus, lectos habeamus, non haberemus alia ad cubicularem gradum facta, si esset analogia. **item*] scripsi. *non item* codd. *nunc item* coni. Spengelius. ἀνὰ λόγον*] scripsi. *analogon* codd. Illud a Platone dici constat, idque etiam Graecorum scriptorum fortasse pluribus locis reddendum est.

33. *sequamur*] F. *sequimur* a. *sequemur* G. et H. ut videtur. *finxerit*] Vertranius, Scioppius. *finxerunt* (*fixerunt* a.) codd. Id recepissem, si *quisque* h. l. idem valeret quod *omnes*. *Iuppitri*] Spengelius. *iupitri* a. *Iuppiti* F. *iupiter* G. *Iuppi* H.

34. *ita esse*] coni. *id est* F. *idem* GHa. *dissimilibus*] coni.

libus dissimilia debeant fingi, quod non fit: nam et a similibus alia fiunt similia, alia dissimilia; et ab dissimilibus partim similia, partim dissimilia. Ab similibus similia, ut a bono et malo, bonum, malum. A similibus dissimilia, ut ab lupus, lepus; lupo, lepori. Contra ab dissimilibus dissimilia, ut Priamus, Paris: Priamo, Pari. Ab dissimilibus similia, ut Iuppiter, ovis, et Iovi, ovi. 35. 418
Eo etiam magis ἀναλογικῶς *non solum a similibus* dissimilia finguntur, sed etiam ab isdem vocabulis dissimilia; neque a dissimilibus similia, sed etiam eadem ab dissimilibus* vocabulis fingi apparet; quod cum duae sint Albae, ab una dicuntur Albani, ab altera Albenses; quom trinae fuerint Athenae, ab una dicti Athenaei, ab altera Athenaeis, a tertia Athenaeopolitae. 36. Sic ex diversis verbis multa facta in declinando inveniuntur eadem: ut quom dico ab Saturni Lua Luam, et * ab luo, luam. Omnia fere nostra nomina virilia* et muliebria multitudinis, 419

Spengelius. *his similibus* codd., sed de a. nihil relatum est. *et a*] vg. *et* codd., sed de a. etiam h: l. res incerta. *contra*] vg. *contraria* codd. (etiam a., ut puto).

35. *ἀναλογικῶς*] vg. *analogias* codd. **non solum a similibus**] coni. addidi, disputationis ratione permotus. *isdem*] scripsi. *hisdem* codd. Cf. annot. ad V, 13. 57. VII, 8. *dissimilibus* vocabulis*] coni. scripsi, ea necessitate, quae est in sententiarum nexu, coactus. *hisdem vocabulis dissimilia* codd., quo nihil est perversius. *ab altera Albenses*] ab Alba Fucente. V. Charisius I. p. 81. P. et Argum. l. IX. *Athenaeis*] scripsi. *Athenaiis* F. *athena iis* a. *Athenaus* GH. *Athenienses* coni. Pius, idque vg. receptum. Quod posui, Ἀθηναεῖς, unius ex quinque oppidis, quae Athenas dictas esse Stephan. Byz. scribit, cives significasse puto, fortasse Athenaei s. Minervae Castri in Italia, nam forma Ἀθηναεὺς rectius ab Ἀθηναίῳ quam ab Ἀθήναις derivari potest. Sic ut a. l. *Athenaeis*, supra V, 53. *Palantieis* scripsi.

36. *Sic*] *Sed* G. *Lua Luam, et * ab luo luam*] coni. scripsi. *luo* (*lui* GHa.) *luam et a* (*ab* H.) *solvendo abluo abluam* codd.: quorum in lectione *a solvendo* ex glossemate ad verbum *luo* adscripto, et *abluam* ex vv. *ab lua* perperam coniunctis orta sunt. Lua Romanorum dea iam Spengelio se obtulerat; hinc Al. Th. Suerdsioeus Vindic. praec. Bentleiani p. 26. reposuit: *Lua Luam, et a solvendi verbo luo luam*, illud rectissime, posterius minus recte, nam vv. *ab luo* in antiquissimis fuisse codd., ex iis quae dixi intelligitur. *Luam Saturni* scriptum erat in antiqua precatione, quam exposuit Gellius XIII, 22.; et extat de matre Lua libellus Tobiae Hempelii, editus Zwiccaviae 1805. *nomina*] coni. Spengelius. *omnia* codd. *virilia**] coni. Scaliger. *liberalia* codd.

quom recto casu fiunt, dissimilia, eum dandi, eadem*: dissimilia, ut mares Terentiei, feminae Terentiae;
113 eadem in dandi, viris Terentieis, et mulieribus Terentieis. Dissimile Plautus et Plautius, et commune Luci* Plauti et Marci Plauti.

19 37. Denique si est analogia, quod in multis verbis est similitudo verborum: sequitur, quod in pluribus
420 est dissimilitudo, ut non sit in sermone sequenda ana-
20 logia. 38. Postremo, si est in oratione, aut in omnibus eius partibus est aut in aliqua*; et in omnibus non est, in aliqua esse parum est, ut album esse Aethiopam non satis est quod habeat candidos dentes: non est ergo analogia.

21 39. Quom ab similibus verbis quae declinantur,
(92) similia fore polliceantur qui analogias esse dicunt, et cum simile tum denique dicant esse verbo verbum, ex
421 eodem si genere, eadem figura, transitum de cassu in cassum similiter, ostendi possit: qui haec dicunt, utrumque ignorant, et in quo loco similitudo debeat esse, et quemadmodum spectari soleat, simile sit necne. Quae cum ignorant, sequitur ut quom analogiam dicere

quom] G. *cum* cett. *cum dandi*] ed. princ. *eum dant* codd. *casu* post h. v. vg. additur, sine necessitate. *eadem**] coni. addere necesse habui. Non enim sufficit ad sensum loci *similia*. *dissimilia*] Ga *similia* cett. Illud recepi et cum sequentibus coniunxi: qua re sententia quae antea nescio quo modo intelligi potuerit, iam restituta esse videtur *Terentiei*] FGa. *Terentii* H. De hac antiqua scriptura dictum in Praefatione. *feminae Terentiae*] vg. *femina* (*foeminina* G.) *est terentii* codd. *Terentieis*] FG. *terentiis* cett. Sic etiam inferiore loco *Luci**] coni. *ut huius* codd. unde interpolatores etiam postea *huius Plauti* posuerunt. Mihi L. Plautius rhetor, de quo v. Weichert Poët. Lat. p. 218. cum M. Plauto poëta componi videbatur. Neque tamen repugno, si qui etiam hunc locum ad Plautium poëtam, cuius fabulae Plautinis immixtas esse Varro ap. Gell. III, 3, 10. docet, pertinere arbitretur. Cf. de simplici litera I disputantes Spengel. p. 10. Suerdsioeus Vind. praec. Bentleiani p. 26.

37. *est similitudo*] vg. *et similitudo* codd.

38. *in aliqua**] His verbis adduntur in codd. vv. *esse parum*, quae recte omittuntur in vg. *habeat*] GHa. *habet* F.

39. *simile tum*] vg. *simili laetum* (*letum* G.) codd. *dicant esse*] Spengelius. *dicantes se* codd. *si*] Spengelius. *sit* codd. sed de a. non constat. *cassu*] et *cassum*] F. *casu* et *casum* cett. Cf. supra VIII, 11. Propter omissum *esse* cf. etiam IX, 70. *quod dicunt*

non possint, sequi non* debeamus. 40. Quaero enim, verbum utrum dicant vocem quae ex syllabis conficta, eam quam audimus; an quod ea significat, quam intellegimus; an utrumque. Si vox voci esse debet similis, nihil refert, quod significat mas an femina sit: et utrum nomen an vocabulum sit, quod illi interesse dicunt. 41. Sin illud quod significatur, debet esse simile, Diona et Theona quos dicunt esse paene ipsi geminos, inveniuntur esse dissimiles, si alter erit 422
puer, alter senex, aut unus albus, alter Aethiops; item aliqua re alia dissimile. Sin ex utraque parte debet verbum esse simile, non cito invenietur quin in 114
altera utra re claudicet; nec Perpenna et Alphena erit simile: quod alterum nomen virum, alterum mulierem significat. Quare quoniam, ubi similitudo esse debeat, nequeunt ostendere, impudentes sunt qui dicunt esse analogias. 42. Alterum illud quod dixi, 22
quemadmodum simile spectari oporteret, ignorare apparet ex eorum praecepto, quod dicunt, quom transierit e nominandi casibus in eos quos appellant vocandi, tum denique posse dici rectos esse similis aut dissimilis;

utrosque in vocibus oportere, et ann. ad IX, 4. *non**] addiderunt Vertranius, Scioppius. om. codd.

40. *conficta*] GHa. *est ficta* F. ut vg. *ea*] codd. *eam* vg. Illud restitui intelligens, verbum h. l. dici aut ipsam vocem sive syllabarum sonum, aut id quod ea vox significet, si eam mente excipimus et comprehendimus. Cf. quae secuntur. *illi*] vg. *ille* GHa. *illae* G.

41. *Diona et Theona*] G. *deona et atheona* cett. codd. Illa nomina a philosophis saepe pro hominibus quibusvis posita esse constat. Accusativus casus explicandus attractionis eodem fere genere, quod observavimus VIII, 21. *albus*] *Gallus* coni. Augustinus, propter IX, 42. quo loco haec redeunt. Mihi potius hic inferior locus corrigendus esse videbatur. Cf. Iuven. II, 23. *Loripedem rectus derideat*, *Aethiopem albus*. Post h. v. in F. est *et*, quod cett. codd. om. *dissimile*] codd. *dissimiles* vg. Sed, quanquam s literam, quae propter sequens *Sin* facile excidere poterat, adiicere proclive est: illud tamen retinui, cum scriptor *simile* saepe usurpaverit tanquam substantivum de quibusque inter se similibus rebus. Sic Varro X, 6. *potest fieri ut homo homini simile sit et non sit*. Et v. VIII, 50. X, 3. 38. 51. aliisque locis. *Alphena*] vg. *alfaen* F. *alphaem* G. *alphaen* H. De a. nihil traditur. Cf. IX, 41.

42. *spectari*] coni. Victorius et Augustinus. *exspectari* codd. *praecepto*], Aristarchi id fuisse, cognoscitur ex IX, 43. *num discrepent*] coni. Augustinus. *nunc discrepat* codd.

423 esset enim, ut si quis Menaechmos geminos quom videat, dicat non posse iudicare similesne sint, nisi qui ex his sint nati, considerarit, num discrepent inter se. 43. Nihil inquam, quo magis minusve sit simile, quod conferas cum altero, ad iudicandum extrinsecus oportet sumi. Quare cum ignorent, quemadmodum similitudo debeat sumi, de analogia dicere non possunt. Haec apertius dixissem nisi brevius eo nunc mallem, quod
(93) infra sunt planius usurpanda. Quare quod ad universam naturam verborum attinet, haec attigisse modo satis est.

23 44. Quod ad partis singulas orationis, deinceps dicam; quoius quoniam sunt divisiones plures, nunc
424 ponam potissimum iam qua dividitur. Oratio secanda ut natura in quattuor partis: in eam, quae habet casus; et quae habet tempora; et quae habet neutrum; et in qua est utrumque. Has vocant quidam appellandi, dicendi, adminiculandi, iungendi. Appellandi dicitur, ut homo et Nestor: dicendi, ut scribo et lego:
115 iungendi, ut et et* que: adminiculandi, ut docte et commode.

45. Appellandi partes sunt quattuor, e quis dicta
425 a quibusdam provocabula, quae sunt ut quis, quae: vocabula, ut scutum, gladium: nomina, ut Romulus, Remus: pronomina, ut hic, haec. Duo media dicuntur nominatus: prima et extrema articuli. Primum genus est infinitum, secundum ut infinitum,

43. *infra*] IX, 40-44. et maxime X, 3. sqq.

44. *iam qua*] FGa. *Iam quur* H. *in quae* vg. *ut natura*] Cf. V, 11. *in eam*] a. *in iam* codd. Vg. scribitur *unam*, et postea adduntur *alteram* . . *tertiam* . . *quartam*: quibus omnibus non aegre caremus. Illata esse videntur ex IX, 31. X, 17. *adminiculandi, iungendi*] Haec transponere praestabit, ut concinant cum prioribus et proxime sequentibus. Sed etiam sic haec divisio et secum pugnat, et cum loco inferiore X, 17., quo *docte* et *facete* ut vocabula ponuntur, quae neque tempora neque casus habeant. *ut et et* que*] coni. *ut que* (*quae* a.) codd. *ut que et atque* vel *ut ac et que* coni. Spengel. *ut atque* vg.

45. *quis, quae*] a. ut videtur, sicut emendaverat Augustinus. *quisque* cett. codd. *vocabula*] om. FGH. Sed v. infra §. 52. et X, 20. *gladium*] huic vocabulo *ut* anteponunt codd., quod vg. om.

tertium ut effinitum, quartum finitum. **46.** Haec singulatim triplicia esse debent quoad sexum, multitudinem, casum. Sexum, utrum virile an muliebre an neutrum sit, ut doctus, docta, doctum. Multitudinem, unum an plura significet, ut hic, hi, haec, hae.* Casum, utrum recto sit, ut Marcus; an obliquo, ut Marco; an commune, ut Iovis.

47. His discretis partibus singulas perspice, quo 24
facilius nusquam esse analogias quas sequi debeamus, 426
videas. Nempe esse oportebat vocis formas ternas, ut
in hoc, humanus, humana, humanum; sed
habent quaedam binas, ut cervos, cerva; quaedam
singulas, ut aper, et sic multa. Non ergo est in
huiuscemodi generibus analogia. **48.** Et in multi- 25
tudine ut unum significat pater, plures patres: sic
omnia debuerint esse bina. Sed et singularia solum
sunt multa, ut cicer, siser; nemo enim dicit cicera,
sisera; et multitudinis sunt, ut salinae, balneae*;
non enim ab his singulari specie dicitur salina et 427
balnea. Neque ab eo quod dicunt balneum, habet
multitudinis consuetudo; nam, quod est ut praedium,
balneum, debuerint esse plura, ut praedia, balnea,

finitum] F. *ut finitum* Ha. In G. *ut* punctis subnotatum est. Abesse debet; dicit enim Varro *quis* infinitum, *hic* finitum, *scutum* ut infinitum i. e. quasi infinitum, ad naturam infiniti proxime accedens, *Romulus* ut finitum, i. e. finitis vocabulis cognatum. De hoc usu particulae ut v. annot. ad VI, 56. et VII, 44. 91. Et cf. infra §. 52. 80.

46. *quoad*] vg. *quod* codd. *hae**] coni. addidi. om. codd. nisi quod ex a. notatur *he. haec.*, quae ubi posita sint, non satis liquet. *commune*] GH. *coñuni* F. *communis* a. Subiectum non est casus, sed vocabulum. *Iovis*] *ovis* coni. Spengelius. Sed Varro ad antiquiorem usum Ennii et aliorum respicere poterat. Cf. tamen infra §. 49.

47. *discretis*] scripsi Augustinum et Vertranium secutus. *decretis* codd. *cervos*] scripsi. *cerus* a. *cervus* cett.

48. *balneae**] addidit Spengelius. Cum h. l. cf. IX, 63. X, 54. *balneum*] Ad h. l. recurrit sermo IX, 68. *multitudinis*] GHa. *multitudinem* F. sicut vg. Illud longe praestat; sic enim Varro hoc Artis vocabulum tanquam indeclinabile sermoni inserere solet. V. IX, 65. *oportere habere multitudinis.* IX, 87. *sic deinceps multitudinis.* Et cf. VIII, 60. 66. X, 57. 59. et ann. ad V, 131. Ubique *forma* vel *declinatus* eo casu, quem sermonis leges poscunt, addi potest. *debuerint*] Ga. *debuerunt* cett. codd.

quod non est: non est ergo in his quoque analogia.
26 49. Alia casus habent et rectos et obliquos, alia rectos
(94) solum, alia modo obliquos. Habent utrosque, ut Iuno,
116 Iunonis: rectos modo, ut Iuppiter, Maspiter:
obliquos solum, ut Iovis, Iovem; non ergo in his
est analogia.
27 50. Nunc videamus * illa quadripartita. Primum
si esset analogia in infeineiteis* articulis: ut est quis,
quem, quoius, sic diceretur qua, quam, quaius*; et
428 ut est a quis qui, sic diceretur qua, quae: nam est
proportione simile, ut deae bonae, quae sunt, sic dea
bona qua est; et ut est quem, quis: sic quos, ques.
Quare quod nunc dicitur, qui homines, dici oportuit
28 ques. 51. Praeterea ut est ab is ei: sic ab ea
eae diceretur, quod nunc dicitur ei; pronuntiaretur
ut in iis viris, sic eis mulieribus; et ut est in rectis
429 casibus is, ea, in obliquis esset eius, eaius. Nunc
non modo in virili sicut in muliebri dicitur eius, sed
etiam in neutris articulis, ut eius viri, eius mulieris, eius pabuli: cum discriminentur in rectis casibus
is, ea, id. De hoc genere parcius attigi, quod librarios haec spinosiora indiligentius elaturos putavi.

49. *Iuppiter*] G. *Iupiter* cett. codd. *Maspiter*] codd. h. l. et infra IX, 75., quanquam supra VIII, 33. *Marspitrem* in codd. erat. *Marspiter* h. l. ab interpolatoribus profectum. R ante sibilantem literam cum in *hausi* et *susum* et multis vv. obliteratum sit, in *Marspiter* etiam facilius volgi ore elidi poterat.

50. **illa*] Scioppius. *in illa* codd. *in infeineiteis**] effecit Spengelius, in Praefatione Caecilii Statii fragmentorum, ex vestigiis codd. *in iufei in ei teis* Fa. *in rofei mei tris* G. *in in feimiteis* H. De vetusto scripturae genere dictum in Praefatione. *ut*, quod ante haec vv. in codd. legitur, mihi delendum esse videbatur. *qua, quam, quaius**] Augustinus in marg. *quae quamvis* codd. *a quis qui*] scripsi. *a quivis* (*quoius* G. *quibus* H.) *quoi* (*cui* F.) codd. *sunt*] Spengelius. *sit* codd. sed de a. nihil traditur. *qua*] Scioppius. *quae* codd.

51. *is ei*] vg. *his* FGa. *iis* H. *iis*] vg. (i. e. *ieis*). *his* codd. *eis*] vg. (i. e. *eeis*). *es* FGH. *est* a. *is, ea*] scripsi cum vg. *ea id* codd. *is, ea, id* posuit Spengelius, quapropter idem post *eaius* lacunam esse statuit, qua neutrius generis forma a Varrone adiecta perierit: sed de neutro genere postea demum Varro dicturus erat. *eaius*] Ga. *ea ius* F. *ea vis* H. *in virili sicut in muliebri*] *in muliebri sicut in virili* scribendum fuisse vidit Spengelius. *spinosiora*] vg. *sponsiora* FGH. *sponsoria* a. *indiligentius*] Scioppius. *indulgentius* codd.

52. De nominatibus quae accedunt proxime ad 29
infinitam naturam articulorum atque appellantur voca- 430
bula ut homo, equos; eorum declinationum genera
sunt quattuor: unum nominandi, ut ab equo equile:
alterum casuale, ut ab equo equom: tertium augendi,
ut ab albo, albius: quartum minuendi, ut a cista
cistula. 53. Primum genus, ut dixi, id est,
cum aliqua parte orationis declinata sunt recto casu
vocabula, ut a balneis balneator. Hoc fere triplices
habet radices: quod et a vocabulo oritur, ut a vena-
tore venabulum: et a nomine, ut a Tibure Tiburs: 117
et a verbo, ut a currendo cursor. In nullo horum
analogiam servari videbis. 54. Primum cum dica- 30
tur ut ab ove et sue ovile et suile, sic a bove 431
bovile non dicitur; et cum simile sit avis et ovis, neque
dicitur ut ab ave aviarium, ab *ove oviarium, neque
ut ab* ove ovile, ab ave avile; et cum debuerit esse,
ut a cubatione cubiculum, sic a sessione sediculum,
non est. 55. Quoniam taberna ubi venit vinum,
a vino vinaria, a creta cretaria, ab unguento un- (95)
guentaria dicitur: ἀναλογικῶς si essent vocabula,
ubi caro venit carnaria, ubi pelles pelliaria, ubi calcei 432
calcearia diceretur; non laniena ac pellesuina et
sutrina. Et sicut est ab uno uni, a tribus trini,
a quattuor quadrini, sic a duobus duini, non bini

52. *nominatibus*] scripsi auctore Spengelio. *quae*] FGa. *qui* H. Illud ad attractionis formas pertinet. *infinitam*] emend. Augustinus, non recte reprehensus a Spengelio. *finitam* codd. Cf. infra §. 80. *equos*] et *equom*] *equus* et *equum* codd.

53. *vocabula*] vg. *vocabulum* codd. *Tibure*] codd. *Tibura* codd. *Tiburs: et*] vg. *Tibur sed* codd. *servari*] a. *servare* cett. codd.

54. *bovile*] *Bovile vetat dici Varro ad Ciceronem libro octavo, et ipse semper bovile* (scr. *bubile*, coll. de R. R. I, 13.) *dicit. sed Cato de abrogandis legibus bovile dixit.* Charisius I. p. 81. P. **ove oviarium neque ut ab**] Haec ita supplevi, ut appareret, quomodo excidere potuerint, ne dicam debuerint. Rudiores in Arte, quam nunc sumus, interpolatores post avile inferserunt: *non est neque ab ove oviarium.* *sediculum*] Hoc v. quanquam a quodam usurpatum (habet enim Festus p. 148. Lindem.), Varroni tamen ignotum erat.

55. *ἀναλογικῶς*] vg. *analogion* codd. *uno*] F. *unus* cett. codd. *a tribus*] *ab tribus* H. *quadrini*] codd. *quatrini* vg.

diceretur; nec non ut quadrigae, trigae, sic potius duigae quam bigae. Permulta sunt huiusce generis, quae quoniam admonitus perspicere potest,
31 omitto. 56. Vocabula quae ab nominibus oriuntur, si ab similibus nominibus similia esse debent, dicemus, quoniam gemina sunt Parma, Alba, Roma, ut* Parmenses, *Albenses, Romenses*; aut quoniam est si-
433 milis Roma, Nola, Parma, dicemus ut Romani, Nolani, sic Parmani: et ut* a Pergamo, ab Ilio similiter, Pergamenus, Ilienus; aut ut Ilius* et Ilia mas et femina, sic Pergamus et Pergama vir et mulier. Et quoniam similia nomina sunt Asia, Libya, dicemus Asiaticos et Libyaticos homines.

32 57. Quae vocabula dicuntur a verbis*, ut a scribendo scriptor, a legendo lector, haec quoque non servare similitudinem licet videre ex his: cum similiter
118 dicatur ut ab amando amator, et ab salutando salutator et ab cantando cantator; et cum dicatur lassus sum metendo, ferendo: ex his vocabula non red-
434 dunt proportionem, quo non fit, ut messor, et fertor. Multa sunt item in hac specie, in quibus potius consuetudinem sequimur quam rationem verborum.

58. Praeterea quom sint ab eadem origine verborum vocabula dissimilia superiorum, quod simul habent casus et tempora, quo vocantur participia; et multa

56. *ut**] coni. addidi propter sequentia. **Albenses*, *Romenses**] ut adderem, imperiose flagitabat totius loci ratio et consilium. Similiter statuerat V. D. apud Augustinum. *ut**] iterum coni. addidi. *Ilius**] Post h. v. in codd. est *unus*, quod omisi.

57. *verbis**] Post h. v. in codd. est *fiunt*, quod omisi, ortum, ut videtur, ex duplice lectione: *a verbis fiunt*, et: *dicuntur a verbis*. *amator et*] et deinde *salutator et*] GHa. *et* utrumque om. F. Sic *et* in apodosi post *ut* infertur V, 20. et in sequ. cf. annot. ad V, 98. *cantator*] Popma cum ante h. v. negativam particulam infert, ostendit se non nosse, de quibus proportionibus s. analogiis cogitaverit scriptor. Licebit eas sic describere:

Amando, *salutando*, *cantando*: *amator*, *salutator*, *cantator* = *metendo*, *ferendo*: *messor*, *fertor*.

Quorum extremum cum non sit in consuetudine, inde colligitur non esse analogiam. *quo*] codd. *quod* vg. cf. V, 10 *et*] G. om. cett.

58. *quo*] codd. *quae* vg. Cf. de hoc usu relativi *quo* ann. ad

sint contraria, ut amor amo, seco secor: ab amo et eiusmodi omnibus verbis oriuntur praesens et futurum, ut amans et amaturus; ab eis verbis tertium quod debet fingi praeteriti, in lingua Latina reperiri non potest: non ergo est analogia. Sic ab amor, legor et eiusmodi verbis vocabulum eius generis praeteriti tem- 435
poris fit, ut amatus eram, sum, ero; neque praesentis et futuri ab his fit. 59. Non est ergo analogia; praesertim cum tantus numerus vocabulorum in eo genere interierit, quod dicimus in his verbis, quae (96)
contraria non habent, loquor et venor: tamen dicimus loquens et venans, locuturus et venaturus, quod secundum analogias non est: quoniam dicimus loquor et venor. Unde illa * superiora minus servantur, quod * ex his, quae contraria verba non habent, alia efficiunt terna, ut ea quae dixi, alia bina, ut ea quae dicam, currens, ambulans, cursurus, ambulaturus; tertia enim praeteriti non sunt ut cursus sum, ambulatus sum. 60. Ne in his 436
quidem, quae saepius quid fieri ostendunt, servatur analogia: nam ut est a cantando cantitans, ab 119
amando amitans non est et sic multa. Ut in his singularibus, sic in multitudinis; sicut enim cantitantes, seditantes non dicuntur.

61. Quoniam est vocabulorum genus quod appel- 33
lant compostitium, et negant conferri id oportere cum

V, 6. *contraria* verba appellantur genera verbi, activum et passivum. *seco secor*] Fa. idque unice verum, nam deponentium hic nullus usus est. *seco sequor* H. *sequo sequor* G. *ut*] vg. *et* codd. *ab amor*] emendavit Augustinus. *amabor* codd. sed de a. nihil traditur. *verbis*] emendavit Augustinus. *verbi* (*verbum* G.) *est* codd. *amatus*] vg. *amaturus* codd. *futuri*] Nempe amandus a Varrone non pro participio futuri passivi accipiebatur.

59. *interierit*] vg. *intererierit* F. *interorierit* Ga. *introierit* H. *quod dicimus*] Vix mihi persuadeo, h. l. omnia sana esse. *et venaturus*] vg. om. codd. *illa**] scripsi. *illa erant* codd. *illa quae erant* vg. *minus*] vg. *eminus* codd. *quod**] *quod cum* codd. Hoc *cum* omisi, etiam propter indicativum *efficiunt*, quem omnes codd. servant. De relativis formis librariorum errore duplicatis v. Praefatio. *habent*] cod. B. *habentur* codd.

60. *Ne in his quidem*] Haec plena interpunctione a superioribus segreganda erant. Transit scriptor ad frequentativas participiorum formas

simplicibus de quibus adhuc dixi, de compositis separatim dicam. Cum ab tibiis et canendo tibicines dicantur, quaerunt, si analogias sequi oporteat, cur non a cithara et psalterio et pandura, dicamus cithari-
437 cen et sic alia. Si ab aede et tuendo *aeditumus est, cur non ab atrio et tuendo* potius atritumus sit quam atriensis? Si ab avibus capiundis auceps dicatur, debuisse aiunt ex piscibus capiundis, ut aucupem, sic piscipem dici. 62. Ubi lavetur aes, aerarias, non aerelavinas nominari; et ubi fodiatur argentum, argentifodinas dici, neque ubi fodiatur ferrum, ferrifodinas. Qui lapides caedunt, lapicidas; qui ligna, lignicidas non dici: neque ut aurificem,
438 sic argentificem: non doctum dici indoctum, non salsum insulsum. Sic ab hoc quoque fonte quae profluant, animadvertere est facile.

34 63. Relinquitur de casibus, in quo Aristarchei
35 suos contendunt nervos. Primum si in his esset analogia, discant debuisse omnes nominatus et articulos habere totidem casus: nunc alios habere unum solum ut literas singulas omnes; alios tris ut praedium, praedii, praedio; alios quattuor ut mel, mellis,

61. *dicantur*] *dicuntur* F. **aeditumus est, cur non ab atrio et tuendo**] om. codd., nisi quod *cur* in FH. non traditur deesse. Addiderunt interpolatores, et melius quidem in cod. B., ubi *non* post *cur* scriptum est, quam in Aldina, quae *non* habet post *tuendo*. Nam primum *cur non* etiam supra ita iungitur, et deinde, si *non* fuisset post *tuendo*, id non esset omissum, cum librarii oculus a primo ad alterum *tuendo* aberraverit. Ceterum *aeditumus* scripsi, non *aedituus*, ut interpolatores, propter *atritumus*. Cf. ann. ad VII, 12. *atritumus*] scripsi. *atrutumus* FG. *a turtumus* H. *a' trutumus* a. *capiundis*] G. *capiendis* cett. utroque loco. *piscipem*] codd. *piscicupem* vg. Nolui illud mutare, quia Varro linguae Latinae consuetudinem observasse poterat, qua propter eiusdem consonantis iterationem saepe syllaba interiecta eliditur. Sic stipendium factum ex stipipendio atque limitrophus, hybrida vox, ex limititrophus; sic facta temperint verberitque ex temperarint et verberarit, et scripse ex scripsisse, et huiusmodi multa.

62. *lignicidas non dici*] *non lignicidas dici* G.

63. *discant debuisse*] scripsi. *dicant derisse* codd. *dicunt debuisse* vg. contra sensum loci. Nam haec non Aristarchei dicunt, sed Varro contra Aristarcheos ex mente Crateteorum disputans. V. Argumentum librorum VIII. et IX. *nominatus*] coni. Spengelius. *nominativos* codd. sed de a. nihil notatum est. *praedium, praedii, praedio*]

melli, melle; alios quinque ut Quintus, Quinti, Quinto, Quintum, Quinte; alios sex ut unus, (97)
unius, uni, unum, une, uno. Non esse ergo in casibus analogias.

64. Secundo, quod Crates, quor quae singulos 36
habent casus ut literae Graecae, non dicantur alpha, 439
alphati, alphatos? Si idem mihi respondebitur quod 120
Crateti, non esse vocabula nostra, sed penitus barbara; quaeram, quor idem nostra nomina et Persarum et caeterorum quos vocant barbaros, cum casibus dicant. 65. Quare si esset analogia, aut, ut Poenicum et Aegyptiorum vocabula, singulis casibus dicerent, aut pluribus, ut Gallorum ac caeterorum. Nam dicunt ab alauda alaudas et sic alia. Sin, quod scribunt, dicent, quod Poenicum sit, singulis casibus ideo eas 440
literas Graecas nominari; sic Graeci nostra senis casibus, quinis non, dicere debebant: quod cum non faciant, non est analogia.

66. Quae si esset, negant ullum casum duobus 37
modis debuisse dici, quod fit contra. Nam sine reprehensione volgo alii dicunt in singulari hac ovi et avi, alii hac ove et ave. In multitudinis hae puppis,

Haec transposita esse existimat Spengel. p. XI., cum scriptor aliis plerisque locis dandi casum patrico praeponat. Nescio tamen, an Varro in hac re inconstantiae condemnandus sit, qui etiam IX, 75. X, 22., si ulla libris fides, volgarem ordinem secutus est. Similem inaequalitatem in temporibus verbi recensendis observabimus IX, 96. 97. *une*] Huius vocandi casus exempla quaedam proposuit Priscianus V. p. 673. P.

64. *Crates*] vg. *grates* codd. *quor*] *quur* Ga. *cur* FH. Sic etiam infra. *Crateti*] vg. *grateti* FH. *gratteti* a. *graeci* G. *idem*] codd. *iidem* vg. cf. ann. ad V, 57. *nostra nomina*] dicit Romana a Graecis usurpata, quanquam priore versu *vocabula nostra* Aristarcheorum ex persona dicebantur. *dicant*] vg. *dicat* codd.

65. *esset*] Aldus. *esset* (*essent* GHa.) *in* codd. *Poenicum*] i. e. *Φοινίκων*, non Poenicorum. *ab alauda alaudas*] Scaliger. *a lacco* (*laco* G. *laceo* H. *alacca* a.) *alaucus* (*lacus* G. *laucus* a.) codd. Gallicum vocabulum esse *alauda*, testantur Plinius et Marcellus Empir. *alia. Sin*] scripsi. *alias* (*alia* a.) *in* codd. *Sin* scribendum esse vidit Popma. *scribunt*] Popma. *scribent* codd. Aristarcheorum scripta significantur. Ii bene noverant, Phoeniciae linguae non esse casualem declinationem. *faciant*] scripsi. *faciunt* codd.

66. *hac*] *hoc* GHa. utroque loco. *hae puppis*] Hunc locum

restis, et hae puppes, restes. Item quod in patrico casu hoc genus dispariliter dicatur civitatum,
441 parentum, et civitatium, parentium: in accusandi hos montes, fontes, et hos montis, fontis.

38 67. Item cum, si sit analogia, debeant a similibus verbis similiter declinatis similia fieri, et id non fieri ostendi possit, despiciendam eam esse rationem. Atqui ostenditur: nam quid potest similius esse quam gens, mens, dens? quom horum casus patricus et accusativus in multitudine sint disparilis: nam a primo
442 fit gentium et gentis, utrobique ut sit I: ab secundo mentium et mentes, ut in priore solo sit I: ab tertio dentum et dentes, ut in neutro sit I.
121 68. Sic item, quoniam simile est recto casu sciurus*, lupus, lepus, rogant, quor non dicatur proportione sciuro, lupo, lepo. Sin respondeatur, similia non esse, quod ea vocemus dissimiliter, sciure, lupe, lepus (sic enim respondere voluit Aristarchus Crateti; nam cum
443 scripsisset similia esse Philomedes, Heraclides, Melicertes, dixit non esse similia; in vocando enim cum E brevi dici Philomedes, cum E longo Heraclide,
(98) cum A brevi Melicerta): in hoc dicunt Aristarchum

tetigi in annot. ad V, 5. Adde *omnis* V, 143. VII, 105. *novendialis* VI, 26. *auris*, quod restitui, VI, 83. *muliebris* IX, 40. Neve credas, Varronem solum hanc nominativi formam usurpasse: V, 143. *urbes*, quae a Varrone dicuntur, ex literis antiquis scribuntur *urbeis*. Itaque etiam Plauto vindicaverim: *liberae sunt aedeis*, Mil. glor. III, 1, 84. et similia. *dicatur*] vg. *dicuntur* codd. Sed de a. nihil memoratum inveni.

67. *gens*, *mens*, *dens*] Sic haec vv. ponenda esse monuit Spengelius. *mens* (*omnes* H.) *gens dens* (*dens gens* F.) codd. *quom*] scripsi. *quorum* G. *cum* cett. *disparilis*] a. *dispariles* cett. *I*] vg. om. codd. *I*] vg. *id est* FG. om. H. *I*] vg. om. codd. sed de a. non liquet.

68. *sciurus**] coni. Augustinus. *surus* codd. et item in seqq. *proportione*] F. *proportionem* cett. codd. Ablativo hoc semper sic utitur scriptor, ut dicat etiam: *proportione esse*, *proportione dici*. V. V, 170. VIII, 78. 80. IX, 61. 83. X, 37. 41. 47. 65. (*sic enim .... Melicerta*)] Haec ex Aristarchi scriptis parenthetice inserta esse significavi, cum priores in v. *Melicerta* periodo finem imponerent. *cum E brevi*] F. ut vg. *E* om. GHa. *Philomedes*] scripsi. *Philomede* codd. ut vg. *A*] addidit Scioppius. om. codd. vg. *E*. *Melicerta*] Scioppius. *Melicerte* codd. Ut locus nunc refictus est, et vera sunt quae dicuntur et accommodata omnia ad Aristarchi disputationem, qui non esse similia

non intellexisse quod quaereretur, sic cum solverit. 69. Si enim, ut quidque in obliquis casibus discrepavit, dicere potuit, propter eam rem rectos casus non esse similis: quom quaeratur, duo inter se similia sint necne, non debere extrinsecus assumi cur similia sunt. 444
70. Item si esset analogia, similiter, ut dicunt aves, oves, sues, dicerent item, ut ovium, avium, suium. Si analogia est, inquit, cur populus dicit dii Penates, dii Consentes? cum sit, ut hic reus, ferreus, deus, sic hi rei, ferrei, dei? 71. Item quaerunt, si sit analogia, cur appellant omnes aedes deum Consentum et non deorum Consentium? item quor dicatur mille denarium, non mille denariorum? est enim hoc vocabulum figura, ut Vatinius, Manilius, denarius: debet igitur dici, ut Vatiniorum, Maniliorum, denario- 445
rum: et non equom publicum mille assarium esse, sed mille assariorum; ab uno enim assario multi assarii, ab eo assariorum. 72. Item secundum illorum rationem debemus secundis syllabis longis dicere Hectōrem, Nestōrem; est enim ut Quaestor, Praetor, Nestor; Quaestorem, Praetorem, Nestōrem; Quaestoris, Praetoris, Nestōris. Et non debuit dici: quibus

scripsit Φιλομήδης, Ἡρακλείδης, Μελικέρτης, quod in vocando diceretur Φιλόμηδες, Ἡρακλείδη, Μελικέρτα. Cf. infra IX, 91. *sic cum solverit*] Aldus. *si non solveret* codd.

69. *Si*] Aldus. *sic* codd., sed de a. non liquet. *similis*] Ga. *similes* F. In accusativo *similis* Varronem sibi constitisse crediderim, ut VIII, 42. IX, 42. 47. 92. X, 6. et saepe. *non debere*] dicunt Cratetei. Apodosis cum protasi liberiore quodam modo coniungitur, ita ut mentioni opinionis cuiusdam statim contraria sententia opponatur. Quo dicendi genere etiam optimi quique scriptores utuntur in periodis per *quod* incipientibus. De qua re nuper dixit Walch. ad Taciti Agric. 34. De argumento Crateteorum cf. supra §. 39.

70. *dii*] vg. *dei* codd. utroque loco. Rectius, credo, *di* reposuissem. *ferreus*] et postea *ferrei*] scripsi suadente Spengelio. *ferus* et *feri* codd. sed *ferei* FGa.

71. *Consentum*] cf. annot. ad VI, 53. *Vatinius*] vg. *Varinius* codd. Sed postea *Vatiniorum* GHa. *: debet*] sic interpunxi, cum priores ante *denarius* plene distinguerent. *equom*] *equum* codd. De equo publico cf. Niebuhr. R. H. I. p. 455.

72. *Hectōrem, Nestōrem*] F. cett. signum longae syllabae om. Infra tamen X, 70. eo signo vix carere poterimus; idque etiam Graecos grammaticos adhibuisse mihi persuasi. Etiam in seqq. idem signum ex F.

122 das, his* das; est enim, ut ei qui, his quis; ac
446 sicut quibus hibus. 73. Quom dicatur: da patri
familiai, si analogias sequi vellent, dicere non debuerunt hic paterfamilias, quod est ut Atiniae, Scatiniae, familiae; sic una Atinia, Scatinia, familia. Item plures patresfamilias dicere non debuerunt, sed ut Sisenna scribit, patres familiarum. 74. Neque oportebat consuetudinem notare, alios dicere boum greges, alios boverum; et signa alios Ioum, alios Ioverum: cum esset, ut Iovis, bovis, struis,
447 et Iovem, bovem, struem, Iovi, bovi, strui; nec,
cum haec convenirent in obliquis casibus, dubitare debuerint in rectis propinquioribus: nunc in consuetudine, aliter dicere, pro Iovis Iuppiter, pro bovis bos, pro strus strues.

39 75. Deinceps dicam de altero genere vocabulorum, in quo contentiones fiunt, ut album, albius,
(99) albissimum, in quo item analogias non servari
paret. Nam cum sit simile salsum, caldum, et dica-
448 tur ab his salsius, caldius, salsissimum, caldissimum:
debuit dici, quoniam simile est bonum, malum, ab his bonius et malius, bonissimum et malissimum: nonne dicitur bonum, melius, optumum? *malum, peius, pes-

assumpsi. In G. *hectorem* et sic h. l. ubique. *his**] coni. *quis* codd. *ac*] scripsi Scioppium secutus. *at* FGa. *et* H. *aut* coni. Spengelius.

73. *familiai*] FH. *familiari* G. *familiam* a. Mutare non ausus sum quidquam, licet sint in his, quae mirationem faciant. *Scatiniae*] vg. *catiniae* codd. Sic et infra. *Sisenna*] Idem testatur Charisius I. p. 83. 96. P.

74. *boverum*] Constat nunc inter harum rerum intelligentes, haec relicta esse vestigia antiquissimae omnium genitivorum multitudinis formae, cuius primitiva species in lingua Graeca et Romana debebat esse *ΣΩΜ.* *Ioum*] codd. nisi quod *Iovin* H. *Iovum* vg. Sed Varro nonnisi aut *Ioum* aut *Iovom* pronuntiare poterat. *debuerint*] F. *debuerunt* GHa. *propinquioribus*] vg. *propinquibus* GH. De Fa. incertum. *bovis*] scripsi. *bus* codd. *bovis et bus* vg. *strus strues*] scripsit Spengelius. *struus struis* codd. *struis strues* vg. Cf. IX, 79.

75. *album*] vg. *albus* codd. *item*] coni. *id* codd. *caldissimum*] Post h. v. signum apodoseos incipientis posui, cum antea hoc loco non distingueretur, sed post *dici* plene interpungeretur. **malum*, *peius*, *pessimum**] cod. B. vg. om. codd.

simum*? 76. In aliis verbis nihil deest, ut dul-
cis, dulcior, dulcissimus; in aliis primum, ut
peium, peius, pessimum; in aliis medium, ut* cae-
sior, caesius, caesissumus. In aliis bina sunt
quae desint ab eadem voce declinata, et ea ita, ut
alias desint secundum et tertium, ut in hoc mane,
manius, manissime: alias ut duo prima absint, ut ab
optimum optius, optum: alias ut primum et tertium 449
desit, ut a melius melum, melissumum. 77.
Praeterea si dicerentur similiter, cum similia essent 123
macer, sacer, tener, et macerrimus, sacerrimus, te-
nerrimus, non discreparet in his macrior et tene-
rior, neque alia trisyllaba *alia quadrisyllaba* fierent.
Et si in his dominaretur similitudo, diceremus, ut
candidissimus candidissima, pauperrumus pauperrima,
sic candidus candida, pauper paupera; et ut dicimus
doctus docta, doctissimus doctissima, sic diceremus
frugalissumus frugalissima, frugus et fruga. 78.
Et si proportione essent verba, ut uno vocabulo dici-
mus virum et mulierem sapientem et diligentem, et 450

76. *deest*] vg. *est* codd. *ut**] vg. om. codd. *desint*] coni. scripsi. *sint* codd. *melius melum*] sic posuit Spengelius. *melum* (*melus* F.) *melius* codd.

77. *macer*] *acer* Ha. *macerrimus*] *acerrimus* Ha. *in his macrior*] *in his acrior* a. His vg. adiicitur: *et magis sacer*, quod om. codd. Idque interpolatum esse apertum, nam Varro medium gradum deesse, non esse *magis sacer*, statuere debebat. Neque negari tamen potest, nunc intelligi non posse, quamobrem Varro v. *sacer* in hunc censum vocaverit. *et tenerior*] vg. *tenerrimus* FGH. *tenerimus* a. Locus nonnullorum verborum iactura turbatus esse videtur. **alia quadrisyllaba**] His, quae in codd. non sunt, sensum loci carere non posse vidit Scioppius. *pauperrumus*] FG. et deinde *frugalissumus*] F. et idem tamen *pauperrima* et *frugalissima*: quod non temere mutatum esse puto. Cf. annot. ad V, 83. Spalding. ad Quintil. Inst. 1, 6. p. 148. hunc locum vitiatum esse pronunciavit et scribendum esse: *pauperissimus*, *pauperissima* et deinde *frugissimus*, *frugissima*. Non intellexerat vir egregius, scriptorem dicere de inaequalitate masculae et femellae formae in diversis gradibus, eamque demonstrari comparatione duarum proportionum, quarum utraque constat e binis rationibus. Poscitur enim, ut sint:

Candidissimus, *candidissima*: *pauperrimus*, *pauperrima* = *candidus*, *candida*: *pauper*, *paupera*.

Quae cum non sit: vincitur non esse analogiam. Cf. annot. ad VIII, 57.

78. *Et*] GHa. *ea* F. ut vg. cf. ann. ad VIII, 68.

sapientiorem et diligentiorem, sic diceremus item, cum pervenissemus ad summum, quod nunc facimus aliter: nam virum dicimus sapientissimum et diligentissimum: feminam sapientissimam et diligentissimam. Quod ad vocabulorum huius generis exempla pertinet, multa sunt reliqua; sed ea quae dicta, ad iudicandum satis sunt, quod analogias in collatione verborum sequi non debemus.

40 79. Magnitudinis vocabula cum possint esse terna, ut cista, cistula, cistella, in aliis media* non sunt, ut in his macer, macriculus, macellus; niger, nigriculus, nigellus. Item minima in quibusdam non sunt, ut avis, avicula, avicella: caput, capitulum, capitellum. In hoc genere vocabulorum quoniam multa desunt, dicendum, non esse in eo potius sequendam,
451 quam consuetudinem, rationem. Quod ad vocabulorum
124 genera quatuor pertinet, ut in hoc potius consuetudi-
(100 nem, quam analogias dominari facile animadverti possit, dictum est.

41 80. Sequitur de nominibus, quae differunt a vocabulis, ideo quod sunt finita ac significant res proprias, ut Paris, Helena, quom vocabula sint infinita ac res communis designent, ut vir, mulier. E quibus sunt alia nomina ab nominibus, ut Ilium ab Ilo, et Ilia ab Ilio: alia a vocabulo, ut ab albo Albius, ab atro Atrius. In neutris servata est analogia; nam et cum sit a Romulo Roma, proportione non est quod debuit esse.

* * *

79. *aliis media**] quidam apud Augustinum. *mediis* codd.

80. *designent*] vg. *designenter* FGa. *designetur* H. *Ilium ab Ilo, et Ilia ab Ilio*] vg. *illum ab illo et illa ab illo* codd. *et cum*] *ut cum* G. *cum* H. Illud servavi; etiam Romae etymon analogiae non esse accommodatum dicit.

Lacuna, quam h. l. deprehendisse mihi visus sum, plura intercepit de Perpernae nomine scripta, in quibus, nisi fallor, hoc erat: dictum esse id nomen, quod Romanorum cum Asia commerciis non antiquius fuisse videtur, a Perperene s. Parparone in Aeolide. Hoc nisi sumere licebit, in proximis nihil intelligi poterit. Itaque disputatio sic fere continuata esse poterat: *Neque ex nominibus, quae a populis et oppidis dicuntur, Perperna similitudinem servat. Debebat enim Perperna esse*...

81. . . . . . Perperni filia, non Perpernae (Perperna 452
enim* mulieris nomen) esse debuit et nata esse a Perperno, quod est ut Arvernus, Percelnus, Perpernus; Arverna, Percelna, Perperna. Quod si Marcus Perperna virile est nomen et analogia sequenda, Lucius Aelia et Quintus Mutia virilia nomina esse debebunt. Item quae dicunt ab Rhodo, Andro, Cyzico, Rhodius, 453
Andrius, Cyzicenus, similiter Cyzicius dici debebat*, et sic* civis unusquisque. Nam ut . . .

* * *

82. . . . . Athenaeus dicitur rhetor nomine, etsi non sit Atheniensis, in hoc ipso analogia non est: quod alii nomina habent ab oppidis; alii aut non habent, aut non ut debent, habent. 83. Habent plerique libertini a municipio manumissi; in quo, ut societatum et fanorum servi, non servarunt proportione rationem. Et Romanorum liberti debuerunt dici, ut a 454
Faventia Faventinus, ab Reate Reatinus, sic a Roma Romanus. At nominantur libertini orti a publicis servis, 125
Romanenses*, qui manumissi, ante quam sub magistra-

81. *Perperni*] vg. *Perpenni* codd. Et itidem in seqq. ubique. Illud titulorum et numorum fide comprobatur. *enim**] cum Henr. Stephano addendum erat, aut omnia, quae parenthetice scripta sunt, pro insiticiis habenda. *Arvernus*] et *Arverna*] coni. scripsi. *Arbernus* et *Arberna* (*arbena* H. *alberna* a.) codd. *Percelnus*] FGa. *Procelnus* H. et sic postea. Nomen obscurum, cui substituissem *Privernus*, si de hac nominis forma satis constaret. *debebat**] coni. addidi. *debet* coni. Spengelius. *sic* civis*] coni. scripsi. *civis* FGa. *ciccius* H.

La[illegible]a etiam h. l. nonnulla intercidisse, ostendit tum structura plane hiulca, tum disputationis ordo, qui h. l. nullus est. Non dubito, quin Cratetei illi, quos loquentes inducit Varro, primum postulaverint, ut omnia populorum nomina similia sint illis: Rhodius et Andrius, vel illis: Mycenaeus et Smyrnaeus; et post transierint ad nomina huiusmodi: Atheniensis, in quibus omnis analogia desiderabatur. Nunc pergere poterant: *Quod autem Athenaeus dicitur rhetor . . .*

82. *Athenaeus*] codd. *ab Atheneis Athenaeus* vg.

83. *proportione rationem*] scripsi suadente Spengelio. *proportionem rationem* codd. quibus vg. *et* interponitur. *At*] coni. *ut* codd. *libertini orti a*] coni. *a libertinis orti* codd. *Romanenses**] coni. *Romanis* G. *Romani* cett. contra sensum Varronis. Nam hoc liquido apparet, libertinos Romani populi non esse dictos, ut ab Reate Reatinos, sic ab Roma Romanos. Ceterum aliud quodvis nomen a Roma derivatum eodem fere iure in hunc locum inferri poterit, nisi fortasse Romanenses fabri tignarii et sagarii et pistores, qui ex titulis noti sunt, pro libertis

tum nomina, qui eos liberarint, succedere coeperint. 84. Hinc quoque illa nomina Lesas, Ufenas, Carinas, Maecenas: quae cum essent ab loco, ut Urbinas (et tamen Urbinus), ab his debuerint dici ad nostrorum nominum similitudinem . . . . .

Hic spatium IIII chartarum relictum erat in exemplari.

P. R. habendi erunt. Neque mirabimur huius nominis Romanensium raritatem, cum postea, Varrone ipso teste, publicis servis, qui manumittebantur, magistratus, a quo liberabantur, nomen imponi soleret. Pithoeus, qui ad Collat. Legg. Mosaic. et Roman. tit. V. §. 2. locum sic corrigit: *ut nominantur libertini a libertis orti, et e publicis servis P. R. qui manumissi antequam sub magistratuum nomine qui eos liberarunt succedere coeperunt*, ad causam, cur haec h. l. a scriptore afferantur, parum attendisse videtur. Cramerus, cui haec accepta refero, ad Gellium Exc. IV. p. 71. *sub magistratus nomine* ut scribatur postulat. *magistratum*] cum Scioppio corrigere necessarium videbatur. *magistratus* codd.

84. *Lesas*] *Laenas* Augustinus in marg., non male: praestabilius tamen visum, omnia haec nomina reddere ex codd. lectione. *et tamen Urbinus*] F. *et* om. GHa. et in a. est *tam.* Omnino aut scribendum: *id tamen etiam Urbinus*, aut ea vv. interpolatori tribuenda. *similitudinem*] om. FGa. et Ambrosianus codex.

Hic spatium .... exemplari] Haec leguntur in a. et Ambrosiano codice. Item Mutinensis liber: *Hic in exemplari erant quatuor carte non scripte.* In F., Victorio teste, folium relictum est vacuum; quocum consentit Vaticanus α.: *Hic deficit una carta.* Sed etiam quatuor illa folia vix sufficiunt copiae argumentorum, quae in hac libri parte tractanda supererant, de qua dictum ad Argumentum libri. Unde veri simile visum, praeter quatuor illa folia totum quaternionem h. l. excidisse.

M. TERENTI VARRONIS

DE LINGUA LATINA

AD CICERONEM

LIBER NONUS.

Desunt quaedam.

1. . . . nesciunt docere quam discere, quae ignorant. In quo fuit Crates nobilis grammaticus, qui 1 456
fretus Chrysippo homine acutissimo, qui reliquit sex 126
libros *περὶ ἀνωμαλίας*, heis libris contra *ἀναλογίαν* 101) 457
atque Aristarchum est nixus, sed ita ut scripta indicant eius, ut neutrius videatur pervidisse voluntatem; quod et Chrysippus de inaequabilitate cum scribit sermonis, propositum habet ostendere similes res dissimilibus verbis et dissimilibus similes esse vocabulis notatas (id quod est verum); et quod Aristarchus, de aequabilitate cum scribit et de verborum similitudine, quorundam inclinationes sequi iubet, quoad patiatur consuetudo. **2.** Sed ii qui in loquendo partim 458
sequi iubent nos consuetudinem, partim rationem, non

Desunt quaedam] vg. Non multa deesse in principio huius libri, ex ipso genere rerum, quae deinde tractantur, apparet.

1. *sex libros*] om. FH. et G. hic cum sequentibus vv. Graecis, relicta lacuna unius et dimidii versus. *περὶ ἀνωμαλίας*] *περὶ ἀναμαλίας* a. *perianomalias* FH. *heis libris*] scripsi. *hei* (*lei* GHa.) *libri* (*librei* H.) codd. cf. Praefatio. *ἀνάλογίαν*] a. *analogian* F. *analogiam* H. lac. in G. *sermonis*] cod. B. *sermones* codd. sed de a. nihil traditur. (*id quod est verum*)*;*] Hunc locum interpungendo restitui. Priores ante *Id quod* sententiam ad finem perductam esse putaverant. *quod*] *cum* codd. Illo ad verborum nexum restituendum opus erat; certe qui *cum* retinuerit, ei deinde *iubeat* scribendum est. Cf. cum h. §. Gellius N. A. II, 25.

tam discrepant, quod consuetudo et analogia coniunctio-
res sunt inter se, quam iei credunt. 3. Quod
127 est nata ex quadam consuetudine analogia, et ex hac
consuetudine item anomalia; itaque consuetudo ex dis-
similibus et similibus verborum quod declinationibus
constat: neque anomalia neque analogia est repudianda,
nisi si non est homo ex anima, quod est homo ex
corpore et anima. 4. Sed ea, quae dicam, quo
facilius pervideri possint, prius de trinis copulis discer-
nendum (nam *confusim ex utraque parte pleraque di-
cuntur, quorum alia ad aliam referri debent summam):
459 primum de copulis naturae et usuis; haec enim duo
sunt quae exigunt diversa, quod aliud est dicere verbo-
rum analogias, aliud dicere uti oportere analogiis; se-
cundum de copulis multitudinis ac finis, utrum omnium
(102 verborum dicatur esse analogiarum* usus, an maioris
partis; tertium de copulis personarum, qui eis debent
uti, quae sunt plures. 5. Alia enim populi uni-
versi, alia singulorum, et de ieis non eadem oratoris
et poëtae, quod eorum non idem ius. Itaque populus
universus debet in omnibus verbis uti analogia, et si
perperam est consuetus, corrigere se ipsum, quom ora-
tor non debeat in omnibus uti, quod sine offensione
non potest facere, cum poëtae transilire lineas impune

2. *iei*] F. *lei* Ga. *ii* H.

3. **consuetudine item anomalia; itaque**] Haec supplevi, ut sensus et verborum nexus salvus esset, simul id efficere studens ut appareret, quo librariorum errore et quam facili ea verba excidere potuerint. *verborum*] scripsi suadente Spengelio. *verbis eorum* codd. *ex anima*] vg. *ex anima quod est ex anima* Fa. G. om. quae post vv. *ex anima* scripta sunt. H. quid habeat, non satis apertum.

4. *de trinis copulis*] Copulae sunt quas nos diceremus rationes rerum inter se coniunctarum. **confusim*] vg. *cum* (*quom* a.) *confusim* codd. Parentheseos signa addidi. *usuis*] coni. Spengelius, Emendat. Varron. p. 9. coll. Gellio IV, 16. *suis* codd. Cf. X, 73. et quae in Praefatione de orthographia Varronis disputata sunt. *exigunt*] vg. *erigunt* codd. *derigunt* (i. e. dirigunt) proponit Spengel. l. l. *dicere*] *dicere esse* coni. Spengel. l. l., ad sensum recte: neque tamen verbum substantivum, a Varrone tam licenter omissum, addere ausus sum. Cf. VIII, 39. *analogiarum* usus*] coni. *analogia* (*analogias* G.) *an usus* codd. Spengelio vv. *an usus* ex glossemate illata esse videntur.

5. *ieis*] F. *leis* a. *his* G. *lis* H. *non idem ius*] Cf. IX, 114. 115. *debeat*] G. *debet* FHa. fortasse recte.

possint. 6. Populus enim in sua potestate, singuli
in illius; itaque ut suam quisque consuetudinem, si 460
mala est, corrigere debet, sic populus suam. Ego
populi consuetudinis non sum ut dominus, at ille meae
est. Ut rationi obtemperare debet gubernator, guber-
natori unusquisque in navi, sic populus rationi, nos
singuli populo. Quare ad quamcunque summam in
dicendo referam, si animadvertes, intelliges, utrum di-
catur analogia esse, an uti *oportere ea; et quom posci-
tur, ut usus ad id quod* oporteret redigeretur, dici 128
id in populum aliter, ac * in eum qui sit in populo.

7. Nunc iam primum dicam pro universa analo- 2
gia, cur non modo videatur esse reprehendenda, sed
etiam quor in usu quodammodo sequenda. Secundo de
singulis criminibus, quibus rebus possint, quae dicta 461
sunt contra, solvi, dicam ita, ut generatim comprehen-
dam et ea quae in priore libro sunt dicta, et ea quae
possunt dici, atque illic praeterii.

8. Primum quod aiunt, qui bene loqui velit, 3
consuetudinem sequi oportere, non rationem similitudi-
num, quod alterum si neglegat, sine offensione facere
non possit; alterum si sequatur, quod sine reprehen-
sione non sit futurum: errant; quod qui in loquendo
consuetudinem, qua oportet uti, sequitur, *eam sequi-
tur* non sine * ratione. 9. Nam vocabula ac verba, 4
quae declinamus similiter ac in consuetudine esse vide- 462

6. *nos*] vg. *non* (*nō* a.) codd. **oportere ea; et quom poscitur ut usus ad id quod**] Haec similiave verba necessaria sunt, exciderunt autem, cum librarii visus aberrasset ab *oportere* ad *oporteret*. Cf. infra §. 9. *ac**] Hic asteriscus locum notat, quo in codd. sunt verba *inde omnibus dici*, quae quomodo h. l. stare possint, non intelligo.

7. *non modo*] *non* addunt H. Stephanus et Perizonius. Nunc etiam ex Ciceronis scriptis hic usus satis stabilitus est. V. Beier ad Ciceron. de offic. I, 21. 71. p. 165. Cf. infra §. 14. *quor*] *quur* G. *cur* cett. *comprehendam*] H. *comprehendant* FGa.

8. *sine reprehensione*] his quod anteponit H. *non*, id improbandum est. Nam ex mente Crateteorum analogiam qui sequitur, eum reprehensionem saepe incurrere oportet. V. VIII, 33. *errant*] vg. *erat* codd. **eam sequitur**] coni. addidi. Idem fere suasit Spengelius. *sine**] Hic delendum erat *ea*, quod habent codd. (*causa* H.).

9. *ac in*] coni. *ea in* codd. *ac* et *nec* ne ante vocalem poneret,

mus, et ad eam conferimus, et si quid est erratum, non sine ea corrigimus. Nam ut, qui triclinium constrarunt si quem lectum de tribus unum imparem posuerunt, aut de paribus nimium aut parum produxerunt,
(103 una corrigimus et ad consuetudinem communem et ad aliorum tricliniorum analogias: sic si quis in oratione in pronuntiando ita declinat verba ut dicat disparia, quod peccat redigere debemus ad ceterorum similium verborum rationem.

5 10. Cum duo peccati genera sint declinationum, unum quod in consuetudinem perperam receptum est, alterum quod nondum est, et perperam dicatur: unum
463 dant non oportere dici, quod non* sit in consuetudine,
129 alterum non conceditur quin ita dicatur; ut sit similiter, quom id faciant, ac, si quis puerorum per delicias pedes male ponere atque imitari vatias coeperit, hos corrigi oportere si concedat; contra si quis in consuetudine ambulandi iam factus sit vatia aut compernis, si eum corrigi non concedat. 11. Non sequitur ut stulte faciant, qui pueris in geniculis alligent serperastra, ut eorum depravata corrigant crura? Cum vituperandus non sit medicus, qui e longinqua mala consuetudine aegrum in meliorem traducat: quare repre-
464 hendendus sit, qui orationem minus valentem propter malam consuetudinem traducit in meliorem? 12.
6 Pictores Apelles, Protogenes, sic alii artifices egregii non reprehendundi, quod consuetudinem Miconos, Dio-

non cavisse videtur Varro. V. V, 59. VII, 32. IX, 6. Itaque etiam V, 95. *ac oves* scribemus, ita ut ad manum librariorum quam proxime accedamus, PECULIATORIAC ponentes pro PECULATORIAE. *eam*] vg. *ea* codd.

10. *non * sit*] *non* addidit Augustinus cum aliis. om. codd. *sit*] *si* codd. nisi quod G. om. Recepi illud ex volgata, sed haetenus ut *similiter* ex codd. scriberem, non *simile*, sicut vg. Cf. VI, 8.

11. *Non sequitur*] Haec interrogare scriptorem statui, et interrogando adversariorum sententiam irridere.

12. *Pictores*] *Ut pictores* coni. I. M. Schulz. in Annal. Iahnii a. 1829. V. III. p. 72. Sed non opus est hac particula. *artifices*] *artufices* F. *non reprehendundi*] Intellige haec proinde ac si dixisset Varro: Cum pictores illi non sint reprehendendi, quod a vetusta consuetudine desciverint: num Aristophanes (Byzantium dicit, cuius disciplinam et

ris, Arimnae†, etiam superiorum non sunt secuti;
Aristophanes improbandus, qui potius in quibusdam
veritatem quam consuetudinem secutus? 13. Quod 7
si viri sapientissimi, et in re militari et in aliis rebus
multa contra veterem consuetudinem cum essent usi,
laudati: despiciendi sunt qui potiorem dicunt oportere
esse consuetudinem ratione. 14. An quom quis 8
perperam consuerit quid facere in civitate, non modo 465
patiemur, sed etiam poena afficiemus: idem, si quis
perperam consuerit dicere verbum, non corrigemus,
cum id fiat sine poena?* 15. Et hi, qui pueros 9
in ludum mittunt, ut discant quae nesciunt verba,
quemadmodum scribant, idem barbatos, qui ignorabunt
verba, quemadmodum oporteat dici, non docebimus,
ut sciant qua ratione conveniat dici?

16. Sed ut nutrix pueros a lacte non subito 10
avellit a consuetudine, cum a cibo pristino in melio- 130
rem traducit; sic maioris in loquendo a minus commo- 466
dis verbis ad ea quae sunt cum ratione, modice tradu- 104)
cere oportet. Cum sint in consuetudine contra rationem alia verba ita ut ea facile tolli possint, alia ut videantur esse fixa: quae leviter haerent, ac sine offensione commutari possint, statim * ad rationem corrigi

sectam colebant Aristarchei) improbandus erit, quod quaedam propter rationem in consuetudine emendaverit? Hac in sententia scriptor utitur paratactico quodam dicendi genere, quod in simili re saepius usurpatur. Hinc apparet, cur non deleam *non* cum I. Silligio, Catal. artif. p. 83. *Miconos*] Attici pictoris, Polygnoti aequalis. *Dioris*, *Arimnae*†] vg. *Diorosaris* (*diorosarim* Ga. *dyorosari* H.) *me* (*ne* a.) codd. A sententia Varronis non aliena sunt nomina *Cimonos*, *Eumari*, sed etiam haec non satis conveniunt cum literis scriptis. *etiam*] FGH. *et* a.

13. *multa*] codd. *multis* vg. V. propter accusativum V, 109. 137.

14. *non modo*] cf. §. 7. *idem*] GHa. *id est* F. Illud est pro *iidem*. V. ann. ad V, 57. adde VII, 8. VIII, 35.

15. *oporteat*] GHa. *oportuit* F.

16. *pueros a lacte*] Haec verba coniungenda sunt et significant pueros nuper a lacte depulsos. Sic *a matre pulli* dicuntur, ex volgari usu, apud Columellam VIII, 5. *maioris in*] scripsi. *in maioris* codd. De accusativi forma v. ann. ad VIII, 24. *Cum*] In hoc verbo scriptorem novam ordiri periodum, priores non viderunt. *in*] vg. om. codd. *statim**] coni. *si enim* codd. Priores ante h. v. sententiam terminaverant.

oportet; quae tamen sunt ita, ut in praesentia corrigere nequeas, quin ita dicas, his oportet, si possis, non uti: sic enim obsolescent, ac postea iam obliterata
11 facilius corrigi poterunt. 17. Quas novas verbi
467 declinationes ratione introductas respuet forum, his boni poëtae, maxime scaenici, consuetudine subigere aureis populi debent, quod poëtae multum possunt in hoc; propter eos quaedam verba in declinatione melius, quaedam deterius dicuntur. Consuetudo loquendi est in motu; itaque solet fieri ex meliore deterior, *ex deteriore* melior. Ac verba perperam dicta apud antiquos aliquos propter poëtas non modo nunc dicuntur recte, sed etiam quae ratione dicta sunt tum, nunc perperam dicuntur.

12 18. Quare qui ad consuetudinem nos vocant, si ad rectam, sequemur; in eo quoque enim est analogia:
468 si ad eam invitant quae est depravata, nihilo magis sequemur quam*, nisi cum erit necesse, sequar in ceteris rebus mala exempla; nam ea quoque, cum aliqua
13 vis urget, inviti sequemur. Neque enim Lysippus artificum priorum potius est vitiosa secutus quam artem. Si* sic populus facere debet: etiam singuli, sine offensione quod fiat populi.

19. Qui amissa non* modo quaerant, sed etiam
131 quod indicium dent: idem, ex sermone si quid deperiit,

tamen sunt] coni. *tum sunt* F. *aūt sunt* G. *autem sunt* a. *sunt aut* H. *quin ita dicas*] Haec coniungenda esse cum vv. *corrigere nequeas*, non cum sequentibus, analogia structurarum l. L. satis ostendit.

17. *ratione*] vg. *rationes* codd. *scaenici*] G. et a. ut videtur. *sceniei* FH. *possunt*] G. *possint* Fa. *potest* H. *ex meliore deterior*] vg. *et meliore deteriora* codd. **ex deteriore**] addidi, suadente Spengelio. *melior. Ac*] scripsi. *Meliora* codd. *nunc dicuntur*] G. et a. ut vid. *nunc dicantur* FH. *nunc perperam*] vg. *num perperam* FG. *non perperam* H. De a. nihil notatum.

18. *quam**] coni. addidi. *artificum*] *artuficum* G. *Si**] coni. addidi, cum sententia, licet stare possit sine particula conditionali, multo tamen aptior sic exprimatur.

19. *Qui*] Hinc novam inchoari periodum, miror non intellectum esse, cum etiam diversum a proximo argumentum proponatur. Dicit autem prius de amissis vocabulorum formis restituendis; deinde de novis ratione introducendis. *non**] addiderunt Vertranius, Scioppius. om. codd.

non modo nihil impendunt ut requirant, sed etiam contra indices repugnant, ne restituatur verbum. 20. 469
Quod novom et ratione introductum, quo minus ut
recipiamus, vitare non debemus. Nam ad usum in 14
vestimentis, aedificiis, supellectili, novitati non impedit vetus consuetudo. Quem enim amor assuetudinis potius in pannis possessorem † retinet, quam ad nova vesti-
menta traducit? An non saepe veteres leges abrogatae 15
novis cedunt? 21. Nonne inusitatis formis vaso- 16
rum recentibus ex Graecia allatis obliteratae antiquae 105) 470
consuetudinis sinorum et capularum species; his formis vocabulorum ut* contaminatis uti nollent, quas docuerit ratio praeter consuetudinem veterem? Et tantum inter duos sensus interesse volunt, ut oculis semper aliquas figuras supellectilis novas conquirant, contra auris ex-
pertis velint esse? 22. Quotus quisque iam servos 17
habet priscis nominibus? quae mulier suum instrumen-
tum vestis atque auri veteribus vocabulis appellat? Sed 471
inductis non tam irascendum, quam huiusce pravitatis patronis.

23. Si enim usquequaque non esset analogia, tum sequebatur, ut in verbis quoque non esset; non, cum
esset usquequaque ut est, non esse in verbis. Quae 18
enim est pars mundi, quae non innumerabiles habeat analogias? Caelum, an mare, an terra, an aër, et cetera quae sunt in his? 24. Nonne in caelo, ut ab aequinoctiali circulo ad solstitialem et hinc ad septentrionalem divisum: sic contra paribus partibus
idem a bruma versum contraria parte? Non, quantum 472

20. *Quod*] H. l. cur τελείᾳ στιγμῇ verba distinxerim, iam significavi in annot. ad §. 19. *novom*] *novum* codd. *supellectili*] vg. *suppelecti* H. *suppellectilis* FG. *supellectilis* a. *possessorem*†] codd. Scriptura manifesto corrupta, quae quomodo emendari possit, nondum invenio. *sinorum et capularum*] cf. V, 121. 123.

21. *ut* contaminatis*] coni. scripsi. *incontaminati* codd. *quas*] H. Stephanus. *quae* codd. *praeter*] Victorius, Vertranius. *propter* codd.

22. *Sed*] codd. om. vg.

23. *non esset*] vg. *nomen esset* codd.

24. *Non*] Hoc loco plene interpunxi. Antea particula negativa

132 polus superior abest * a septentrionali circulo* et is ad
solstitium, tantundem abest inferior ab eo quem
ἀνταρκτικὸν vocant astrologi, et is ad brumalem? Non,
quemadmodum quodque signum exortum hoc anno,
quotquotannis eodem modo exoritur? **25.** Num
aliter sol a bruma venit ad aequinoctium, ac contra
cum ab solstitio venit ad aequinoctialem circulum, et
inde ad brumam? Nonne luna, ut a sole discedit ad
aquilonem et inde redit in eandem viam: sic inde fertur
ad austrum et regreditur inde? Sed quid plura
de astris, ubi difficilius reperitur * quid sit aut fiat in
19 motibus dissimiliter? **26.** At in mari, credo, mo-
473 tus non habent similitudines geminas; qui in XXIIII.
horis lunaribus quotidie quater se mutant; ac cum sex
horis aestus creverunt, totidem decreverunt rursus idem;
itemque ab his. An hanc analogiam ad diem servant,
ad mensem non item, alios motus cum habeant *, sic
item alios inter se convenientes? de quibus in libro,
20 quem de aestuariis feci, scripsi. **27.** Non in terra
474 in sationibus servata analogia? nec quoiusmodi in prae-
(106 terito tempore fructuum genera reddidit, similia in praesenti
reddit? et quoiusmodi tritico iacto reddidit segetes,
sic ordeo sato proportione reddidit parilis? Non ut
Europa habet flumina, lacus, montis, campos, sic

ab antecedenticus ne ὑποστιγμῇ quidem distinguebatur. *polus*] Scaliger, Scioppius. *polo* codd. *abest**] Asterisco notavi omissa verba quae sunt in FH.: *et abest et* (*et abest* a.). In G., sicut in vg., *et abest* ..... *abest* desunt. *circulo* et is*] coni. scripsi. *circumit cum his* codd. *quotquot*] vg. *quod quotquot* codd.

25. *ac*] G. *an* cett. *cum*] om. a. *ab solstitio*] coni. *ad solstitium* codd.

26. *similitudines*] coni. *dissimilitudines* codd. Videntur non intellexisse librarii, *credo* dici cum irrisione. *XXIIII*] Aldus. *XXIII* FH. *XIII* G. De a. nihil traditum. *quotidie*] G. *quottidie* a. *cotidie* F. De H. res incerta. *itemque ab his*] id est: inde ab his, post has XII horas. *identidem aliis* coni. Augustinus; *Item quae ab his* Spengelius. Ante h. vv. plene interpungebatur, loco, quantum video, admodum incommodo. Ego contra sequentia τελείᾳ στιγμῇ dispescui, in quibus de menstrua aestuum mutatione dicitur. *cum habeant*, sic item*] Sic haec transposui. *sic item cum habeant* codd. Alios esse, dicit, menstruos aestuum motus, sed etiam his alios ex lege analogiae convenire.

27. *reddit*] Ga.. *reddat* cett. codd.

habet Asia? **28.** Non in volucribus generatim 21
servatur analogia? non ex aquilis aquilae, atque ut ex
turdis qui procreantur, turdi, sic ex reliquis sui quo-
iusque generis? An aliter hoc fit, quam in aëre, in 22
aqua? non hic conchae inter se generatim innumerabili
numero similes? non pisces? an e murena fit lupus aut 475
merula? Non bos ad bovem collatus similis? et qui 133
ex his progenerantur, inter se vituli? etiam ubi dissi-
milis foetus ut ex equa et asino* mulus, tamen ibi ana-
logia; quod ex quocumque asino et equa nascitur, id
est mulus aut mula, ut ex equo et asina hinnulei.
29. Non sic ex viro et muliere omnis similis partus*, 23
pueri et puellae? non horum ita inter se* omnia similia
membra, ut separatim in suo utroque genere similitu-
dine sint paria? Non, omnis cum sint ex anima et 476
corpore, partes quaeque horum proportione similes?
30. Quid ergo cum omnes animae hominum sint divi-
sae in octonas parteis, eae inter se non proportione
similes? quinque quibus sentimus, sexta qua cogitamus,
septuma qua progeneramus, octava qua voces mittimus?
Igitur, quoniam loquimur voce orationem, hanc quoque
necesse est natura habere analogias; itaque habet.

31. An non vides, ut Graeci habeant eam qua- 24
dripartitam, unam in qua sit casus, alteram in qua
tempora, tertiam in qua neutrum, quartam in qua
utrumque, sic nos habere? Ecquid verba, nescis, ut
apud illos sint alia finita, alia non, sic utraque esse 477

28. *sui quoiusque*] scripsi. *suis quoiusque* Ga. *suis cuiusque* FH. *sui cuiusque* vg. *an e*] emendavit Augustinus. *sane* codd. *et asino**] vg. om. codd. *id est*] Fa. *idem* Venetae. *item* vg. In GH. omnia vv. inter prius et alterum *mulus* desunt.

29. *partus**] *quod* addunt codd.; id omisi. *se**] *non* addunt codd., quod omisi cum Scioppio. *similitudine sint paria*] scripsi. *similitudines intra paria* (*parit* F.) codd. *sint pariles* vg. *omnis*] F. et a. ut videtur. *omnes* GH.

30. *octonas parteis*] Sic Stoicis placuit. V. Diogen. Laert. VII, 63, 110. *quoniam*] *qua* addunt codd., ut videtur omnes; omisi id, notatum iam a Spengelio. cf. Praefatio.

31. *Ecquid*] Scioppius. *Et quid* (*qui* a.) codd. *sint*] *sunt* coni. Scioppius, non recte, modo haec recte coniungantur cum sequentibus.

apud nos. 32. Equidem non dubito, quin animadverterint item in eum innumerabilem similitudinum numerum: ut trium temporum verba, ut trium persona-
25 rum. Quis enim potest non una animadvertisse in omni oratione esse ut legebam, lego, legam, sic
(107 lego, legis, legit; cum haec eadem dicantur alias ut singula, alias ut plura significentur? Quis est tam
134 tardus, qui illas quoque non animadverterit similitudi-
478 nes, quibus utimur in imperando, quibus in optando, quibus in interrogando, quibus in infectis rebus, quibus in perfectis, sic in aliis discriminibus?

26 33. Quare qui negant esse rationem analogiae, non vident naturam non solum orationis, sed etiam mundi; qui autem vident et sequi negant oportere, pugnant contra naturam, non contra analogiam: et pugnant volsillis, non gladio, cum pauca excepta verba ex pelago sermonis pulli minus trita afferant, quom dicant propterea analogias non esse; similiter ut si quis viderit mutilum bovem aut luscum hominem claudican-
479 temque equom, neget in* bovom, hominum et equorum natura similitudines proportione constare.

27 34. Qui autem duo genera esse dicunt analogiae: unum naturale, quod ut ex lentibus* seminatis nascun-

32. *quin animadverterint*] coni. Spengelius. *qui animadvertunt* (*animaverterunt* a.) codd. *eum*] scripsi. *eam* codd. *similitudinum*] Scioppius. *similitudinem* codd. sed de a. nihil notatum est. *Quis enim*] Koehlerus Lit. Crit. p. 19. hunc locum sic distinguit: *Equidem non dubito qui animadverterim* (vel *quin animadverterint*) *item in ea innumerabilem similitudinum numerum ut, trium temporum verba ut trium personarum* (*qui enim non potest animadvertisse*) *in omni oratione esse.* Quae minus placent. *animadverterit*] reposui, suadente Spengelio. *animadvertit* codd. *in imperando*] *in* addidit Scioppius.

33. *non vident*] Spengelius. *non videt* codd. *pulli minus*] G. *puliminus* cett. codd. (sed de a. nihil notatum). *puri minus* Aldus. Illud posui existimans, de inquinato potius quam de puro sermone hic cogitandum esse, et pullum s. pullatum sermonem dictum esse opinans pro volgari pullatae turbae dicendi genere. *equom*] *equum* codd. *in**] omisi h. l. *cornibus*, auctore Scioppio. *bovom*] F. *bovum* H. *boum* Ga.

34. *autem*] G. *aut* H. *cum* F. om. a. Haec vv. *qui autem dicunt*, cum apodosi: *ego . . puto*, negligentiore quadam structura coniunguntur, ita ut adversariorum sententiae suam statim opponat scriptor. Poterat interserere: *hos errare existimans.* Cf. annot. ad VIII, 69. *ex*

tur lentis, sic ex lupinis* lupinum; alterum voluntarium ut in fabrica, cum vident scaenam, ut in dexteriore parte sint ostia, sic esse in sinisteriore simili ratione facta; de his duobus generibus naturalem esse 480
analogian ut sit in motibus caeli, voluntariam non esse, quod ut quoique fabro lubitum sit, possit facere partis scaenae; sic in hominum partibus esse analogias, quod eas natura faciat, in verbis non esse, quod ea homines ad suam quisque voluntatem fingat, itaque de eisdem rebus alia verba habere Graecos, alia Syros, alia Latinos: ego declinatus verborum et voluntarios et naturaleis esse puto, voluntarios quibus homines voca- 481
bula imposuerint rebus quaedam, ut ab Romulo **Roma**, ab Tibure **Tiburtes**; naturales, ut ab impositis voca- 135
bulis quae inclinantur in tempora aut in casus, ut ab Romulus* **Romulo**, **Romuli**, **Romulum**, et ab dico **dicebam**, **dixeram**. 35. Itaque in voluntariis declinationibus inconstantia est, in naturalibus constantia; quas utrasque quoniam iei non debeant negare esse in oratione, quom in mundi partibus omnibus sint, et declinationes verborum innumerabiles, dicendum est, esse in his analogias. Neque ideo statim ea in omni- 482
bus verbis est sequenda; nam si qua perperam declina- 108)
vit verba consuetudo, ut ea aliter *efferri non possint* sine offensione multorum, hinc rationem verborum praetermittendam ostendit loquendi ratio.

36. Quod ad universam pertinet causam, cur simi- 28
litudo et sit in oratione et debeat observari et quam ad finem quoque, satis dictum. Quare quod sequitur de

lentibus seminatis*] cod. B. *ex natis* codd. *ex lupinis* lupinum*] cod. B. Vertranius. *et lupinum* codd. Hoc l. correctorem verum vidisse mihi persuasi. *quoique*] cod. B. *quoque* FHa. *quaeque* G. *Romulus*, Romulo*] scripsi suadente Spengelio p. 481. et XI. *Romulus** om. codd. *dicebam, dixeram*] *dixit* interponit H. Stephanus.

35. *iei*] F. *lei* GHa. *quom*] a. *quam* FG. (de H. nihil notatum invenio) *quod* vg. *sint*] GHa. *sit* F. **efferri non possint**] om. codd. Recepi ea verba ex vg. *rationem*] a. *orationem* cett. codd. Etiam sic locus nondum persanatus esse videtur.

36. *quam ad finem*] i. e. intra quos fines, ut ex superioribus intelligitur.

partibus singulis, deinceps expediemus ac singula crimina, quae dicunt in analogias, solvemus. 37. In quo animadvertite, natura quadruplicem esse formam, ad quam in declinando accommodari debeant verba:
483 quod debeat subesse res quae designetur; et ut sit ea res in usu; et ut vocis natura ea sit, quae id* significavit, ut declinari possit; et similitudo figurae verbi ut sit ea, quae ex se declinata genus prodere certum possit. 38. Quo neque a terra terrus ut dicatur, postulandum est, quod natura non subest, ut in hoc alterum maris, alterum feminae debeat esse. Sic neque propter usum, ut Terentius significat unum, plures Terentii, postulandum est, ut sic dicamus faba et fabae; non enim in simili usu utrumque. Neque ut dicimus ab Terentius Terentium, sic postulandum ut
136 inclinemus ab A et B, quod non omnis vox natura habet declinatus. 39. Neque in forma collata quaerendum solum, quid habeat in figura simile, sed
484 etiam nonnunquam in eo, quem habeat effectum. Sic enim lana Gallicana et Appula videtur imperito similis propter speciem, cum peritus Appulam emat pluris, quod in usu firmior sit. Haec nunc strictim dicta, apertiora fient infra. Incipiam hinc.

29 40. Quod rogant, ex qua parte oporteat simile esse verbum, ab voce an significatione, respondemus a voce; sed tamen nonnunquam quaerimus genere similiane sint, quae significantur, ac nomen virile cum virili conferimus, feminae cum muliebri, non quod id quod significant voces, commoveat; sed quod nonnun-

37. *ut sit ea res in usu*] *sit* om. GHa. Cf. §. 38. et 56. *id**] addere necesse habui. Redeunt quadruplices hae leges analogiarum X, 83. *figurae*] scripsi. *figura* codd. cf. §. 39. *possit*] emendavit Augustinus. *possint* a. *possunt* cett. codd.

38. *faba et fabae*] Nempe faba, ut lens et cicer et alia huiusmodi, singulari numero de cibo inde parato scribitur. Cf. X, 84. *simili usu*] coni. Spengelius Emend. Varr. p. 10. *similius* codd. *similibus* vg.

39. *Sic enim lana*] Cf. infra IX, 92.

40. *Quod rogant*] VIII, 40. *voces*] vg. *vocem* codd. *dissimili similis**] coni. scripsi. *dissimilis* FGa. *dissimiles* H. *in re* simili*] coni. *indissimiles* FHa. *dissimilis* G.

quam in re dissimili similis* figurae formas, in re* simili imponunt dispariles, ut calcei muliebris sint an viriles, 485
dicimus ad similitudinem figurae; cum tamen sciamus 109)
nonnunquam et mulierem habere calceos viriles et virum muliebris. **41.** Sic dici virum Perpennam, ut Alphenam*, muliebri forma; et contra parietem, ut abietem, esse forma similem, quom alterum vocabulum dicatur virile, alterum muliebre, et utrumque natura neutrum. Sic itaque ea virilia dicimus, non quae virum significant, sed quibus proponimus hic et hi, et sic muliebria, in quibus dicere possimus haec aut hae. **42.** Quare nihil est, quod dicunt Theona 30
et Diona non esse similis, si alter est Aethiops, alter 486
Gallus, si analogia rerum dissimilitudines assumat ad discernendum vocis verbi figuras.

43. Quod dicunt, simile sit necne nomen nomini, 31
imprudenter Aristarchum praecipere, oportere spectare 137
non solum ex recto, sed etiam ex eorum vocandi casu; esset enim deridiculum, si simileis inter se parentes sint, de filiis iudicare: *errant, quod non ab eo obliquis casibus fit ut recti simili facie ostendantur, sed propter eos facilius perspici similitudo potest eorum, quam vim habeat, ut lucerna in tenebris allata non 487
facit, quae ibi sunt posita similia sint, sed ut videantur quae sint quaeve desint. **44.** Quid similius videtur quam in his est extrema litera X crux, Phryx?

41. *ut Alphenam**] coni. *aut plenam* codd. *aut P. Laenam* scripsit Spengelius. Sed v. VIII, 41. *forma*] vg. *formam* codd. et sic iidem paulo inferius, nisi forte a. utroque loco habet *forma*. *quom*] scripsi. *quo* codd. *cum* vg. *virum*] vg. *utrum* FHa. *utrunque* G.

42. *Gallus*] fortasse *albus*, ut VIII, 41. Sed non refragabor, si quis ipsum Varronem haec variasse contenderit. *vocis verbi*] i. e. *verbi tanquam soni humano ore prolati*. Cf. VIII, 40.

43. *Quod dicunt*] VIII, 42. *simileis*] F. *similes* cett. cf. ann. ad. V, 5. **errant*] Ante h. v. delevi *qui*, suadente Spengelio. *fit*] vg. *sit* codd. sed de a. nihil notatum. *simili*] F. ut vg. *simile* GHa. cf. VI, 74. *quae sint*] vg. *quae sunt* codd. Cf. cum h. l. VIII, 42. IX, 103. *quaeve desint*] vg. *quoius* (*eius* H.) *dissint* codd. An *quove distent?*

44. *extrema*] GH. *externa* F. et a. ut videtur. *Phryx*]

quas qui audit voces, auribus discernere potest nemo, quom easdem non esse similes ex aliis verbis intellegamus, quod, cum sit cruces et Phryges et de his extre-
488 mis syllabis exemptum sit E, ex altero fit ut ex C et S crux, ex altero G et S Phryx; quod item apparet, cum est demptum S; nam fit unum cruci, alterum Phrygi.

32 45. Quod aiunt, cum in maiore parte orationis non sit similitudo, non esse analogian, dupliciter stulte dicunt, quod et in maiore parte est, et, si in minore sit, tamen sit*, nisi etiam nos calceos negabunt habere, quod in maiore parte corporis calceos non habeamus.

33 46. Quod dicunt, nos sequi dissimilitudinem, ita-
489 que in vestitu, in supellectile delectari varietate, non paribus subuculis uxoris: respondeo, si varietas iucun-
(110 ditas, magis varium esse, in quo alia sunt similia, alia non sunt: itaque sicut abacum argento ornari, ut alia paria sint, alia disparia, sic orationem. 47. Rogant, si similitudo sit sequenda, cur malimus habere lectos
138 alios ex ebore, alios ex testudine, sic item genere aliquo alio. Ad quae dico non dissimilitudines *solum nos, sed similitudines* quoque sequi saepe: idque ex

Aldus. *frix* codd. *frux* vg. quod reieci, quod Varronis tempore non audiebatur, nisi in lectione antiquiorum poëtarum. Eadem scripturae varietas in sequentibus ter redit. *exemptum*] vg. ex Aldina. *exemplum* codd.

45. *aiunt*] VIII, 37. *et in maiore parte est*] Post haec vv. addunt F. et a. (sed de hoc dubito) *et in minore parte est*, quibus sententia loci pervertitur. Hoc dicit scriptor, eorum, qui similitudinem tollunt, quod in maiore parte orationis non sit, duplicem esse errorem: primum quod negent in maiore parte eam esse, cum sit in maiore parte; alterum quod negent omnino esse similitudinem, si in maiore parte non sit, quod ea sit, etiamsi sit in minore parte. *et si in minore sit*] *et si in minore parte est et si in minore parte sit* G., quod h. l. notavi, ut appareret, quam facili errore plura hic vocabula addi potuerint. *tamen sit**] Asterisco significavi locum, unde vv. *in maiore* expulsa sunt, quae habent codd. Ea expellenda esse iam intellexerat Spengelius.

46. *dicunt*] VIII, 32. *sequi*] om. codd., additum est in cod. B. et vg. *iucunditas*] codd. sed *iocunditas* G. *est iucunda* vg. fortasse recte. *alia paria sint alia disparia*] sic locum explevit cod. B. et volgatae scripturae auctor. *alia disparia* GHa. *alia paria* F.

47. **solum nos, sed similitudines**] coni. addidi. Minore molimine locum correxisse videri potest Henr. Stephanus, qui scripsit: *dico nos*

eadem supellectili licet videre; nam nemo facit triclinii lectos, nisi pareis et materia et altitudine et figura. 490
Quis facit mappas trincliniareis non similis inter se? quis pulvinos? quis denique caetera, quae unius generis sint plura? 48. Cum, inquiunt, utilitatis causa introducta sit oratio, sequendum non quae habebit similitudinem, sed quae utilitatem. Ego quidem utilitatis causa orationem factam concedo, sed ut vestimentum; quare ut hic similitudines sequemur, ut virilis tunica sit virili similis, item toga togae, sic mulierum stola ut sit stolae proportione et pallium pallio simile: sic cum sint nomina utilitatis causa, tamen virilia inter se similia, item muliebria inter se sequi debemus.

* * *

49. Quod aiunt ut persedit et perstitit, sic 34
. . . percubuit quoniam non sit, non esse analogiam, vel in hoc errant, quod duo posteriora ex prioribus 491
declinata non sunt, cum analogia polliceatur ex duobus similibus similiter declinatis similia fore. 50. Qui 35
dicunt, quod sit ab Romulo Roma et non Romula, neque, ut ab ove ovilia, sic a bove bovilia, non esse analogias, errant, quod nemo pollicetur e vocabulo

similitudines quoque sequi. Illud tamen probabilius esse iudicabit, qui Varronis librorum naturam noverit. *saepe: idque*] coni. scripsi. *saepe itaque* codd. ita ut ante v. *saepe* interpungatur. *Quis*] a. ut videtur, sicut vg. *qui* cett. codd.

48. *inquiunt*] Vertranius, Scioppius. *inquit* codd. V. VIII, 28. *sequemur*] vg. *sequeremur* codd. *stolae*] vg. *stola* codd. *proportione* iungendum est cum sequenti v. *similis.* V. IX, 29. 33. 62. et cf. annot. ad VIII, 68.

Lacunam cur h. l. non exiguam disputationis partem intercepisse arbitrer, ex argumento libri supra disposito apparebit. Illo loco si ordinem sententiarum recte indicavi: non opus erit ut ea, quae §. 49. scripta sunt, aliunde huc transposita esse existimemus: quae opinio est Spengelii, Emend. Varron. p. 19.

49. *sic . . . percubuit*] Hic deesse alterum ex duobus posterioribus vocabulis, quae Varro ipse postea scribit se posuisse, vidit Spengelius. *vel*] proposuit Spengelius. *ut* codd. nisi quod, quae inter *analogias* et *analogia* leguntur, om. H. *et* vg. *errant*] vg. *erant* codd.

50. *dicunt*] VIII, 54. 80. *ovilia*] et *bovilia*] vg. *ovilla* et *bovilla* codd. *non esse*] a., nisi fallimur varietate scripturae proposita, sicut coniecerat Henr. Stephanus. om. F. *non* om. GH.

vocabulum declinari recto casu singulari in rectum singularem, sed ex duobus vocabulis similibus casus similiter declinatos similes fieri.

36 51. Dicunt, quod vocabula literarum Latinarum
492 non declinentur in casus, non esse analogias: hi ea quae natura declinari non possunt, eorum declinatus requirunt, proinde ut non ea dicatur esse analogia,
139 quae ab similibus verbis similiter esset declinata. Quare non solum in vocabulis literarum haec non requirenda analogia, sed ne in syllaba quidem ulla, quod dicimus hoc ba, huius ba, sic alia. 52. Quod si quis
(111 in hoc quoque velit dicere esse analogias rerum, tenere potest; ut enim dicunt ipsi alia nomina, quod quinque habent figuras, habere quinque casus, alia quattuor, sic minus alia: dicere poterunt esse literas ac syllabas in vocibus, quae singulos habeant casus. In rebus
495 plurimis quemadmodum inter se conferent ea, quae quaternos habebunt vocabula casus, item ea inter se quae ternos: sic quae singulos habebunt, ut conferant inter se dicentes, ut sit hoc A, huic A, esse hoc E, * huic E.

37 53. Quod dicunt, esse quaedam verba, quae ha-

51. *Dicunt*] *Qui dicunt* coni. Spengelius. Sed Varro infra §. 55. 68. 70. 72. et saepius quae opposita sunt, sic refellit, ut incipiat: *Dicunt*, *negant*, *reprehendunt*. *esset declinata*] FHa. *esse declinata* G. *declinatis similia declinat* cod. B. et vg. Codd. lectionem sic posse defendi existimabam, si *analogiae* dicerentur singula analogiae exempla sive analoga in casibus, in temporum formis et sic aliis. *ne*] vg. om. FGH. sed habet a., si eius scriptura diligenter enotata est. *ba*] utroque loco GHa. *ha* F. *ab* cod. B. et vg., male: nam de syllabis, quae non sunt vocabula, dicitur.

52. *poterunt*] GHa. *poterint* F. quod miror in ordinem recipi potuisse. *vocibus*] coni. scripsi. *voce* codd. *conferent*] cf. VIII, 63. *vocabula*] coni. scripsi. *vocabulis* codd. *quae ternos*] coni. Koelerus Lit. crit. p. 21. *quaternos* codd. Diptota scriptor consulto omisisse videtur, quoniam rariora haec sunt in lingua Latina. **huic E*] Ante h. vv. codd. addunt *huiusce e.*, quae orta sunt ex prava iunctione vv. *huice*. Hinc fecere interpolatores *huius E*. Expellenda ea esse vidit Spengelius. Cf. ann. ad VIII, 63.

53. *Quod dicunt*] Nunc nullus est locus in octavo libro, cui haec opponi potuerint. Sed statuendum est, vel in illa Varronis disputatione vel in alio libro contra Aristarcheos scripto cum v. *caput* coniunctum fuisse *nihil* tanquam exemplum vocabuli, cuius par reperiri non posset. Sic

beant declinatus ut **caput**, quorum par reperiri quod non possit, non esse analogias: respondendum, sine dubio, si quod est singulare verbum, id non habere analogias. Minimum duo esse debent verba, in quibus sit similitudo. Quare in hoc tollunt esse analogias. 494
54. Sed in **nihil** vocabulum recto casu apparet in hoc:

Quae dedit ipsa capit, neque dispendi facit hilum;

quod valet nec dispendii facit quidquam. Idem hoc obliquo apud Plautum:

Video enim te nihili pendere prae Philolache omneis homines;

quod est ex ne et hili; quare dictus est **nihili** qui non hili erat: casu *non mutante*, cum commutatur de 495
quo dicitur. De homine dicimus enim, hic homo nihili est, et huius hominis nihili, et hunc hominem nihili. Si in illo commutaremus, diceremus, ut hoc linum et libum, sic nihilum, non hic nihili, et ut* huic lino et 140
libo, sic nihilo, non huic nihili. Potest dici patricus casus, ut ei praeponantur praenomina plura, ut hic casus Terentii, hunc casum Terentii; hic miles legionis, huius militis legionis, hunc militem legionis.

55. Negant, cum omnis natura sit aut mas aut 38
femina aut neutrum, non* debuisse ex singulis vocibus

apertiora fient quae sunt in §. 54. *par*] codd., puto, omnes. *pars* vg. *tollunt esse analogias*] His verbis scriptor non interrogat, sed concedit, in v. *caput* tolli analogiam eo quod plane singulare sit; v. *nihil* autem analogia destitutum esse negat.

54. *in nihil*] Scioppius. *initium* codd. *in hoc*] Ennii loco. V, 60. *ipsa*] Scioppius. *ira* codd. *capit*] Scaliger. *caput* codd. *Plautum*] Mostellaria I, 3, 88. *enim*] codd. Plauti libri omittunt. *Philolache*] vg. *Philolacho* codd. *Philolachete* Vertranius, Scioppius. *casu *non mutante**] Haec ausus sum scriptori de meo impertire, cum in codd. nihil esset nisi *casu tum*. Verum tamen sensus illud vel simile aliquid postulat. De intransitivo v. *mutare* usu cf. V, 101. 170. IX, 64. *dicimus enim*] *enim dicimus* a., quod voluerat Scioppius. *libum*] coni. *limum* codd. Et sic item postea. *et ut**] coni. scripsi. *et* FGa. om. H. *ut* coni. Spengelius. *praeponantur*] scripsi. *praeponuntur* codd.

55. *Negant*] cf. VIII, 47. *non**] coni. addidi, ne Cratetei ipsi secum pugnent. Nam ex horum sententia, si analogia esset, in quoque vocabulo debuerint esse omnia trina genera. Post *negant* quaedam

ternas vocabulorum figuras fieri, ut albus, alba,
album; nunc fieri in multis rebus binas, ut Metel-
496 lus Metella, Ennius Ennia; nonnullis singula,
ut tragoedia, comoedia; sic esse Marcum, Nu-
merium, at Marcam, at Numeriam non esse; dici
corvom, turdum, non dici corvam, turdam; contra
(112 dici pantheram, merulam, non dici pantherum,
merulum. Nullius nostrum filium et filiam non apte
discerni marem ac feminam, ut Terentium et Teren-
tiam; contra deorum liberos et servorum non itidem,
ut Iovis filium et filiam Iovem et Iovam: item magnum
numerum vocabulorum in hoc genere non servare ana-
logias. 56. Ad haec dicimus, omnis orationis,
497 quamvis res natura subsit, tamen si ea in usum non
pervenerit, eo non pervenire verba: ideo equos dici-
tur et equa; in usu enim horum discrimina: corvos
et corva non, quod sine usu id, quod dissimilis natura.
Itaque quaedam aliter olim ac nunc: nam erat* cum
omnes mares et feminae dicebantur columbae, quod
non erant in eo usu domestico quo nunc; nunc* contra
propter domesticos usus quod internovimus, appellatur
mas columbus, femina columba. 57. Natura
498 cum tria genera transit, et id est in usu discriminare:
totum denique apparet, ut est in doctus et docta
141 et doctum; doctrina enim per tria haec transire
potest et usus docuit discriminare doctam rem ab homi-

excidisse suspicatus erat Spengelius. *Metella*] vg. *Metellae* F. *metelle* cett. codd. *corvum*] et *corvam*] vg. *corbum* et *corbam* codd. *nostrum*] vg. *neutros* codd. *apte*] vg. *apta* codd. *itidem*] vg. *ididem* FG. *id idem* Ha. *filiam Iovem*] codd. *filiam non Iovem* vg. sed repetita negandi particula non opus est.

56. *res natura subsit*] cf. supra §. 37. *in usum*] vg. *usu* codd. *equos*] *equus* codd. *discrimina*] vg. *discrimine* codd. *corvos*] *corvus* codd. nisi quod *corus* H. pr. m. *natura*] codd. *naturae* Vertranius. Illud retinui hoc sensu, ut Varro dicat, nullius esse usus, quod in corvo et corva dissimilis est natura. Naturam autem eam intelligit, qua mares sunt et feminae. *erat**] coni. *et* FGa. *etiam* H. *cum*] scripsit Spengel. *tum* codd. *dicebantur*] G. *dicerentur* FHa. *nunc**] addendum esse vidit Spengelius.

57. *Natura*] *nā* H. unde natum *nam* G. *discriminare*] Aldus. *discrimina* codd. *doctus*] vg. *docto* codd. quod non plane impro-

nibus et in his marem ac feminam. In mare et femina
et neutro neque natura maris transit, neque feminae,
neque neutra; et ideo non dicitur feminus, femina,
feminum, sic reliqua; itaque singularibus ac secretis
vocabulis appellati sunt. 58. Quare in quibus
rebus non subest similis natura aut usus, in his voca-
bulis huiuscemodi ratio quaeri non debet. Ergo dicitur,
ut **surdus** vir, **surda** mulier, **surdum** theatrum;
quod omnes tres res* ad auditum sunt comparatae; 499
contra nemo dicit cubiculum surdum, quod id* ad silen-
tium, non ad auditum; at si fenestram non habet,
dicitur **caecum**, ut caecus et caeca; quod omnia*
lumen habere debent. 59. Mas et femina habent
inter se natura quandam societatem: *contra nullam
plerumque habent societatem* neutra cum his, quod
non* sunt diversa inter se, quodque de his perpauca
sunt quae habeant quandam communitatem. Dei et
servi nomina quod non item ut libera nostra transeunt,
eadem est causa: quod ad usum attinet, instituti opus
fuit de liberis, de reliquis nihil attinuit, quod in servis
gentilicia natura non subest in usu, in nostris nomini- 113)
bus, qui sumus in Latio et liberi, necessaria. Itaque ibi
apparet analogia ac dicitur **Terentius** vir, **Teren-
tia** mulier. 60. Tertium genus in praenominibus

bandum est. *doctam rem*] GHa. *doctas res* F. *maris*] scripsi suadente Spengelio. *mares* codd. *mas* vg.

58. *dicitur*] F. *igitur* Ga. In H. est nota *ɜ* cum suprapposito *c*. *tres res**] coni. scripsi. *tres* codd. *eae res* quidam apud Augustinum. *quod id**] coni. addidi. *quod sit* Scioppius. **lumen*] Ante h. v. omisi *habent*, id ortum putans ex duplici lectione: *omnia habent lumen*, et *omnia lumen habere debent*. Haec enim verba cum antecedentibus vv. coniunxi, cum priores post *lumen* ὑποστιγμῇ et post *mas et femina* plene interpungerent.

59. *: *contra nullam plerumque habent societatem**] coni. inferre ausus sum, cum haec vel similia verba (sed haec ipsa posui, ut lacunae causa appareret) ad Varronis mentem, si eam recte percepi, necessaria sint. Nam dicit nunc de iis vocabulis, quae quod non ternas, sed binas habeant figuras, analogiae obstare dixerant Cratetei. *non**] coni. addidi, probabilem in omnibus hisce sensum secutus. *inter se*] Ga. *interest* FH. *non inter se* vg. *quodque*] vg. *quoque* codd. *est*] scripsi suadente Spengelio. *et* codd., nisi forte H. habet *ex*, ut vg. legitur.

60. *Tertium*] Victorius. *Terentium* codd. sed de a. nihil memo-

500 ideo non fit item, quod haec instituta ad usum singularia, quibus discernerentur nomina gentilicia; ut ab numero **Secunda**, **Tertia**, **Quarta**; in viris ut **Quintus**, **Sextus**, **Decimus**, sic ab aliis rebus.
142 Cum essent duo Terentii aut plures, discernendi causa, ut aliquid singulare haberent, notabant: forsitan ab eo, qui mane natus esset*, ut is **Manius** diceretur*; qui luci, **Lucius**; qui post patris mortem, **Postumus**.
61. E quibus, cum item accidisset feminis, propor-
501 tione ita appellata declinarant praenomina mulierum antiqui, **Mania**, **Lucia**, **Postuma**. Videmus enim Maniam matrem Larum dici; Luciam Volaminiam Saliorum carminibus appellari; Postumam a multis post patris mortem etiam nunc appellari. 62. Quare quocunque progressa est natura, cum usu vocabuli similiter proportione propagata est analogia; cum, in quibus declinationibus voluntariis maris et feminae et neutra quae voluntaria, non debeant similiter declinari, sed, in quibus naturales sint declinatus, hi qui esse reperiuntur. Quocirca in tribus generibus nominum inique tollunt analogias.

39 63. Qui autem eas reprehendunt, quod alia voca-
502 bula singularia sint solum ut **cicer**, alia multitudinis solum ut **scalae**, cum debuerint omnia esse duplicia

ratur. *Secunda*] Quod ante hoc nomen vg. additur *Prima*, om. codd., quapropter id inferre nolui, quanquam id in titulis rarum non est. Ceterum non sine causa factum est, ut in maribus praenomina a maiore numero, in feminis a minore sumpta magis in consuetudine essent. *esset**] et *diceretur**] coni. sic transposui, ut locum inter se mutarent. *Lucius*] vg. *Lucilius* codd. nisi quod a. *Lucius* habere videtur.

61. *E quibus*] a. *E quibus quae* FGH. ut vg. *antiqui*] coni. scripsi. *antiqua* codd. ut vg. *matrem Larum*] cf. Varro ap. Arnob. adv. gent. III, 41. Macrob. Sat. I, 7. *Volaminiam*] FGa. *Voluminam* H. *Volumniam* vg.

62. *vocabuli*] vg. *vocabula* codd. *cum*] Hinc priores aliam sententiam ordiebantur. *neutra*] coni. scripsi. *neutri* codd. *maris et feminae et neutra* habui pro nominativis, quibus cogitatione *sint* addendum. *reperiuntur*] Quaedam deesse pronunciat Spengelius. Non accedo, modo suppleas ex superioribus: *similiter declinari debeant mares et feminae et neutra*, quos declinatus etiam reperiri adiicit. *inique*] vg. *in quae* codd. sed a. illud habere videtur.

63. *reprehendunt*] VIII, 48. cf. X, 54. *equos*] *equus* codd.

ut **equos**, **equi**, analogiae fundamentum esse obli-
viscuntur naturam et usum. Singulare est, quod natura
unum significat ut equos, aut quod coniuncta quodam-
modo ad unum usum ut bigae: itaque ut* dicimus
una Musa, sic dicimus **unae bigae**. 64. Mul-
titudinis vocabula sunt unum infinitum ut Musae, alte-
rum finitum ut duo, tres, quatuor; dicimus enim ut
hae Musae, sic unae bigae et binae et trinae bigae:
sic deinceps. Quare tam **uni** et **unae** et **una** quodam-
modo singularia sunt, quam unus et una et unum;
hoc modo mutat, quod altera in singularibus, altera 143
in coniunctis rebus; et ut duo, tria sunt multitudinis, 114)
sic bina, trina. 65. Est tertium quoque genus,
singulare * in multitudine, ut **uter**: in quo multitudi- 503
nis, ut **utri***, **utrae**. Inde uter poëta singulari,
utri poëtae multitudinis est. Qua explicata natura, ap-
paret non debere omnia vocabula multitudinis habere
par singulare; omnes enim numeri a duobus susum
versus multitudinis sunt, neque eorum quisquam habere
potest singulare compar. Iniuria igitur postulant, si
qua sint singularia, oportere habere multitudinis. 66.
Item qui reprehendunt, quod non dicatur ut **unguen-
tum unguenta**, **vinum vina**, sic acetum aceta,
garum gara, faciunt imperite, qui ibi desiderant multi-
tudinis vocabulum, quae sub mensuram ac pondera
potius quam sub numerum succedunt; nam in plumbo, 504
oleo, argento, cum incrementum accessit, dicimus,
multum oleum, sic **multum plumbum**, **argen-**

Et sic postea. *naturam et usum*] scripsi. *naturam et* (*ut* H.) *usu* (*usus* GH.) codd. *naturam. Nam et usu* vg. Scilicet *nam* natum est ex scriptura contracta *nām;* hinc postea orta prava distinctio; qua loci sententia turbata est. Cf. IX, 37. *ut**] addidi suadente Spengelio.

64. *hae Musae*] An scripsit Varro: *una Musa et duae Musae? uni et unae*] G. et fort. H. ut vg. *unae et uni* cett. codd.

65. **in multitudine ut*] coni. scripsi. *ut in multitudine* codd. Illud sensus flagitare videbatur. Nam *uter* cum unum inter duos significet, dici poterat a Varrone *singulare in multitudine*. *utri**, *utrae*] coni. scripsi. *utre* Fa. *utrae* GH. *uter*, *utrei* vg. *Inde*] coni. *id est* FH. *.I.* Ga. Cf. Praefationis caput de codicis antiquissimi scriptura. *sunt*] om. a.

66. *argento*] vg. *aceto* codd. *dicimus*] vg. *dicimus enim*

tum; non multa olea, plumba, argenta: quom quae
ex hisce fiant, dicamus **plumbea** et **argentea** (aliud
enim cum argenteum; nam id tum cum iam vas; argen-
teum enim, si pocillum aut quid item); quod pocilla
argentea multa, non quod argentum multum. 67.
Ea, natura in quibus est mensura, non numerus, si
genera in se habent plura, et ea in usum venerunt e
505 genere multo: sic vina, unguenta dicta; alii generis
enim vinum quod Chio, aliud quod Lesbo: sic ex re-
gionibus aliis quae ipsa † dicuntur, nunc melius un-
guenta, quoi nunc genera aliquot. Si item discrimina
magna essent olei et aceti et sic ceterarum rerum eius-
144 modi in usu communi, dicerentur sic olea, ut vina.
Quare in utraque denique re scindere conantur analo-
giam, et quom in dissimili usu similia vocabula quae-
runt, et quom item ea quae metimur, atque ea quae
41 numeramus, dici putant oportere. 68. Item repre-
hendunt analogias, quod dicantur multitudinis nomine
506 publicae **balneae**, non balnea, contra quod privati
dicant unum balneum, quod plura balnea non* dicant:
idemque item contra, quod **scalae** et **aquae caldae**

codd. *quom quae*] scripsi. *cum quae* G. ut vg. *cum* (*quom* a.) *que* cett. codd. (*aliud enim .... item*)] Parentheseos signa addidi, ut *argentea* coniungeretur cum vv. *quod pocilla argentea multa. argenteum enim*] vg. *argentum enim* codd.

67. *e*] coni. scripsi. *a* GH. *a'* a. *et* F. *sic vina, unguenta dicta*] Haec apodosin faciunt ad: *si ea genera habent plura.* Non negandum tamen, faciliorem futurum esse transitum ab altera orationis parte ad alteram, si interpositum esset: *etiam multitudinis dicuntur. alii*] Hac patrici casus forma Varro usus est etiam de R. R. I, 2. cf. *alio* in his libris, X, 15. *vinum quod Chio*] Huic Scaliger comparat Graecum οἶνος Χιόθεν, et Plautinum: *Hospes Zacyntho.* Similia etiam ὅπλα ἀπ' Ἄργεος, cuiusmodi multa extant. *ipsa* †] Certe: *ipsae* oporteret. Sed neque hoc posui, quia locum totum mendosum habeo, et potius tale aliquid a Varrone scriptum esse existimo: *ex regionibus Arabiis quae Petraea dicuntur. quoi*] G. *cui* cett. Singularis non offendet post dicta de *quo* ad V, 108. et *quod* ad VI, 39. *ut vina*] vg. *et vina* codd. *et quom in*] scripsi. *et cum in* vg. *sed quom in* a. *sed cum in* cett. codd. *putant*] vg. *putent* codd.

68. *reprehendunt*] VIII, 48. *balnea non**] *non* addidi suadente Popma. *balneas* Spengel. Illud sequenti disputatione comprobatur: quanquam interdum iam a Cicerone et post Varronem a multis *balnea* dictum esse constat. **idemque item contra**] Haec verba in codd. leguntur eo loco, quo posui verba: **Quibus responderi potest, non esse*

pleraeque* multitudinis vocabulis sint appellata, neque 115)
eorum singularia in usum venerint. *Quibus responderi potest, non esse reprehendendum; quod* primum balneum (nomen ut Graecum introiit in urbem) publice ibi consedit, ubi bina essent coniuncta aedificia lavandi causa; unum ubi viri, alterum ubi mulieres lavarentur: ab eadem ratione domi suae quisque, ubi lavatur, balneum dixerunt; et quod non erant duo, balnea dicere 507
non consuerunt, cum hoc antiqui non balneum, sed lavatrinam appellare consuessent. 69. Sic aquae caldae, ab loco et aqua quae ibi scateret, cum ut colerentur venisset in usum nostris, cum aliae ad alium morbum idoneae essent, eae cum plures essent, ut Puteolis et in Tuscis, quibus utebantur, multitudinis potius, quam singulari vocabulo appellarunt. Sic scalas, quod ab scandendo dicantur et singulos gradus scanderent, magis erat quaerendum, si appellassent singulari vocabulo scalam, cum origo nominatus ostenderet contra.

70. Item reprehendunt de casibus, quod quidam 42

reprehendendum, *quod**, quae ex illorum sede eo transtuli. Qui haec permutatio locorum facta sit, nescio: sed dubito, an alio modo sententiarum ordo restitui nequeat. Nam cum infra aquae caldae et scalae cur multitudinis sint doceatur, hoc superiore loco de iisdem dicta ad reprehensionem eorum vv. pertinere oportet. Ceterum bis posui *quod*, quod in codd. semel tantum, inter *reprehendendum* et *scalae*, legitur. *pleraeque**] coni. scripsi. *pleraque* codd. Sed *appellata* et *eorum* retinui, quod haec de vocabulis *scalae* et *aquae caldae* dicuntur. Post *pleraeque* asterisco indicavi locum, unde sustuli vv. *quae cum causa* (*eam* H.) codd., quorum corrigendorum viam invenire mihi non contigit. *ut*] coni. scripsi. *et* codd. *dixerunt*] GHa. *dixerint* F. *consuerunt*] a. *consueverunt* cett. Cf. IX, 14. *consuessent*] a., si recte notatum est, ut vg. *consuescent* cett. codd.

69. *scateret*] Ga. *scaterent* F. *staret* H. *venisset*] a. *venissent* cett. codd. *eae*] GHa. *hae* F. Ante h. v. delevi punctum, cum quae secuntur ad explendam sententiam adhiberi oporteat. Sed etiam hic locus propter maiorem numerum relativorum membrorum Varronis more congestorum et implicatorum non intellectus erat. Postquam, dicit Varro, in usum venerat, ut aquae caldae frequentarentur, cum plures essent quibus homines utebantur (nam aliae ad alium morbum idoneae erant): multitudinis vocabulo dictae sunt aquae. *dicantur*] *dicuntur* GHa.

70. *reprehendunt*] cf. VIII, 49. *aut*] Ga. *autem* H. *et* F.
Lacunam cur h. l. libri non exiguam partem hausisse statuam, ex argumenti dispositione apparet: ex qua praeterea colligi arbitror, locum

145 nominatus habent rectos, quidam obliquos: quod dicunt
508 utrosque in vocibus oportere. Quibus idem responderi potest, in quibus usus aut natura non subsit, ibi non esse analogiam; . . .

* * *

71. . . . . sed nec in vocabulis quae declinantur, si transeunt e recto casu in rectum casum, quae tamen fere non discedunt ab ratione sine iusta causa, ut hi, qui gladiatores Faustini; nam quod plerique dicuntur, ut tris extremas syllabas habeant easdem, Cascelliani, Aquiliani, Caeciliani, animadvertant, unde oriuntur, nomina dissimilia Cascellius, Caecilius, Aquilius, * Faustus; quod si esset* Faustius, recte dicerent Faustianos; sic a Scipione quidam male dicunt Scipio-
509 ninos; nam est Scipionarios. Sed ut dixi, quod ab huiuscemodi cognominibus raro declinantur cognomina, neque in usum etiam perducta, natant quaedam.

* * *

43 72. Item dicunt, cum sit simile stultus, luscus, et dicatur stultus, stultior, stultissimus, non dici luscus, luscior, luscissimus, sic in hoc genere
(116 multa. Ad quae dico, ideo fieri, quod natura nemo lusco magis sit luscus, cum stultior fieri videatur.

44 73. Quod rogant, quor non dicamus mane, manius, manissime, item de vesperi: in tempore vere magis

qui sequitur de Faustinis et Cascellianis non ex hac de declinatione casuali disputatione superesse, sed fragmen esse ruinae, qua supra inter §. 48. et 49. argumentum de declinatione nominandi fere totum nobis subtractum est. Hacpropter hunc locum etiam a sequente lacunae signis disiunxi.

71. *nec*] coni. scripsi. *ne* codd. *gladiatores Faustini*] coni. *gladiatores Faustinos* codd. *gladiatores dicunt Faustinos* vg. *Cascelliani*] F. *casceliani* Ha. *castelliani* G. Postea *Casselius* F. *Caselius* G. *Cassellius* H. *Casellius* a. Nomen Cascellius in lapidibus extat. *Caeciliani*] additur vg. om. codd., nisi forte habet a. Ductum id est e sequentibus. *animadvertant*] vg. *animadvertunt* codd. **Faustus; quod si esset**] coni. addidi. Excidisse ea verba, post tot exempla nemo mirabitur. Faustii nomen rarissimum, cognomen Faustus satis notum est. *natant*] Fa. *notant* GH. Sic etiam infra X, 16.; et idem *natant* ex cod. Glogav. reddendum Ciceroni de N. D. I, 43., quanquam ab Heindorfio improbatum.

72. *dicunt*] VIII, 78.

et minus esse non potest, ante et post potest; itaque prius est hora prima quam secunda, non magis hora; sed magis mane surgere tamen dicitur, qui primo mane 510
surgit, quam qui non primo. At enim dies non potest esse magis, quam mane; itaque ipsum hoc quod dicitur magis, sibi non constat, quod magis mane significat primum mane, magis vespere novissimum vesper.

74. Item ab huiuscemodi similitudinibus reprehen- 45
ditur analogia, quod, cum sit anus, cadus simile, et 146
sit ab anu anicula, anicilla, a cado duo reliqua* non sint propagata; sic non dicatur a piscina, piscinula, piscinilla. Ad huiuscemodi vocabula analogias esse, ut dixi, ubi magnitudo animadvertenda sit in unoquoque gradu, eaque sit in usu communi, ut est 511
cista, cistula, cistella, et canis, catulus, catellus; quod in pecoris usu non est. Itaque consuetudo, frequentius res in binas dividi parteis ut maius et minus, ut lectus et lectulus, arca et arcula, sic alia.

75. Quod dicunt, casus alia non habere rectos, 46
alia obliquos et ideo non esse analogias, falsum est. Negant habere rectos, ut in hoc frugis, frugi, frugem, item colis, coli, colem*, obliquos non

73. *rogant*] VIII, 76. *non*] G. ut vg. om. codd. *de vesperi, in tempore*] coni. Popma. *de vespertino tempore* codd. *vespere, vesperius, vesperrime, mane aut vespere* inferre volebat Henr. Stephanus. *vespere* loco v. *vere* ponunt Vertranius et Scioppius, sed *vere*, id est proprie (sive: si omnia recte se haberent), h. l. aptissimum est. *non primo*] coni. scripsi. *non prior* codd. *At*] coni. *ut* codd.

74. *reprehenditur*] VIII, 79. *sit*] om. a. *reliqua**] post h. v. expunxi *quod*, quod est in codd. *analogias esse*] FGa. *analogias* H. *analogia est* Aldus. Codd. lectio quodammodo excusanda est eo anacoluthi genere, quod etiam V, 23. observatur, quo loco accusativus cum infinitivo pendet a vv. *ut putant*. Sed h. l. haec structura multo intolerabilior est. *eaque*] coni. *ea quae* FGa. *et quae* H. *dividi*] codd. *dividit* vg. Cf. *in consuetudine aliter dicere* VIII, 74. *quibus ius ibi parentare* VI, 13.

75. *Quod dicunt*] Manifestum est, his continuari disputationem supra §. 70. inchoatam; et probabile, hos locos olim fuisse minore spatio disiunctos. Nunc in hac eius libri perturbatione ordinem restituere vix poterimus. *colis, coli, colem**] coni. *rolem rolis role* FGa. *roles rolis rolem* H. *Cole* pro caule Cato et Varro saepe utuntur. Cf. annot. ad V, 95. *Roris* exemplum, quod vg. hic ponitur, ad id de quo dicitur,

habere, ut in hoc **Diespiter**, Diespitri, Diespitrem,
Maspiter, Maspitri, Maspitrem. 76. Ad haec
512 respondeo et priora habere nominandi et posteriora obliquos. Nam et frugi rectus est natura frux, at secundum consuetudinem dicimus ut haec avis, haec ovis, sic haec frugis. Sic secundum naturam nominandi est casus cols, secundum consuetudinem colis, cum utrumque conveniat ad analogiam, quod et id quod in consuetudine non est, cuiusmodi debeat esse apparet, et quod est in consuetudine nunc in recto casu, eadem est analogia ac pleraque, quae ex multitudine cum transeunt in singulare, difficulter efferuntur ore. Sic cum transiretur ex eo quod dicebatur hae oves, una non est dicta ous*, sed additum I ac factum ambiguum
513 verbum, nominandi an patrici esset casus, ut ovis et
(117 avis. 77. Sic in obliquis casibus cur negent esse
147 Diespitri, Diespitrem, non video, nisi quod minus est tritum in consuetudine, quam Diespiter: quod nihili argumentum est; nam tam casus, qui non tritus est, quam qui est. Sed esto in casuum serie alia vocabula non habere nominandi, alia de obliquis aliquem: nihil enim ideo, quo minus siet ratio, percellere poterit hoc
514 crimen. 78. Nam ut signa quae non habent caput

ineptum est. *Maspiter*] codd. *Marspiter* vg. et sic deinde. Cf. ann. ad VIII, 49. Fortasse ante *Diespitri* et *Maspitri* negandi particula addenda est. Vg. *Diespitri*, *Diespitrem* et *Maspitri*, *Maspitrem* omittuntur.

76. *cols*] coni. *rois* FGH. *rolis* a. *colis*] coni. *rolis* FGa. *yolis* H. *ac*] codd. *ad* vg. Dicit *colis* esse eadem analogia, qua multa sint, quae pronunciari nequeant nisi vocalem i inter extremam literam s et praecedentem assumant. *hae*] vg. *haec* codd. quod h. l. defendi nequit, quanquam aliis tenuimus, V, 98. VI, 73. VII, 64. *ous**] vg. *ous sine una* codd. sed de a. non constat. *esset*] scripsi suadente Spengelio. *esse* codd. *sit* vg. *ut ovis et avis*] Fortasse an scribendum sit: *ovis ut avis*.

77. *nihili*] emendavit Augustinus. *in nihil* FGa. *nihil* H. *casus, qui*] *casus is*, *qui* coni. Stephanus, fortasse recte. *esto*] coniecit Spengelius. *est* codd. *siet*] scripsi. *si et* codd. Illud ne credas *ἀρχαϊκώτερον* esse quam pro Varronis more: etiam Ciceronem constat de pleniore *siet* et imminuto *sit* sic statuisse, ut utroque uti liceret. Orator. 47, 157. Sensus loci hic est: hoc quod illi obiiciunt crimen non tantam habet vim, ut ullo modo prohibeat, quominus sit ratio. *poterit*] GHa. *poterat* F.

aut aliam quam partem, nihilominus in reliquis membris
eorum esse possunt analogiae: sic in vocabulis casuum
possunt item fieri, ac reponi quod aberit, ubi patietur
natura et consuetudo, quod nonnunquam apud poëtas
invenimus factum, ut in hoc apud Naevium in Clastidio:

Vita insepulta laetus in patriam redux.

79. Item reprehendunt, quod dicatur haec strues, 47
hic Hercules, hic homo; debuisset enim dici, si
esset analogia, hic Hercul, haec strus, hic homon.
Haec ostendunt non analogian non esse, sed obliquos
casus non habere caput ex sua analogia; nam ut si
in Alexandri statua imposueris caput Philippi, membra
conveniant ad rationem, si et ad Alexandri membrorum 515
simulacrum caput quod respondeat, non* item sit. Non,
si quis tunicam in usu ita consuit, ut altera plagula
sit angustis clavis, altera latis, utraque pars in suo
genere caret analogia. 80. Item negant esse ana- 48
logias, quod alii dicunt cupressus, alii cupressi;
item de ficis, platanis, et plerisque arboribus, de quibus alii extremum US, alii EI faciunt. Id est falsum;
nam debent dici E et I: fici ut nummi, quod est
ut* nummorum ficorum: si essent plures ficus, essent 516

78. *aut aliam quam*] scripsi. *et aut aliquam* F. *et ut alia aliquam* H. *et aut aliam aliquam* Ga. De *alius quis* cf. ann. ad V, 170. Anacoluthia, quae est in praemisso casu nominandi *signa* et subsequente patrico *eorum*, attractione quadam explicari potest. *Clastidio*] Adde hoc fragmentum collectioni Bothianae, P. Sc. L. V, II. p. 13. Intelligitnr ex h. l. Varronis tempore nominativum *redux* non fuisse in usu; nam quae Scaliger comminiscitur, plane incredibilia sunt.

79. *reprehendunt*] VIII, 94. *Hercules*] a. si accurate notatum est, ut vg. *Herculis* cett. codd. *debuisset*] GHa. *debuissent* F. *ostendunt non*] vg. *ostendunt nova* (*novam* a.) *non* codd. *nam*] vg. *non* codd. *si et ad*] scripsi. *sic et ad* F. *sic et* GH. *sit et ad* a. *non**] coni. addidi. Etiamsi in singula parte alia sit forma, ceterarum analogiam eo non tolli, contendit scriptor. *Non*] coni. *Nam* codd. et vg.

80. *cupressi*] codd. quos in ea re, ut dixi in Praefatione, secutus sum, quanquam hic ipse locus qui sequitur inter eos est, qui a Varrone scriptum esse *cupressei*, *ficei*, ostendunt. *EI*] codd. *I* Vertranius, Scioppius. *ut**] Post h. v. delevi verba *nummi fici*, quae sunt in omnibus codd. (nisi quod omnia haec: *quod est . . . fici* om. H.), quod mihi persuaseram scribas, cum *nummorum ficorum* scribendum esset, denuo

148 ut manus; diceremus ut manibus, sic ficibus, et ut manuum, sic ficuum; neque has ficos diceremus, sed ficus, ut non manos appellamus, sed *manus; nec* consuetudo diceret singularis obliquos casus huius fici, neque hac fico, ut non dicit huius mani, sed huius manus, et hac mano, sed hac manu.

49 81. Etiam illud putant esse causae, quor non sit analogia, quod Lucilius scribit:

Decussi sive decussibus est.*

(118 Qui errant, quod Lucilius non debuit dubitare, quod utrumque; nam in aere usque ab asse ad centussis nu-
517 merus aes adsignificat, et eius numero finiti casus omnis a dupondio sunt, quod dicitur a multis duobus modis hic dupondius et hoc dupondium, ut hoc gladium et hic gladius; ab tressibus virilia multitudinis hi tresses et his tressibus, cum siet* singulare hic tressis et ab eo hoc tressi, et cum siet* sic deinceps ad centussis. Deinde numerus aes non significat. 82. Numeri qui aes non significant, usque a quatuor ad centum, triplicis habent formas, quod dicuntur hi quatuor, hae quatuor, haec quatuor; quom perventum est ad miliarium, assumit singu-
518 lare neutrum, quod dicitur hoc mille denarium, a quo multitudinis fit milia denaria. 83. Quare

incidisse in priora *nummi fici*, ut saepe fit in scribendo. **manus; nec**] addidi, suadente Spengelio. om. codd. *neque* vg. *dicit*] vg. *dici* FHa. *fici* G.

81. *analogia*] vg. *in analogia* codd. *Lucilius*] Lucilii reliquiae ed. Fr. Dousa p. 90, 6. *decussi**] coni. *decuis* Fa. *decius* GH. *decussibus*] G. *decusibus* FHa. *decussis* vg. *omnis*] GHa. *omnes* F. *cum siet**] scripsi. *confido* codd. Cf. ann. ad §. 77. *hic tressis et ab eo hoc tressi et cum siet**] scripsi, aucupans et quam artissime premens antiquae scripturae vestigia. *hoc tressis habeo et* (*ut* H.) *hoc tressis* (*tresis* F.) *confido* codd. *significat*] vg. *significans* codd. Postea plene interpunxi.

82. *miliarium*] coni. scripsi. *mille quartum* codd. De a. nihil memoratur. *millenarium* Scioppius. Cf. §. 85. *mille denarium*] cf. VIII, 91. *milia*] scripsi. *mille milia* G. *millia* cett. cf. annot. ad VI, 36. Ex praecepto Plinii scribi *mille*, sed *milia*, docet Pompeius comm. artis Donati p. 172. 202. Lindem., quem testem mihi indicavit Lachmannus, postquam ipsam rem ex codd. Varronis didiceram. Cf. Heusinger. ad Cic. de offic. II, 21, 6. et Beier. ad eundem T. II. p. 402.

quoniam, ad analogias quod pertineat, non est ut omnia
similia dicantur, sed ut in suo quaeque genere similiter
declinentur: stulte quaerunt, quor as et dupondius et
tressis non dicantur proportione, cum as sit simplex,
dupondius fictus quod duo asses pendebat, tressis, ex
tribus aeris quod sit. Pro assibus nonnunquam aes
dicebant antiqui, a quo dicimus assem tenentes: *hoc
aere, aeneaque libra*, et *mille aeris legasse*. **84.**
Quare, quod ab tressis usque ad centussis numeri eius- 149
demmodi sunt compositi, eiusdemmodi habent similitu- 519
dinem: dupondius quod dissimilis est, ut debuit, dis-
similem habet rationem. Sic as, quoniam simplex est
ac principium, et unum significat et multitúdinis habet
sensum* infinitum; dicimus enim asses: quos cum fini-
mus, dicimus dupondius et tressis et sic porro. **85.**
Sic videtur mihi, quoniam finītum et infinitum habeat
dissimilitudinem, non debere utrumque item dici: eo
magis, quod in ipsis vocalibus, ubi additur certus nu-
merus in miliariis, aliter atque in reliquis dicitur; nam
sic loquontur: hoc mille denarium, non hoc mille
denarii, et haec duo milia denaria, non duo milia
denarii. Si esset denarii in recto casu atque infinitam 520
multitudinem significaret, tunc in patrico denariorum
dici oportebat, et non solum in denariis, victoriatis,
drachmis, nummis, sed etiam in viris idem servari 119)
oporteret, quom dicimus iudicium fuisse triumvirum,
decemvirum, non triumvirorum*, decemvirorum.

denaria] codd. *denarium* coni. Augustinus. Sed illud neque hoc loco ausus sum mutare propter superiorem VI, 37. 38. et inferiorem IX, 85.

83. *quoniam*] scripsi. *cum* F. *quo* GH. *quom* a. ut videtur, sicut vg. *as sit*] a. si recte refertur, ut vg. *adsit* cett. codd. *pendebat*] vg. *pendebant* codd. *hoc aere*] Scioppius. *hoc ab aerea* codd.

84. *ad centussis*] vg. *aducentussis* a. *ad ducentussis* cett. codd. Sed v. V, 170. *eiusdemmodi*] scripsi. *ex eiusdemmodi* codd. *eiusmodi* vg. *sensum**] coni. *suum* codd.

85. *miliariis*] coni. Spengel. (qui scribit *milliariis*). *militaris* codd. *loquontur*] F. *milia*] *millia* codd. sed altero loco *milia* F. *denaria*] codd. Quartum hoc exemplum soloecae huius structurae. *denarium* vg. *drachmis*] vg. *et rachmis* F. *et rachinis* GHa. *oporteret*] Scioppius. *oportere* codd. *triumvirorum**] vg. om. codd. *decemvirorum*] vg. *centumvirorum* codd., unde suspicor Varronem de

86. Numeri antiqui habent analogias, quod omnibus est una novenaria regula, duo actus, tres gradus, sex decuriae, quae omnia similiter inter se respondent. Regula est numerus novenarius, quod ab uno ad novem
521 cum pervenimus, rursus redimus ad unum; et hinc et novem et nonaginta* et nongenti ab una sunt natura novenaria: sic ab octonaria et deorsum versus ad singularia perveniunt. 87. Actus primus est ab uno ad nongenta, secundus a mille ad nongenta milia; quod idem valebat unum et mille, utrumque singulari nomine
150 appellatur; nam ut dicitur hoc unum, haec duo, *sic hoc mille, haec duo* milia, et sic deinceps multitudinis in duobus actibus reliqui omnes item numeri. Gradus singularis est in utroque actu ab uno
522 ad novem, denarius gradus a decem ad nonaginta, centenarius a centum ad nongenta. Ita tribus gradibus sex decuriae fiunt, tres miliariae, et tres minores. Antiqui his numeris fuerunt contenti. 88. Ad hos tertium et quartum actum ab deciens minorem, *a deciens miliens maiorem addentes*, imposuerunt vocabula; neque ratione, sed tamen non contra eam, de qua scribimus, analogian. Nam deciens cum dicatur hoc deciens, ut mille hoc mille, ut sit utrumque sine casibus vocis, dicemus ut hoc mille, huius mille,

triais locutum fuisse iudiciis, triumvirum (capitalium), decemvirum (stlitibus iudicandis), centumvirum.

86. *novenaria*] vg. *non* anteponunt codd. *regula*] Scioppius. *regulae* codd. *unum*] G. *unam* cett. codd. *et hinc*] vg. *et* (*ut* GHa.) *V hinc* codd. *novem et nonaginta**] coni. Spengelius. *IX* (*LX* GHa.) *et* codd.

87. *ad nongenta*] vg. *ad dcccc* a. *a*dcccc G. *dcccc* FH. *milia*] FGa. Postea *milia* ex G. notatur. **sic·hoc mille, haec duo**] coni. addidi. Similiter Scioppius. *denarius*] vg. *denarios* codd. *a decem ad nonaginta*] vg. *decem ad LX* codd. nisi quod H. *decem ad hoc.* *ad nongenta*] vg. *dcccc* codd. *miliariae*] scripsi. *miliaria* codd. *milliariae* vg. *et tres*] vg. *et res* codd. sed de a. nihil notatum.

88. *minorem*] scripsi. *minores* codd. **a deciens miliens maiorem addentes**] coni. addidi, ductus iis quae praecesserunt. Ultimum vocabulum omisissem, si eo carere possemus. *contra*] H. *contra est* cett. codd. *Nam deciens*] scripsi suadente Spengelio. *Nam decienis* G. *nam ut decienis* (*decenis* a.) cett. codd.

sic hoc deciens, huius deciens, neque eo minus 525
in altero, quod est mille, praeponemus hi mille,
horum mille.

* * *

89. Quoniam in eo est nomen commune, quam 50
vocant ὁμωνυμίαν, obliqui casus ab eodem capite, ubi
erit ὁμωνυμία, *quo minus dissimiles fiant, analogia
non prohibet. Itaque dicimus hic Argus, cum hominem dicimus, cum oppidum, Graecanice hoc Argos,
cum Latine Argei. Item faciemus, si eadem vox nomen et verbum significabit, ut et in casus et in tempora dispariliter declinetur, ut faciamus a Meto, quod 524
nomen est, Metonis, Metonem; quod verbum est,
metam, metebam.

90. Reprehendunt, cum ab eadem voce plura sunt 51
vocabula declinata, quas συνωνυμίας appellant, ut
Sappho *et Psappha*, et Alcaeus et Alcaeo,
sic Geryon, Geryoneus, Geryones: in hoc ge- 120)
nere, quod casus perperam permutant quidam, non
reprehendunt analogian, sed qui eis utuntur imperite.
Quod quisque caput praehenderit, sequi debet eius 525
consequentis casus in declinando, ac non facere, cum 151
dixerit recto casu Alcaeus, in obliquis dicere Alcaeoni

89. *Quoniam in eo*] Possis scribere: *Quom in recto casu.* At haec temere invehere nolui, sed verisimilius habui, etiam inter hanc disputationis partem et illam de numeris quaedam intercidisse, quibus ea quae h. l. legimus praeparabantur. Cf. VIII, 68. ὁμωνυμίαν] vg. *omonimyan* FH. *omonimyam* G. *omonyniā* a. Similiter postea. **quo minus*] vg. *obliqui casus quo minus* codd. Priora verba omisi, quanquam propter defectum antecedentium omnis hic locus obscurior est. *Graecanice*] Pius. *graecancerie* F. *grecaneaene* H. *graecam caene* G. In a. quaedam desunt. *Argei*] H. *Argi* cett. codd. *nomen et*] Pius. *nominet* codd. sed de a. non constat. *significabit*] Pius. *significavit* codd. nisi forte a. illud habet.

90. συνωνυμίας] vg. *sinonymias* F. *sinonimyas* G. *si nominas* a. om. H. **et Psappha**] coni. addidi, quoniam alteram Lesbiae poëtriae nominis formam excidisse in aperto est, fuisse autem huius nominis ὑποκοριστικὸν Ψάπφα (aliis Ψάπφε dicitur) ex Etymol. M. p. 485, 41. dudum intellectum est. V. Sapphonis fragmenta ed. Neue p. 18. 24. *Geryon*] vg. *gerion* codd. et sic in seqq. *Geryoneus*] scripsi. *gerionus* Fa. *gerionis* GH. *praehenderit*] FGa. *pretenderit* H. *consequentis*] scripsi auctore Spengelio. *consequenti* codd. *dicere*] aut hoc eiicien-

et Alcaeonem: quod si miscuerit, *non secutus erit analogias.

52 **91.** Reprehendunt Aristarchum, quod haec nomina M e l i c e r t e s et P h i l o m e d e s similia neget esse, quod vocandi casus habet alter Melicerta, alter Philomedes: sic qui dicat l e p u s et l u p u s non esse simile, quod alterius vocandi casus sit lupe, alterius lepus: sic s o c e r, m a c e r, quod in transitu fiat ab altero trisyllabum soceri, ab altero bisyllabum macri. **92.** De hoc etsi supra responsum est, cum dixi de lana,
526 hic quoque amplius adiciam, similia non solum a facie dici, sed etiam ab aliqua coniuncta vi et potestate, quae et oculis et auribus latere soleant; itaque saepe gemina facie mala negamus esse similia, si sapore sunt alio: sic equos eadem facie nonnullos negamus esse similis, si natione exprocreati* dissimili. **93.** Itaque in hominibus emendis si natione alter est melior, emimus pluris, atque in hisce omnibus similitudines non sumimus tantum a figura, sed etiam aliunde, ut in equis aetas, ut in gallis*, quoiusmodi faciant pullos, ut in pomis, quo sint succo. Si igitur idem sequitur in similitudine verborum quis, reprehendundum non est.

dum videtur, aut superiore loco *facere*. *non*] *et* ante h. v. delevi cum Augustino et aliis.

91. *Reprehendunt*] coni. Augustinus. *reprehendendum* Ha. *repraehendendum* FG. Hanc h. v. scripturam cum in aliis locis offerre soleat solus G., recipere eam in ordinem non sum ausus. Sed intelligo nunc etiam F. eundem sequi morem. V. Spengel. p. 531. et cf. 461. Neque dubito quin p r a e h e n d o antiquior fuerit verbi forma, composita ex praeverbio *prae* et *hendo* s. *hando* quod Graecum est *χανδάνω* (cuius altera forma *XENΔ* superest in *χείσομαι*), Gothicum *hinthan* capere, unde *handus* (manus qua capimus, praehendimus, v. Grimm. Gramm. II. p. 35.; sic Homerus *χεῖρες ἐχάνδανον*); ex quo p r ĕ h e n d o vocalis ante vocalem correptione factum est, ut dĕhinc et cŏhibeo et vĕhemens, et contractione p r e n d o, ut praebeo ex praehibeo et debeo ex dehibeo et deleo ex deoleo et huiuscemodi plura. *Philomedes*] scripsi. *Philomede* codd. ut vg. Cf. VIII, 68. *sic qui dicat*] cf. VIII, 68.

92. *de lana*] IX, 39. *adiciam*] a. *additiam* FH. *adiitiam* G. *si*] scripsi, praeeunte Scioppio. *in* codd. Nimirum s absumpto per *similis*, n accrevit a *natione*. *natione*] a. *nationes* cett. codd. *exprocreati**] coni. *ex procreante* codd. *dissimili*] scripsi. *dissimilis* codd.

93. *gallis**] coni. *his* FG. *iis* H. Fortasse vocabulum reperiri

94. Quare dissimilitudinum discernendarum causa nonnunquam ut pronomen assumitur, sic casum aliquem 527
assumi. Ut in his nemus, lepus, hic lepus, hoc nemus: ita discedunt ac dicuntur hi lepores, haec nemora. Sic aliud si quid assumptum erit extrinsecus, quo similitudo penitus perspici possit: non erit remotum a natura, neque enim magnetas lapides duo, 152
inter se similes sint necne, perspicere possis, nisi minutum extrinsecus prope apposueris ferrum, quod similes lapides similiter ducunt, dissimiliter dissimiles.

95. Quod ad nominatuum analogian pertinet, ita delibatum* arbitror, ut omnia quae dicuntur contra, ad 121)
respondendum ab his fontibus sumi possint. Quod ad 53
verborum temporalium rationem attinet, cum partes sint 528
quatuor, temporum, personarum, generum, divisionum, ex omni parte quoniam reprehendunt, ad singula respondebo.

96. Primum quod aiunt analogias non servari in 54
temporibus, cum dicant legi, lego, legam et sic similiter alia; nam quae sint ut legi perfectum significare, duo reliqua lego et legam* inchoatum: iniuria reprehendunt. Nam ex eodem genere et ex divisione idem verbum, quod sumptum est, per tempora traduci potest, ut discebam, disco, discam, et eadem 529

poterit etiam aptius huic loco. *reprehendundum*] scripsi, coll. VII, 4. *reprehendendum* a. *repraehendundus* F. *repraehendendus* G. *reprehendendus* H.

94. *Quare*] *Quor* G. fortasse recte. V. annot. ad V, 66. *dissimilitudinum*] vg. *dissimilitudinem* codd. *Ut*] Ante h. v. interpunxi, cum priores h. l. orationem continuarent, et post *hoc nemus* plene distinguerent. Contra mihi iterum post *nemora* τελείᾳ στιγμῇ opus erat. *ita*] scripsi. *itaque* codd. *non erit*] H. *non enim erit* Fa. *non enim* G.

95. *nominatuum*] scripsi auctore Spengelio. *nominativom* F. *nominativum* G. *nominationum* H. *nominatiiū* a. Fortasse an Varro scripserit *nominatuom*. *analogian*] scripsi. *analogia* codd. *analogiam* vg. *delibatum**] coni. *declinatum* codd. *possint*] vg. *possit* codd. sed de a. nil memoratur.

96. *ut legi*] coni. Augustinus. *ut legerem* codd. *perfectum*] vg. *perfectam* codd. sicut postea *inchoatum* in solo H. est. *lego et legam**] codd. nisi quod ii iterum *et lego* adiiciunt. *legam et lego* vg. *ex divisione*] id est, ex ea divisione, qua verbum infectum distinguitur a perfecto. Cf. §. 97. *rationem*] vg. *ratione* codd.

55 perfecti, sic didiceram, didici, didicero. Ex quo licet scire verborum rationem constare, sed eos qui trium temporum verba pronuntiare velint, scienter id facere. 97. Item illud* reprehendunt, quod dicamus amor, amabor, amatus sum; non enim debuisse in una serie unum verbum esse duplex, cum duo simplicia essent. Neque ex divisione si uniusmodi ponas verba, discrepant inter se; nam infecta omnia simplicia similia sunt, et perfecta duplicia inter se paria in omnibus verbis, ut haec: amabar, amor, amabor; amatus *eram, sum*, ero. 98. Quare item male dicunt ferio, feriam, percussi, quod est ordo:
530 feriam, ferio, feriebam; percussi, percus-
153 sero*, percusseram*. Sic deinceps in reliquis tem-
56 poribus reprehendenti responderi potest. 99. Similiter errant qui dicunt, ex utraque parte verba omnia commutare syllabas oportere, aut nullum in his: pungo, pungam, pupugi; tundo, tundam, tutudi; dissimilia enim conferunt, verba infecti cum perfectis. Quod si infecta modo conferrent, omnia verbi principia incommutabilia viderentur, ut in his, pungebam, pungo, pungam; et contra ex utraque parte commutabilia, si perfecta ponerent, ut pupugeram, pupugi, pu-
57 pugero. 100. Item male conferunt: fui, sum, ero, quod fui est perfectum, quoius series sibi, ut debet, in omnibus personis constat, quod est fueram,

97. *Item illud**] coni. *idem illos qui* codd. *nam infecta*] cf. annot. ad X, 48. **eram, sum**] om. codd. Addenda ea esse vidit Spengelius.

98. *ferio*, *feriam*, *feriebam*] scripsi. *feriam feriebam* F. *ferio*, *feriebam* a. *feriam*, *ferio*, *feriebam* GH. Cf. quae secuntur. *percussi*] *percutiebam* coni. Spengelius. Hoc mihi non probatur, propter sensum totius loci. Intelligitur enim ex hoc, grammaticos eius temporis, quoniam *ferii* in usu non erat, cum verbo ferio coniunxisse perfectum *percussi*, ut nos coniungimus cum *fero tuli*. Idque Varro non improbat, sed sic verum esse confitetur, ut infectum verbum totum sumatur a ferio, perfectum a percussi. Hinc pendet emendatio sequentium verborum. *percussero**] coni. scripsi. *percutio* codd. *percusseram**] scripsi. *percutiam* codd.

99. *infecti*] codd. *infecta* vg. Cf. annot. ad X, 48.

100. *personis*] vg. additur *et formis*, quod om. codd. (sed de a.

fui, fuero; de infectis sum, quod nunc dicitur, olim dicebatur esum et in omnibus personis constabat, quod dicebantur, esum, es, est: eram, eras, erat: 531
ero, eris, erit: sic huiuscemodi cetera servare ana- 122)
logian videbis.

101. Etiam hoc reprehendunt, quod quaedam 58
verba neque personas habent ternas neque tempora terna. Id imperite reprehendunt, ut si quis reprehendat naturam, quod non uniusmodi finxerit animalis omnis. Si enim natura non omnes formae verborum terna habeant tempora, ternas personas: non habeant totidem verborum divisiones; quare cum imperamus, natura quod infecta verba solum habet, cum et praesenti et absenti imperamus, fiunt terna, ut lege, legito, legat; perfectum enim imperat nemo: contra quae sunt indicandi*, ut lego, legis, legit, novena fiunt verba 532
infecti, novena perfecti. 102. Quocirca non si 59
genus cum genere discrepat, sed in suo quoiusque 154
genere si quid deest, requirendum. Ad haec addita si erunt ea quae de nominatibus supra sunt dicta, facilius omnia solventur. Nam ut illic externi caput rectus casus, sic hic in forma est persona eius qui loquitur, et tempus praesens, ut scribo, lego. 103. Quare ut illic fit, si hic item acciderit in formula, ut aut caput non sit, aut ex alieno genere sit proportione: eadem, quae illic diximus, quor nihilominus servetur

nihil diserte memoratur). Deesse aliquid facile concesserim. *dicebantur*] G. *dicebatur* cett.

101. *hoc*] vg. *in hoc* codd. *animalis*] codd. *animanteis* coni. Augustinus. *infecta verba*] G. *infecta* Ha. *infectaba* F., unde Spengel. Emend. Varr. p. 10. effecit *infecti verba.* *et absenti*] G. ut videtur, sicut vg. *aut* cett. codd. *indicandi**] proposuit Spengel. *imperandi* codd. *fatendi* vg.

102. *quoiusque*] coni. scripsi. *quisque* codd. *nominatibus*] coni. Spengel. Emend. Varr. p. 6. *nominativis* codd. *supra*] IX, 75. sqq. *externi*] codd. *extremum* vg. Quanquam illud non plane sensu cassum est, dubito tamen, an aliud scripserit Varro. *rectus*] GHa. *rectos* F.

103. *si*] GH. *sic* Fa. *proportione:*] Hanc *μέσην στιγμὴν* invexi arbitratus, hinc incipere apodosin. *Eadem* elliptice dictum sensu hoc: eadem valebunt. *Proportione* sine adiectivo dici, ex locis ad VIII, 68. notatis apparet. *diximus*] scripsi, suadente Spengelio. *dicimus*

analogia; item, sicut illic, caput suum habebit, et in obliquis casibus transitio erit in aliam quam* formulam,
533 **qua assumpta, reliqua facilius possint videri verba unde sint declinata; fit enim, ut rectus nonnunquam sit ambiguus, ut in hoc verbo v o l o, quod id duo significat, unum a voluntate, alterum a volando. Itaque a volo intellegimus et volare et velle.**

60 **104. Quidam reprehendunt, quod p l u i t et l u i t dicamus in praeterito et praesenti tempore, cum analogiae sui quoiusque temporis verba debeant discriminare. Falluntur; nam est ac putant aliter, quod in praeteritis U dicimus longum, p l ū i t, l ū i t; in praesenti breve p l ŭ i t, l ŭ i t; ideoque in Venditionis lege fundi r u t a c a e s a ita dicimus, ut U producamus.**

61 **105. Item reprehendunt quidam, quod putant**
(123 **idem esse s a c r i f i c o et s a c r i f i c o r, et l a v a t, et l a v a t u r, quod sit an non, nihil commovet analogian,**
534 **dum sacrifico qui dicat, servet sacrificabo et sic per totam formam, nec dicat sacrificatur aut sacrificatus sum; haec enim inter se non conveniunt. 106. Apud Plautum cum dicit:**

codd. Cur nihilominus analogia servetur, etiam ubi caput ex alieno genere sit, docuit Varro IX, 79. *aliam quam**] coni. *aliquam* codd. V. ann. ad V, 170. *possint*] GHa. *possunt* F. *rectus*] translatione quadam dicitur prima persona praesentis temporis. Sic non opus est ut excidisse aliquid sumas.

104. *pluit*, *luit*] a. si recte notatum est, sicut Lipsius voluerat. *luit* om. codd. *pluit* om. GH. *luit*, *pluit* vg. Addidi signa productarum syllabarum, et postea correptarum, quae non sunt in codd. Sed cur Varro vocabula ipsa, quae altero loco in omnibus codd. sunt, repetit, nisi si ea his signis discriminaverat? Apud Pompeium, Comm. Art. Donati p. 423. Lindem., horum signorum ignoratione ex *Rŏma* factum est *Rouma*. Caeterum Varro praeter alia etiam fūi addere poterat (Sisenna in Plauti Rudentem ap. Rufinum p. 2711.), cuius loco apud Plautum nunc saepe scribitur fuvi. Non recte, nam Plautus non nisi aut *fovi* (cf. Macrobius Sat. 1, 4.) aut *fūi* pronunciare poterat; atque hoc ipsum, quod in eo verbo u producebatur, explicandum est contractione duplicis literae u, vocalis alterius et alterius consonantis. *ruta caesa*] Nota haec verba ex Cicerone, Festo, Ulpiano.

105. *sacrifico et sacrificor*, *et lavat*] vg. *sacrificio et sacrifico relavat* codd. De *sacrificor* cf. ann. ad VI, 18. *sacrifico*] emendavit Augustinus. *sacrifici* FGa. *sacrificii* H. *nec*] vg. *ne* codd. *sacrificatur*] proposuit Spengelius. *sacrificaturus* codd.

Piscis ego credo, qui usque dum vivunt lavant,
Diu minus lavari, quam haec lavat Phronesium;

ad lavant lavari non convenit, ut I sit postremum, sed E: ad lavantur analogia lavari reddit. Quod Plauti aut librarii mendum si est, non ideo analogia, sed qui scripsit, est reprehendendus. Omnino et la- 535
vant et lavantur dicitur separatim recte in rebus certis, quod puerum nutrix lavat, puer a nutrice lavatur: nos in balneis et lavamus et lavamur. 107. Sed consuetudo alterum utrum cum satis haberet, in toto corpore potius utitur lavamur, in partibus lavamus, quod dicimus lavo manus, sic pedes et caetera. Quare e balneis non recte dicunt: lavi; lavi manus, recte. Sed quoniam in balneis lavor, lavatus sum, sequitur, ut contra quoniam est soleo, oporteat dici solui, ut Cato et Ennius scribit, non ut dicit volgus, solitus sum, debere dici; neque propter haec, quod discrepant in sermone pauca, minus est analogia, ut supra dictum est.

108. Item cur non sit analogia, asserunt, quod 62
ab similibus similia non declinentur, ut ab dolo et 536
colo; ab altero enim dicitur dolavi, ab altero colui. In quibus assumi solet aliquid, quo facilius reliqua dicantur, ut in Myrmecidis operibus minutis solet fieri. Igitur in verbis temporalibus quom similitudo saepe sit confusa, ut discerni nequeat, nisi transieris in aliam personam aut in tempus: quae proposita sunt, non esse similia intellegitur, cum transitum est in secundam personam; quod alterum est dolas, alterum colis. 109. Itaque in reliqua forma verborum suam utrum-

106. *Plautum*] Truculent. II, 3, 1.

107. *utitur*] Fa. *utimur* GH. *oporteat*] coni. scripsi. *oportet* codd. cf. VIII, 37. IX, 11.

108. *dicantur*] Ut a *dolo* perfectum recte dicere possis, assumenda statim est secunda persona *dolas*. Sic intelligitur, correctione h. v. opus non esse. *discernantur* coni. Koeler Lit. crit. p. 156. *videantur* coni. Spengelius. *ut in Myrmecidis*] vg. *uti murnecidis* F. *utimur me cidis* (*cydis* H.) cett. codd. Cf. VII, 1. *quom*] vg. *quo* codd. *non esse*] correxit Vertranius. *nosse* codd. sed de a. nil notatum.

537 que sequitur formam. Utrum in secunda forma ver-
156 bum temporale habeat in extrema syllaba AS an IS, *ad discernendas dissimilitudines interest: quocirca ibi potius index analogiae, quam in prima, quod ibi obstrusa est dissimilitudo, ut apparet in his: meo, neo,
(124 ruo; ab his enim dissimilia fiunt transitu, quod sic dicuntur: meo, meas; neo, nes; ruo, ruis; quorum unumquodque suam conservat similitudinis formam.

63 **110.** Analogian item de his quae appellantur participia, reprehendunt multa iniuria; nam non debent
538 dici terna ab singulis verbis: amaturus, amans, amatus, quod est ab amo, amans et amaturus, ab amor amatus. Illud, analogia quod praestare debet, in suo quidque genere habet casus, ut amatus, amato, et amati, amatis; et sic in mulieribus amata et amatae: item amaturus eiusdemmodi habet declinationes; amans paulo aliter; quod hoc genus omnia sunt in suo genere similia proportione, sic virilia et muliebria sunt eadem.

64 **111.** De eo, quod in priore libro extremum est, ideo non esse analogian, quod qui de ea scripserint, aut inter se non conveniant, aut in quibus conveniant, ea cum consuetudine discrepent: amovebis* utrumque.
539 Sic enim omnis repudiandum erit artis, quod et in medicina et in musica et in aliis multis discrepant scriptores; item in quibus conveniunt, * scriptis * etiam

109. *utrumque*] Scioppius. *uterque* codd. sed de a. non constat. *verbum*] coni. *verborum* codd. *ad*] Rholand. *at si* (*si* om. F.) *ad* codd. *obstrusa*] scripsi. *obstusa* G. *obtrusa* H. *abstrusa* Fa. *ruo*] codd. *veho* vg. et sic deinde *vehis*. Sed illud Varronis consilio non minus accommodatum est. *meo*, *meas*] Ga. *meo as* cett. codd. Codices etiam in proximis expressi. *suam*] GHa. *suas* cett. *formam*] GH. *formas* cett.

110. *reprehendunt*] VIII, 58. *amaturus*] à. ut videtur, ut vg. *ab amaturus* codd. *ab amor*] vg. *amabar* codd. *amatis*] codd. om. vg. sine iusta causa. *mulieribus*] *muliebribus* coni. Spengel. *eiusdemmodi*] Ga. *eiusmodi* cett. codd.

111. *esse analogian*] coni. scripsi. *est analogia* codd. *consuetudine discrepent*] coni. *consuetudinis discrepant* codd. *amovebis**] coni. Hoc aptius fortasse reperietur verbum; sed sensus apertus est. *verbis* codd. Quod si tenetur et ex codd. fide *utrumque* scribitur (vg. legitur *utcunque*): plura deesse videntur; unde lacunae signa posuit Spengelius. Ex meis rationibus post haec vv. plene interpungendum erat.

repugnat* natura; quod ita, ut dicitur, non sit ars, sed artifex reprehendendus, qui debet in scribendo non vidisse verum, non ideo non posse scribi verum. **112.** Qui dicit hoc m o n t i et hoc f o n t i, cum alii dicant hoc m o n t e et hoc f o n t e, sic alia quae duobus modis dicuntur, cum alterum sit verum, alterum falsum: non 157
uter peccat tollit analogias, sed uter recte dicit, confirmat: et quemadmodum is qui *peccat in his verbis, ubi duobus modis dicuntur, non tollit rationem, cum sequitur falsum: sic etiam in his quae non duobus 540
dicuntur, si quis aliter putat dici oportere atque oportet, non scientiam tollit orationis, sed suam inscientiam denudat.

113. Quibus rebus solvi arbitraremur posse quae 65
dicta sunt priori libro contra analogian, ut potui, brevi percucurri. Ex quibus si id confecissent, quod volunt, ut in lingua Latina esset anomalia, tamen nihil egissent ideo, quod in omnibus partibus mundi utraque natura inest; quod alia inter se similia*, alia dissimilia* sunt. Sicut in animalibus dissimilia sunt, ut equos, bos, ovis, homo, item alia: et in unoquoque horum genere 125)
inter se similia innumerabilia. Item in piscibus dissimilis natura muraena lupo, is soleae, haec muraenae 541
et mustellae, sic aliis, ut maior ille numerus sit simili-

'*scriptis**] ante h. v. in codd. est *ut*, natum ex ultimis literis v. *conveniunt*, post idem v. *si*, ortum id ex fine v. *scriptis*. *repugnat**] scripsi, similiter ac Vertranius. *repudiant* codd. *repudiant naturam* coni. Spengelius. *quod ita*] Huic iuncturae, nimis durae et hianti, vitium inesse crediderim. Quod vv. inde a *quod ita* usque ad *vid. verum* parenthetica esse significatum est, id non recte factum est; nam quae secuntur: *non ideo non posse scribi verum*, ea pendent a v. *debet*. Nam Varroni *debet* saepe est idem quod: sequitur, colligitur inde.

112. *Qui dicit*] *Quod quis dicit* Vertranius, Scioppius; quibus non est opus. Cf. VII, 4. De argumento VIII, 66. *dicant*] *dicunt* GH. **peccat*] scripsi suadente Spengelio. *cum peccat* FGa. *non peccat* H. *non duobus*] vg. *non in duobus* codd. *orationis*] *rationis* Henr. Stephanus et Popma, quibus non assentior.

113. *egissent*] vg. *legissent* codd. *similia**] et *dissimilia**] coni. addidi. Possis etiam aliam viam tentare, ut hanc sententiam cum proximis exemplis in unum dictum coniungas: sed tentata ea via minus placuit. *equos*] scripsi. *equus* codd. *natura*] om. FG. *is*] scripsi propositum a Spengelio. *his* codd. *muraenae*] vg. *murene* G. *nerenae* FH. *nerene* a.

tudinum earum, quae sunt separatim in muraenis, separatim in asellis, sic in generibus aliis. **114.** Quare cum in declinationibus verborum numerus sit magnus a dissimilibus verbis ortus, quod etiam vel maior est in quibus similitudines reperiuntur: confitendum est esse analogias. Itemque cum ea non multo minus, quam in omnibus verbis, patiatur uti consuetudo communis: fatendum illud, quoque modo analogian sequi nos debere universos, singulos autem, praeterquam in quibus
542 verbis offensura sit consuetudo communis, quod, ut dixi, aliud debet praestare populus, aliud e populo singuli homines. **115.** Neque id mirum est, cum
158 singuli quoque non sint eodem iure; nam liberius potest poëta, quam orator, sequi analogias. Quare cum hic liber id, quod pollicitus est demonstraturus, absolverit, faciam finem; proxumo deinceps de declinatorum verborum forma scribam.

114. *confitendum*] vg. *conferendum* codd. *quoque modo*] coni. *quo quando* F. *quo qn* G. *quoquo qn* H. *quod quando* a. *quodammodo* vg., quod ad sensum parum aptum est. Cf. IX, 5. *singulos autem*] cogitatione addendum: *analogiam sequi debere.* Neque quidquam excidisse intelligetur. *ut dixi*] IX, 5. 6.

115. *singuli quoque*] cf. IX, 5. 17. *absolverit*] vg. *absolverim* codd. *de*] addidit Pius. om. codd. sed de a. nil notatum. *forma*] correxit Pius. *firma* codd.; sed etiam h. l. de a. non constat.

M. TERENTI VARRONIS

DE LINGUA LATINA

AD CICERONEM

LIBER DECIMUS.

1. In verborum declinationibus disciplina loquendi dis- 1
similitudinem an similitudinem sequi deberet, multi 543
quaesierunt. Cum ab his ratio quae ab similitudine 159
oriretur, vocaretur analogia, reliqua pars appellaretur 544
anomalia; (de qua re primo libro, quae dicerentur,
quor dissimilitudinem ducem haberi oporteret, dixi;
secundo contra quae dicerentur, quor potius similitudi-
nem conveniret praeponi): quarum rerum quod nec 126)
fundamenta, ut debuit, posita ab ullo, neque ordo ac
natura ut res postulat explicita, ipse eius rei formam
exponam. 2. Dicam de quatuor rebus, quae con-
tinentur declinationibus verborum, quid sit simile ac
dissimile, quid ratio quam appellant λόγον, quid pro-
portione quod dicunt ἀνάλογον, quid consuetudo: quae
explicatae declarabunt ἀναλογίαν et ἀνωμαλίαν, unde 545
sit, quid sit, quoiusmodi sit.

1. *potius similitudinem*] vg. *potius dissimilitudinem* codd. *quarum rerum*] De hac apodoseos forma dictum ad VIII, 13. *ut debuit*] vg. *ut debita* (*debite* H.) codd.

2. *continentur*] vg. *continent* FH. *continet* Ga. *proportione*] codd. *proportio* vg. Illud retinui, quod h. v. ablativo casu adhiberi solebat (v. ann. ad VIII, 68.), atque Varro formulas, praesertim in Arte usitatas, laxiore structura ita sermoni suo inserere solet. V. ann. ad V, 131. VI, 28. VIII, 48. *quod*] G. nt vg. *quid* cett. codd. *ἀναλογίαν et ἀνωμαλίαν*] *ἀναλογίαν et ἀνομαλίαν* a. *analogian* (*analogiam* GH.) *et anomalia* cett. codd.

2 3. De similitudine et dissimilitudine ideo primum dicendum, quod ea res est fundamentum omnium decli-
160 nationum ac continet rationem verborum. Simile est, quod res plerasque habere videtur easdem, quas illud quoius quid simile. Dissimile est, quod videtur esse contrarium huius. Minimum ex duobus constat omne simile, item dissimile, quod nihil potest esse simile, quin alicuius sit simile, item nihil dicitur dissimile, quin addatur, quoius sit dissimile. 4. Sic dicitur similis homo homini, equos equo, et dissimilis homo equo; nam simile est homo homini, ideo quod easdem figuras membrorum habent, quae eos dividunt ab reliquorum animalium specie: in ipsis hominibus simili de causa vir viro similior, quam vir mulieri, quod pluris
546 habent easdem partis; et sic senior seni similior, quam puero. Eo porro similiores sunt, qui facie quoque paene eadem, habitu corporis et filo. Itaque qui plura habent eadem, dicuntur similiores: qui proxume accedunt ad id, ut omnia habeant eadem, vocantur gemini, simillimi.

5. Sunt qui tris naturas rerum putant esse simile, dissimile, neutrum, quod alias vocent non simile, alias non dissimile: †Sed quamvis tria sint simile, dissimile, neutrum, tamen potest dividi etiam in duas partes sic, quodcunque conferas, aut simile esse, aut non esse:†

3. *habere videtur*] GHa. *videtur habere* F. ut vg. *quoius quid*] coni. scripsi. *quoiusque* G. *cuiusque* cett. codd. Illud Varronis orationi accommodatissimum. V. ann. ad VI, 70.

4. *equos*] *equus* codd. *simile*] FHa. *similis* G. ut vg. Sed v. annot. ad VIII, 41. *corporis et filo*] scripsi. *corporis filo* (*fillo* G.) codd. Illi simillimum est quod legitur apud Gellium I, 9, 2., quod me monuit V. D. A. Lion. *corporis simili* vg.: sed displicet, quod *similitudo*, cuius notio definienda est, in definiendo recurrit.

5. *putant*] GHa. *putent* F. ut vg. *quod alias .... non dissimile*] om. GH. Etiam plura: *neutrum .... simile, dissimile* om. a., i. e. omnia inter prius et alterum *neutrum.* †*Sed quamvis .... aut non esse*†] His turbari sententiarum ordinem, quis non intelligat? Nam cum Varro sententiam eorum indicaverit, qui tria statuant: simile, dissimile, neutrum, atque iam explicaturus sit, quidnam illi dicant simile, dissimile, neutrum, postea, neutrum non magnopere differre a dissimili, additurus: non potest idem scriptor, antequam quid sit simile, dissimile, neutrum dixerit, hoc discrimen iam tollere, et quae ultimo loco dicenda

simile esse et dissimile, si videatur esse, ut dixi; neutrum, si in neutram partem praeponderet, ut, si duae res, quae conferuntur, vicenas habent partes, et in his denas habeant easdem, denas alias ad simi- 547
litudinem et dissimilitudinem aeque animadvertendas. Hanc naturam plerique subiiciunt sub dissimilitudinis 127)
nomen.

6. Quare quoniam fit, ut potius de vocabulo quam de re controversia esse videatur, illud est potius ad- 161
vertendum, quom simile quid esse dicitur, quoi parti simile dicatur esse; in hoc enim solet esse error, quod potest fieri ut homo homini simile sit et non sit, ut multas parteis habeat similis, et ideo dici possit similis habere oculos, manus, pedes, sic alias res separatim et una plura.

7. Itaque quod diligenter videndum est in verbis, quas partis et quot modis oporteat similis habere*, ut infra apparebit: is locus maxime lubricus est. Quid 548
enim similius potest videri indiligenti, quam duo verba haec suis et suis? quae non sunt, quod alterum significat suere, alterum suem. Ita quae similia esse vocibus ac syllabis confitemur, dissimilia esse partibus orationis videmus, quod alterum habet tempora, alterum casus, quae duae res vel maxime discernunt analogias. 8. Item propinquiora genere inter se verba similem saepe pariunt errorem ut in hoc, quod nemus et lepus videtur esse simile, quom utrumque habeat eundem casum rectum: sed non est simile, quod eis certae similitudines opus sunt, in quo est ut in genere

sunt, sibi ipse praeripere ineptissime. Neque tamen quo alio loco ea verba, quae notavi, colloces, reperies: certe etiam in fine §. posita nexum non minus turbabunt. Qua ex difficultate quomodo me expedierim, et quid inde ad formam horum librorum cognoscendam efficiatur, dixi in Praefatione.

6. *advertendum*] *animadvertendum* a. *quoi*] coni. Spengel. *quin quoi* GHa. *quin cui* F. *quid, cui.* vg. *et non sit*] *et* vg. id om. codd. *plura*] GHa. *plures* cett.

7. *similis habere**] scripsi, abiecto v. *dicuntur*, quod in codd. additur. *ut simileis dicantur* vg. *quod alterum**] vg. *quod alterum non* codd. *Ita quae*] scripsi. *Itaque* codd.

8. *quom*] scripsi. *quod cum* codd. *quod* vg. *eis certae*] vg.

nominum sint eodem, quod in his non est; nam in
549 virili genere* est lepus, ex neutro nemus; dicitur enim
hic lepus, et hoc nemus. Si eiusdem generis
essent, utrique praeponeretur idem, ac diceretur aut
hic lepus et hic nemus, aut hoc lepus et hoc nemus.
9. Quare quae et quoiusmodi sunt genera similitudinum ad hanc rem, perspiciendum ei qui, declinationes verborum proportione sintne, quaeret. Quem locum, quod est difficilis, qui de his rebus scripserunt, aut vitaverunt, aut inceperunt neque adsequi potuerunt.
162 10. Itaque in eo dissensio neque ea uniusmodi apparet; nam alii de omnibus universis discriminibus posuerunt
550 numerum, ut Dionysius Sidonius, qui scripsit eas esse septuaginta unam; alii partis eius, quae habet casus: quoius idem hic quom dicat esse discrimina quadraginta septem, Aristocles rettulit in literas quattuordecim, Par-
(128 meniscus octo, sic alii pauciora aut plura.

11. Quarum similitudinum si esset origo recte capta et inde orsa ratio, minus erraretur in declinationibus verborum, quarum ego principia prima duum generum sola arbitror esse, ad quae similitudines exigi oporteat: e quis unum positum in verborum materia, alterum ut in materiae figura, quae ex declinatione fit.

eas certe codd. *genere**] Post h. v. codd. repetunt vv. *nominum sint eodem.* *essent*] G. ut vg. *esset* cett. codd. *et hic*] atque *et hoc*] *et* utroque loco G. et a. ut videtur, sicut vg. *aut* priore loco, altero nullam copulam habent FH.

9. *sintne*] FHa. *sint: ne* G. cf. annot. ad VII, 4. *Quem*] coni. scripsi. *quod* codd. *vitaverunt*] vg. *vitaverint* Fa. *cunctaverunt* G. *curarunt* H. *inceperunt*] GH. *inceperint* Fa.

10. *eas*] intellige *similitudines.* *partis*] coni. scripsi. *partes* codd. Sed pendet hoc a *discriminibus.* cf. infra §. 18. *habet*] scripsi. *habent* codd. *idem*] coni. *eidem* codd. *eadem* vg. *quadraginta*] G. ut vg. *quadringenta* F. *quadringinta* H. *quatringenta* a. *Aristocles*] Fa. *Aristotelis* GH. Haereo incertus, huncne Aristoclem Lampsacenum dicam, qui inter Stoicos numeratur, an Rhodium, Strabonis et Varronis aequalem. Ex Varrone maxime intelligitur, quot Grammaticorum scriptorum memoria obscurata sit. *rettulit*] Ha. *rutulit* F. *retulit* G.

11. *erraretur*] Vertranius, Scioppius. *erraret* codd. *errarent* coni. Spengel. *ad quae*] Aldus. *atque* codd. *ut*] om. H. Sed v. ann. ad VI, 56

12. **Nam debet esse unum, ut verbum verbo, unde** 551
declinetur, sit simile; alterum ut e verbo in verbum declinatio, ad quam conferatur, eiusdemmodi sit; alias enim ab similibus verbis similiter declinantur, ut ab herus, ferus, hero, fero: alias dissimiliter herus, ferus, heri, ferum. Quom utrumque et verbum verbo erit simile et declinatio declinationi, tum denique dicam esse simile, ac duplicem et perfectam similitudinem habere, id quod postulat analogia.

13. Sed ne astutius videar posuisse duo genera esse similitudinum sola, cum utriusque inferiores species sint plures, si de his reticuero, ut mihi relinquam latebras: repetam ab origine similitudinum, quae in conferendis verbis et in declinandis sequendae aut vitandae sint.

14. Prima divisio in oratione, quod alia verba nusquam declinantur ut haec, vix, mox, alia decli- 163
nantur, ut ab l i m o limabo, a f e r o ferebam, et quom, 552
nisi in his verbis quae declinantur, non possit esse analogia, qui dicit simile esse n o x et m o x, errat, quod non est eiusdem generis utrumque verbum, cum nox succedere debeat sub casuum ratione, mox neque debeat neque possit.

15. Secunda divisio est de his verbis quae declinari possunt, quod alia sunt a voluntate, alia a natura. Voluntatem appello, quom unusquivis a nomine alio imponit nomen, ut Romulus Romae. Naturam dico, quom universi acceptum nomen ab eo, qui imposuit, non requirimus quemadmodum is velit declinari, sed ipsi declinamus, ut huius Romae, hanc Romam, hac

12. *conferatur*] vg. *conferetur* FG. *confertur* H. *conferretur* a. *esse simile*] a. quod coni. assecutus erat Spengel. *esse similem* cett.

13. *in declinandis*] G. *inclinandis* cett.

14. *limo*] vg. *lima* codd. *nox et mox*] GH. *mox et nox* cett. *ratione*] Hoc exemplo defendi possit mutatio accusativi *nomina* in ablativum *nomine* loco superiore VIII, 83. Sed contrarium extat IX, 66.

15. *a voluntate*] cf. VIII, 21. *alio*] *aliae* GHa. Fortasse *alio vel aliae*. Cf. ann. ad IX, 67. *Romae*] GHa. *Roma* cett. *rationem*] vg. *orationem* codd.

**Roma. De his duabus partibus voluntaria declinatio
refertur ad consuetudinem, naturalis ad rationem. 16.
553 Quare proinde ac simile conferri non oportet ac dicere,
(129 ut sit ab Roma Romanus, sic ex Capua dici oportere
Capuanus; quod in consuetudine vehementer natat,
quod declinantes imperite rebus nomina imponunt, a
quibus cum accepit consuetudo, turbulenta necesse est
dicere. Itaque neque Aristarchii, neque alii in analogiis defendendam eius susceperunt causam, sed, ut
dixi, hoc genere declinatio in communi consuetudine
verborum aegrotat et languescit, quod oritur e populi
multiplici imperio; itaque in hoc genere in loquendo
magis anomalia, quam analogia.**

**17. Tertia divisio est, quae verba declinata a
554 natura* dividit in partis quattuor, in unam quae habet
casus neque tempora, ut docilis, facilis; in alteram,
164 quae tempora neque casus, ut docet, facit;
in tertiam quae utraque, ut docens, faciens; in
quartam quae neutra, ut docte et facete. Ex hac
divisione singulis partibus tres reliquae dissimiles.
Quare nisi in sua parte inter se collata erunt verba,
si non conveniunt: non erit ita simile, ut debeat facere
idem.**

555 **18.* Quoniam species plures, de singulis dicam.**

16. *conferri*] intellige ex sequentibus: *Romanus* et quod fingitur *Capuanus*. Mihi nulla mutatione opus esse videtur. *et languescit*] ed. princ. et sequentes. om. codd. Est h. l. inter rara exempla scripturae, quae neque ex iis codd. quos novimus, neque ex interpolatione fluxisse videtur. *populi*] vg. *populo* codd.

17. *declinata a*] scripsi. *declinata* GH. *declinat a* Fa. *natura**] post h. v. delevi *ea* quod est in codd. *dividit*] coni. scripsi. *dividitur* codd. *reliquae*] scripsi. *relique* a. *reliquere* cett. *non erit ita simile*] Exspectaveris apodosin hanc: non reprehendenda erit dissimilitudo eorum. Quae sententia a Varrone ita est inflexa, ut subsit tamen iis quae scripsit.

Quae secuntur, §. 18. 19. 20., alio ordine a me positae sunt, atque in codd. habentur. In his enim primum (§. 19.) articulorum et nominum analogia comparatur; deinde (§. 20.), ut articuli, sic nominatus dividuntur in finitos et infinitos; tertio loco (§. 18.) orationis casualis pars dividitur in nominatus et articulos, et hi in finitos et infinitos. Quod ubi sic dispositum est, quivis statim intelliget, §. 18. contineri, quae §. 19. 20. disputatione excipiuntur atque continuantur.

Prima pars casualis dividitur in parteis duas, in nomi-
natus scilicet *et articulos*, quod finitum et infinitum
est, ut **hic** et **quis**; de his generibus duobus utrum 556
sumpseris, cum reliquo non conferendum, quod inter 130)
se dissimiles habent analogias.

19.* In articulis vix adumbrata est analogia, et 554
magis rerum quam vocum; in nominatibus magis ex-
pressa, ac plus etiam in vocum* similitudinibus quam
in rebus suam obtinet rationem. Etiam illud accedit
ut in articulis habere analogias ostendere sit difficile,
quod singula sint verba; hic contra facile, quod magna
sit copia similium nominatuum. Quare non tam hanc 555
partem ab illa dividendum, quam illud videndum, ut
satis sit verecundi, etiam illam in eandem harenam
vocare pugnatum.

20. Ut in articulis duae partes, finitae et infinitae,
sic in nominatibus* duae, vocabulum et nomen; non
enim idem **oppidum** et **Roma**, quom oppidum sit
vocabulum, Roma nomen, quorum discrimen in his
reddendis rationibus alii discernunt, alii non: nos sicubi
opus fuerit, quid sit et quor, ascribimus uniusquoius-
que partes. **21.** Nominatui ut similis sit nominatus, 556
habere debet ut sit eodem genere, specie eadem, sic
casu, exitu eodem.* Genere, ut, si nomen est quod
conferas, cum quo conferas sit nomen: specie simile,
ut non solum, sed utrumque sit virile: casu simile, 165

18. **et articulos**] coni. addidi. Quae si desunt, neque divisio ulla est, neque *hic et quis* habent, quo pertineant. *finitum et infinitum*] vg. *neque finitum* codd. cf. VIII, 45. 50.

19. *rerum quam vocum*] GHa. *vocum quam rerum* cett. *nominatibus*] scripsit Spengel. Emend. Varr. p. 6. *nominibus* FHa. *omnibus* G. *vocum**] coni. scripsi. *vocibus ac* codd. *obtinet*] *optinet* F. *harenam*] F. *arenam* GH. *arenanam* a. Cf. *honus* V, 73. *hostium* VI, 92. De *harena* Varronis extat locus apud Velium Longum p. 2230. P.

20. *nominatibus**] Spengelius Emend. Varr. p. 6. *vocabulis* codd. Illa emendatio idcirco non minus certa est, quod discrepat a literis codicum. *ascribimus*] codd. *adscribimus* vg.

21. *Nominatui*] coni. *nominatus* codd. Scioppius altero loco *nominatui* scripserat. *eodem**] coni. *eius* codd. quod coniungebatur cum inferioribus. *cum quo conferas*] F. om. cett. codd. *sed*] vg. om. codd. Fortasse etiam *unum* post *solum* inferendum est.

ut si alterum sit dandi, item alterum sit dandi: exitu, ut quas unum habeat extremas literas, easdem alterum habeat. 22. Ad hunc quadruplicem fontem ordines deriguntur bini, uni transversi, alteri derecti, ut in tabula solet, in qua latrunculis ludunt. Transversi sunt qui ab recto casu obliqui declinantur, ut albus, albi,
557 albo; derecti sunt qui ab recto casu in rectos declinantur, ut albus, alba, album: utrique sunt partibus senis. Transversorum ordinum partes appellantur casus, derectorum genera: utrisque inter se implicatis forma.

23. Dicam prius de transversis. Casuum vocabula alius alio modo appellavit; nos dicemus, qui nominandi causa dicitur, nominandi vel nominativom. . . .

Hic desunt tria folia
in exemplari.

24. . . . et scopae, non dicitur una scopa; alia enim natura, quod priora simplicibus, posteriora in coniunctis rebus vocabula ponuntur; sic bigae, sic quadrigae
558 a coniunctu dictae. Itaque non dicitur ut haec una lata et alba, sic una biga, sed unae bigae: neque ut dicitur hae duae latae, albae, sic hae duae bigae et quadrigae. 25. Item figura verbi qualis sit refert, quod in figura vocis alias commutatio fit in uno verbo, suit modo suit†: alias in medio, ut curso,

22. *deriguntur*] et *derecti*] F. Ad hanc formam loco paulo inferiore etiam caeteri codd. digitum intendunt, neque destituitur ea titulorum optimis temporibus scriptorum auctoritate. *latrunculis*] ed. Paris. *latrunculus* codd. *albus, albi, albo*] cf. ann. ad VIII, 63. *derecti*] F. *appellantur*] vg. *expellantur* codd. *derectorum*] Fa. *de rectorum* GH. Ex hoc errore nata est scriptura *genere*, quae est in omnibus codd. *directorum genera* vg. *forma*] vg. *formam* Fa. *formas* GH. Nempe coniungebant librarii haec cum sequentibus.

23. *nominativom*] *nominativum* codd.

Hic . . . . exemplari] Fa. et Vaticanus *a*. Similiter Ambrosianus codex. *,In exemplari hic erant tres carte non scripte* Mutinensis cod. Non dissentit H. In G. spatium versuum duorum et dimidii relictum est. De rebus eo loco, qui excidit, explicatis v. Argumentum libri.

24. *scopae*] cf. VIII, 7. *alia*] F. *aliter* H. *alit* G. *abit* a. *bigae*] cf. IX, 63. X, 67. *ut dicitur*] Vertranius. *ut dicitur ut* codd. Prius *ut* delet Scioppius: sed posterius facilius excidere poterat.

25. *suit modo suit* †] codd. lectionem reddidi, dum, quid hoc loco

cursito: alias in extremo, ut doceo, docui: alias communis, ut lego, legi. Refert igitur ex quibus literis quodque verbum constet, et maxime extrema, quod ea in plerisque commutantur. 26. Quare in
his quoque partibus similitudines ab aliis male, ab aliis 166
bene quod solent sumi, in casibus conferendis recte an perperam, videndum: sed ubicunque commoventur
literae, non solum hae sunt animadvertendae, sed etiam 559
quae proxumae sunt neque moventur; haec enim vici- 131)
nitas aliquantum potens in verborum declinationibus. 27. In quis figuris non ea similia dicemus quae similis res significant, sed quae ea forma sint, ut eiusmodi res similis ex instituto significare plerumque soleant; ut tunicam virilem et muliebrem dicimus non eam, quam habet vir aut mulier, sed quam habere ex instituto debet; potest enim muliebrem vir, virilem mulier habere, ut in scaena ab actoribus haberi videmus, sed eam dicimus muliebrem, quae de eo genere est, quo indutui mulieres ut uterentur est institutum. Ut actor stolam muliebrem, sic Perpenna et Caecina et Spurinna
figura muliebria dicuntur habere nomina, non mulie- 560
rum. 28. Flexurae quoque similitudo videnda ideo, quod alia verba quam vim habeant, ex ipsis verbis

faciendum sit, incertus haereo, utrum intelligendus sit de vocis commutatione sine literarum demptione sive additione facta, cuius exemplum esse poterat praesens *sŭit*, comparatum cum perfecto *sūit* (cf. IX, 104.), an, id quod multo probabilius videtur, de mutationibus *in initio verbi s. in primo verbo* factis haec scripta, et exemplo non ex declinatione, sed compositione petito (ut *sunt*, *desunt*) confirmata sint. Nam de reduplicatione syllabae primae hoc primo loco dicere vix poterat, quoniam haec raro fit sine mutatione extremi verbi. *curso*] vg. *cursu* codd. *legi*] scripsi. *lege* codd. Illud exemplum est mutationis in extremo et in medio verbo, propter productionem.

26. *recte an perperam*] intellige: sumantur. *proxumae*] *proxume* G. *proximae* Fa. *proxime* H. *aliquantum*] *aliquantulum* G.

27. *res similis*] scripsi. *res similia* codd. Sed *res* non potest coniungi cum v. *eiusmodi*, quod explicandum est ellipsi v. *figurae*. Cf. simillimum exemplum V, 128. *soleant*] Aldus. *solent* F. *solet* GH. *soleat* a. *indutui*] cf. ann. ad V, 131. *Perpenna*] cf. VIII, 41. IX, 41. His locis nominis formam, quae codd. fide traditur, intactam reliqui; sed VIII, 81. mutavi in *Perperna*, quod illius loci ratio postulare videbatur. *Spurinna*] Augustinus in marg. *purinna* FGa. om. H.

unde declinantur, apparet, ut quemadmodum oporteat ut a praetor, consúl, praetori, consuli. Alia ex transitu intelleguntur, ut socer, macer, quod alterum fit socerum, alterum macrum, quorum utrumque in reliquis a transitu suam viam sequitur et in singularibus et in multitudinis declinationibus. Hoc fit ideo, quod naturarum genera sunt duo, quae inter se conferri possunt, unum quod per se videri potest, ut homo et equos: alterum sine assumpta aliqua re extrinsecus perspici non possit, ut eques et equiso; uterque enim dicitur ab equo. 29. Quippe* homi-
167 nem homini similem esse aut non esse, si contuleris, ex ipsis homini animadversis scies: at duo inter se similiterne sint longiores, quam sint eorum fratres,
561 dicere non possis, si illos breviores, cum quibus conferuntur, quam longi sint ignores: sic latiorum atque altiorum, item caetera eiusdem generis, sine assumpto extrinsecus aliquo perspici similitudines non possunt. Sic igitur quidam casus quod ex hoc genere sunt, non facile est dicere similis esse, si eorum singulorum solum animadvertas voces, nisi assumpseris alterum, quo flectitur in transeundo vox.

(132 30. Quod ad nominatuum similitudines animadvertendas arbitratus sum satis esse tangere, haec sunt. Relinquitur de articulis, in quibus quaedam eadem, quaedam alia. De quinque enim generibus duo prima habent eadem, quod sunt et virilia et muliebria et neutra; et quod alia sunt, ut significent unum*, alia ut
562 plura; et de casibus quod habent quinos: nam vo-

28. *apparet*] emendavit Pius. *appellarit* codd. *consul*] Nescio an Varro scripserit *a consul.* *equos*] *equus* codd. *equiso*] cf. VIII, 14.

29. *Quippe**] coni. *quare* codd. Certe sententiarum ordo requirit particulam, qua non concluditur, sed subiicitur ratio. *ignores*] Aldus. *ignorent* codd. *ignorentur* et antea *illis* vg. *sic*] vg. *si* codd. *in transeundo*] vg. *in transeundum* FHa. *intranseundi* G.

30. *nominatuum*] G. ut vg. *nominativom* F. *nominativum* H. *nominatuū* a. Varro fortasse scripsit *nominatuom.* *esse*] vg. *est* codd. Inaequalitate relativae et primariae sententiae in hoc scriptore non offendimur. *tangere*] Augustinus in marg. *angere* FGH. *ange͞* a. *De quinque generibus*] Locus obscurior, fortasse propter ignorationem

candi voce notatus non est. Proprium illud habent, quod partim sunt finita ut hic et haec, partim infinita ut quis et quae, quorum quod adumbrata et tenuis analogia, in hoc libro plura dicere non* necesse est.

31. Secundum genus, quae verba tempora habent neque casus, sed habent personas. Eorum declinatuum species sunt sex. Una quae dicitur temporalis, ut legebam, gemebam; lego, gemo. Altera personarum, sero, meto; seris, metis. Tertia rogandi, ut scribone, legone; scribisne, legisne? Quarta respondendi, ut fingo, pingo; fingis, 168
pingis. Quinta optandi, ut dicerem, facerem; dicam, faciam. Sexta imperandi ut cape, rape; capito, rapito.

32. Item sunt declinatuum species quatuor quae tempora habent sine personis, in rogando, ut foditurne? seriturne? et fodieturne? sereturne? 563
Ac respondendi specie eaedem figurae fiunt extremis syllabis demptis. Optandi species, ut vivatur, ametur; viveretur, amaretur. Imperandi declinatus sintne, habet dubitationem; et eorum sitne haec ratio; paretur, pugnetur; parari, pugnari.

33. Accedunt ad has species a copulis divisionum quadrinis, ab infecti et perfecti, emo, edo; emi, edi: a semel et saepius, ut scribo, lego, scriptitavi, lectitavi: faciendi et patiendi, ut uro, ungo; uror, ungor: a singulari et multitudinis, ut laudo, culpo; laudamus, culpamus. Huius generis verborum quoius species exposui, quam late quidque pateat et quoiusmodi efficiat figuras, in libris qui de formulis verborum erunt, diligentius expedietur.

eorum, quae cum tribus illis pagellis interciderunt. *unum**] vg. om. codd. *quorum*] vg. *et quorum* codd. *non**] vg. om. codd.

31. *Secundum genus*] ex divisione illa, quae facta est §. 18. *sed*] vg. *si* codd.

32. *Ac*] scripsi. *ab* FH. *a* Ga. *sintne habet*] vg. *sum ne habent* codd. *sitne*] vg. *sintne* codd. sed de a. non constat. *paretur . . . . pugnari*] Coniunctivum illum imperandi declinatui accenseri nemo mirabitur; sed notabile, quod etiam infinitivus in hunc censum admittitur.

34. Tertii generis, quae declinantur cum tempo-
564 ribus ac casibus, ac vocantur a multis ideo participa-
(133 lia, sunt hoc ge . . .

Hic desunt tria folia.

35. . . . quemadmodum declinamus, quaerimus casus eius, etiamsi is qui finxit poëta aliquod vocabulum et ab eo casu ipse aliquem perperam declinavit, potius eum reprehendimus quam sequimur. Igitur ratio quam dico, utrobique est et in his verbis quae imponuntur, et in his quae declinantur, neque non etiam tertia illa quae ex utroque miscetur genere. 36. Quarum
169 unaquaeque ratio collata cum altera aut similis, aut dissimilis; aut saepe verba alia, ratio eadem; et nonnunquam ratio alia, verba eadem. Quae ratio in amor, amori, eadem in dolor, dolori, neque eadem in dolor, dolorem; et cum eadem ratio quae est in amor et
565 amoris, sit in amores et amorum: tamen ea, quod non in ea qua oportet, confertur materia, per se solum efficere non potest analogias propter disparilitatem vocis figurarum; quod verbum copulatum singulare cum multitudine ita cum est proportione, ut eandem habeat rationem, tum denique ea ratio conficit id quod postulat analogia, de qua deinceps dicam.

3 37. Sequitur tertius locus, quae sit ratio proportione, quae a Graecis vocatur ἀνάλογον: ab analogo dicta analogia. Ex eodem genere quae res inter se aliqua parte dissimiles rationem habent aliquam, si ad

34. *hoc ge . . .*] *hoc genus* fuisse videtur. *gerundi* infertur vg. *Hic . . . . folia*] F. et Vatic. *a*. Similiter a. *Hic in exemplari erant* 8 *carte non scripte* Mutinensis codex, in quo sigla 8 orta est ex 3. *Hic deerant tres cartae in exemplari* H. post v. *ideo*. Trium versuum spatium relictum est in G. Caeterum v. Argumentum libri.

35. *is qui*] *si qui* coni. Spengel. probabiliter. Cf. tamen IX, 78.

36. *materia*] vg. *a materia* codd. *singulare*] vg. *singularem* codd. *multitudine*] *multitudinis* coni. Spengel. Sed Varro utraque forma (multitudo et multitudinis) utitur. V. VIII, 46. 48. 67.

37. *proportione quae*] F. om. GHa. Sed dubitare noli, quin ita Varro scripserit. *Graecis*] vg. *graeco* Fa. *graece* GH. *vocatur*]

eas duas res alterae duae collatae sunt, quae rationem
habeant eandem, quod ea verba bina habent eundem 566
λόγον, dicitur utrumque separatim ἀνάλογον; simul
collata quatuor analogia. 38. Nam ut in geminis
quom simile dicimus esse Menaechmum Menaechmo,
de uno dicimus; cum similitudinem esse in his, de
utroque: sic quom dicimus, eandem rationem habere
assem ad semissem, quam habet in argento libella ad
sembellam, quid sit analogon ostendimus; quom utro-
bique dicimus et in aere et in argento esse eandem
rationem, tum dicimus de analogia. 39. Ut soda- 134)
lis et sodalitas, civis et civitas non est idem,
sed utrumque ab eodem ac coniunctum: sic analogon 567
et analogia idem non est, sed item est congeneratum.
Quare si homines sustuleris, sodalis sustuleris; si so- 170
dalis, sodalitatem. Sic item si sustuleris λόγον, sustu-
leris analogon; si id, analogian. 40. Quae cum
inter se tanta sint cognatione, debebis subtilius audire,
quam dici exspectare, id est cum dixero quid de utro-
que, et erit commune, ne exspectes, dum ego in scri-
bendo transferam in reliquom, sed ut potius tu per-
sequare animo. 41. Haec fiunt in dissimilibus
rebus, ut in numeris, si contuleris cum uno duo, sic
cum decem viginti; nam quam rationem duo ad unum
habent, eandem habent viginti ad decem: in nummis 568
similiter* sic est ad unum victoriatum denarius, sicut

vg. *vocantur* codd. sed de a. nihil traditum est. *collatae*] G. *collate* a. *allatae* F. De H. non constat. *analogia*] G. *analoga* FH. *ἀνάλογα* num habeat a., dubito. Cf. §. 38.

38. *similitudinem*] vg. *similitudine* codd. *argento*] Pius. *argumento* codd. *sembellam*] vg. *singulam* codd. *in argento*] Ga. *in* om. FH. *tum*] FGa. *cum* H. ut vg. Simul membris rectius distinctis (nam a prioribus ante *Cum* plene interpungebatur), verus sensus exiit, qui vertitur in discernendis analogo et analogia.

39. *Ut*] Haec antehac superioribus continuabantur. *λόγον*] vg. *logon* codd.

40. *audire*] FGH. (nam de a. incerta res est). *audiri* vg., qua scriptura sententia corrumpitur. *commune, ne*] Scioppius. *commune* codd. nisi forte a. illud habet. *reliquom*] *reliquum* codd.

41. *sic*] F. *si* GHa. *quam*] addidit Pius. om. codd. *similiter**] coni. *in similibus* codd. *sicut*] vg. *si* codd. *ea*] codd.

ad alterum victoriatum alter denarius. Sic item in aliis rebus omnibus proportione dicuntur ea: in quo est sic quadruplex natura, ut in progenie quomodo* est filius ad patrem, sic est filia ad matrem, et ut est in temporibus meridies ad diem, sic media nox ad noctem. 42. Hoc poëtae genere in similitudinibus utuntur; multum hoc acutissime geometrae; hoc in oratione diligentius, quam alii, ab Aristarcho grammatici, ut, quom dicuntur proportione similia esse a m o r e m a m o r i, d o l o r e m d o l o r i, quom ita dis-
569 simile esse videant amorem et dolori, quod est alio casu, item dolorem et dolori. 43. Sed dicunt, quod ab similibus nonnunquam rationes habet implicatas duas, ut sit una derecta, altera transversa. Quod dico apertius, sic fiet. Esto sic expositos esse numeros, ut in primo versu sit unum, duo, quatuor: in secundo decem, viginti, quadraginta: in tertio centum, ducenti, quadringenti. In hac formula numerorum duo inerunt
171 quos dixi λόγοι, qui diversas faciant analogias: unus duplex qui est in obliquis versibus, quod est ut unus
570 ad duo, sic duo ad quatuor: alter decemplex in derectis ordinibus, quod est ut unus ad decem, sic decem ad
(135 centum. 44. Similiter in verborum declinationibus est bivium, quod et ab recto casu *declinatur in obliquom, et ab recto casu* in rectum, ita ut formulam similiter efficiant: quod sit primo versu hic a l b u s,

vg. om. De sequenti *in quo* vere monuit Spengel. Emend. Varr. p. 7. v. ann. ad V, 108. et cf. dicta ad VI, 39. IX, 67. *quomodo**] coni. *quom* Ha. *cum* FG. De permutatione vv. *quomodo* et *quom* dixi in Praefatione. *sic*] vg. *sic si* codd.

42. *dicuntur*] codd. *dicunt* vg. Illud multo aptius. *amorem et dolori*] scripsi. *amorem et dolorem* codd. *amorem dolori* vg. Propterea etiam sequenti loco *et* addidi.

43. *ab similibus*] Videtur haec technica fuisse dictio, significans formulam declinatuum ab similibus rectis descendentium. *implicatas*] *duplicatas* GH. *derecta*] Fa. *directa* cett. *ducenti quadringenti*] F. *ducenti quatrigenti* a. *cc. cccc.* GH. *ducenta quadringenta* vg. *λόγοι*] scripsi suadente Victorio. *logoe* F., fortasse recte. *logos* GHa. *faciant*] codd. *faciunt* vg. *derectis*] *directis* codd., si accurate notatum est. Et sic etiam §. 44.

44. **declinatur in obliquom, et ab recto casu**] coni. addidi, ut

huic albo, huius albi; secundo haec alba, huic albae, huius albae; tertio hoc album, huic albo, huius albi; itaque fiunt per obliquas declinationes ex his analogiae hoc genus: Albius Atrius, Albio Atrio; *quae scilicet erit particula ex illa binaria*; per derectas declinationes: Albius Atrius, Albia Atria, *quae scilicet centenaria formula analogiarum, de qua supra dixi.

45. Analogia quae dicitur, eius genera sunt duo. Unum deiunctum sic est: ut unum ad duo, sic decem ad viginti; alterum coniunctum, sic: ut est unum ad duo, sic duo ad quatuor, in hoc quod duo bis dicuntur, et cum conferimus ad unum, et tum cum quatuor.
46. Hoc quoque natura dicitur quadruplex; sic e septem 571

puto necessaria. *rectum*] coni. *recto* codd. *hoc genus*] Post h. vv. quaedam deesse vg. significatur. Sed nulla causa, nisi quod hic locus ab diasceuastis illis, quibus haec recensio debetur, non intellectus est. In codd. haec continuantur. *Albius*, *Atrius*] codd. Et sic haec nomina coniunguntur VIII, 80. Aptiora ea sunt ad ostendendam analogiam, quae fit proportione duarum rationum, quam albus et ater, quae inter se dissimilia videri poterant. Eaque analogia his vocabulis dupliciter inest, directis et obliquis ordinibus. Habes formulam:

Obliquus ordo. *Albius: Atrius = Albio: Atrio.*
.Directus ordo. *Albius: Atrius = Albia: Atria.*

His declaravi, quae me retinuerint quominus accederem Spengelio scribenti: *albus*, *albi*, aut *albi*, *albo*; *atri*, *atro*; *albi*, *alba*. **quae scilicet erit particula ex illa binaria**] Haec in codd. leguntur post vv. *Albia*, *Atria*, hoc ordine: *quae scilicet erit particula ex illa vicenaria atria* (*tria* vg.) *quae scilicet centenaria formula analogiarum.* Apparet ultima annexa fuisse vv. *Albia Atria*, quae cum directo ordine ab Albius, Atrius declinentur, conveniunt rationi centenariae; contra priora adhaesisse vv. *Albio Atrio*, et dicta fuisse de obliquo ordine qui comparatur cum binaria ratione illius figurae. Denique intelligitur etiam, unde hae turbae ortae sint, nimirum hinc quod Varro, ad illustrandum schema quod proposuerat, verba sic collocaverat:

Itaque fiunt per obliquas declinationes ex his analogiae hoc genus:

Albius Atrius, Albio Atrio;
quae scilicet erit particula ex illa binaria
per derectas declinationes
Albius Atrius
Albia Atria
quae scilicet centenaria formula analogiarum.

*binaria**] coni. *vicinaria* G. *vicenaria* FHa. quod vix defendi poterit.

45. *sic: ut*] scripsi. *sicut* Fa. *sic* GH. *et cum*] coni. *et tum* codd. *tum*] G. et H. ut videtur. *tunc* cett.

cordis citharae, tamen duo dicuntur habere tetracorda, quod quemadmodum crepat prima ad quartam cordam, sic quarta ad septumam respondet; media est alterius prima, alterius extrema. Medici in aegrotis septumos dies qui observant quarto die, ideo diligentius signa morbi advertunt, quod quam rationem habuit primus dies ad quartum, eandem praesagit habiturum, qui est
172 futurus ab eo quartus, et qui est septumus a primo.
47. Quadruplices deiunctae in casibus sunt vocabulorum, ut rex regi, *lex legi.* Coniunctae sunt triplices in verborum tribus temporibus, ut legebam, lego, legam, quod quam rationem habet legebam ad lego, hanc habet lego ad legam. In hoc fere omnes
572 homines peccant, quod perperam in tribus temporibus haec verba dicunt, quom proportione volunt pronuntiare. 48. Nam cum sint verba alia infecta, ut lego et legis, alia perfecta, ut legi et legisti, et debeant sui quoiusque generis in coniungendo copulari, et quom recte sit ideo lego ad legebam: non
(136 recte est lego ad legi, quod legi significat quod perfectum; ut haec, tutudi pupugi, tundo pungo, tundam pungam, item necatus sum verberatus sum, *necor verberor, necabor* verberabor, iniuria reprehendant, quod et infecti inter se similia sunt, et perfecti inter se; ut tundebam, tundo, tundam, et tutuderam, tutudi, tutudero; sic amabar, amor, amabor, et amatus eram, amatus sum, amatus ero. Itaque repre-

46. *e*] codd. nisi a. habet *a*, ut vg. *cordis*] codd. *chordis* vg. Et sic item in *tetracorda* et *cordam*. *aegrotis*] vg. *aegrotos* codd.

47. *lex legi*] coni. addidi, ut quadruplex esset et deiuncta proportio. *ad lego*] vg. *ab* (*a* GH. *a''* a.) *lego* codd. *ad legam*] Ga. *a legam* FH.

48. *infecta*] et *perfecta*] codd. *infecti* et *perfecti* correxit Spengel. Emend. Varr. p. 6. Sed intacta idem reliquit *infecta* et *perfecta verba* IX, 97. cf. IX, 101. Itaque utrumque dici potuisse concedemus, eodem iure, quo Varro multitudinem et multitudinis pro plurali scribit. *lego ad*] vg. *lego et* Ga. *legi et* FH. *necatus*] vg. *haec* (*hec* a.) *catus* codd. **necor verberor*] non addere non poteram. om. codd. et vg. *necabor**] vg. om. codd. *reprehendant*] coni. *repre-*

hendunt, qui contra analogias dicunt, quor dispariliter
in tribus temporibus dicantur quaedam verba, naturam. 573
49. Cum quadruplex sit natura analogia, id nonnun-
quam, ut dixi, pauciores videtur habere partis: sic
etiam alias pluris, ut quom est, quemadmodum ad
tria unum et duo, sic ad sex duo et quatuor; quae
tamen quadripartita comprehenditur forma, quod bina
ad singula conferuntur. Quod in oratione quoque non-
nunquam reperietur, sic: ut Diomedes confertur
Diomedi et Diomedibus, sic dicitur ab Hercu-
les Herculi et Herculibus. 50. Et ut haec
ab uno capite, ab recto casu, in duo obliquos discedunt 173
casus: sic contra multa ab duobus capitibus recti ca-
suum confluunt in obliquom unum. Nam ut ab his
rectis, hi Baebiei, hae Baebiae, fit his Boebieis: 574
sic est ab his, hi Caelii, hae Caeliae, his Cae-
liis. Ab duobus similibus similiter declinantur, ut fit
in his, nemus, olus; nemora, olera. Alia ab
dissimilibus similiter declinantur, ut in articulis ab hic,
iste, hunc, istum.

51. Analogia fundamenta habet aut a voluntate hominum, aut a natura verborum, aut a re utraque. Voluntatem dico impositionem vocabulorum, naturam declinationem vocabulorum, quo decurritur sine doctrina.

hendunt (*repraehendunt* G.) codd. Sed pendent haec a v. *ut*, quae h. l. particula conclusionis est. Loco v. *ut* reponere *et* minus placet. Interpunctio per totam hanc periodum graviter laborans nunc restituta esse videtur. *naturam*] coni. *natura* F. om. GHa. Post haec interpunxi.

49. *videtur*] Placeret *videri*. Nam dicit Varro, sicut analogiam esse posse trium partium, si coniuncta sit: posse eam habere etiam plures quam quatuor partes. *sic: ut*] scripsi. *sicut* FHa. *sic* G. cf. §. 45. **Diomedi et**] haec addenda esse, vidit Spengelius. Caeterum etiam gravius aliquod mendum inesse, non opus est ut statuas, modo observaveris *Hercules* et *Diomedes* simul singularia et multitudinis esse.

50. *Et*] Haec a superioribus separavi. *haec*] scripsi. *hae hic* F. *hae* GH. *he* a. *ab*] scripsi. *ac* FG. *et* H. *a* a. ut videtur, sicut vg. *discedunt*] Ga. *descendunt* cett. *obliquom*] F. et a. ut videtur. *Baebiei*] scripsi. *aebiei* F. *haebrei* G. *aebici* H. *hebiei* a. Postea *bebiae* FH. *haebreae* G. *beie* a. Et deinde *bebieis* Fa. *haebreis* G. *bibicis* H. *Caelii*] G. *celii* F. *caeli* H. *coelii* a. ut videtur. *olus*] et *olera*] *holus* et *holera* a. non male. *istum*] An *istunc* scribendum?

Qui impositionem sequetur, dicet, si simile in recto casu *dolus* et *malus*, fore in obliquo *dolo* et *malo*: qui naturam sequetur, si sit simile in obliquis *Marco*, *Quinto*, fore ut sit *Marcum*, *Quintum*. Qui utrumque sequetur, dicet si sit simile, transitus ut est
575 in *servos serve*, fore ut sit item in *cervos cerve*.
Commune omnium est, ut quatuor figurae vocis habeant proportione declinatus. 52. Primum genus est
(137 ortum ab similitudine in rectis casibus, secundum ab similitudine quae est in obliquis, tertium ab similitudine quae est in transitibus de casu in casum. Primo genere ab imposito ad naturam proficiscimur, in secundo contra, in tertio ab utroque. Quocirca etiam hoc tertium potest bifariam divisum tertium et quartum dici, quod in eo vel prosus vel rosus potest dici. 53. Qui initia faciet analogiae impositiones, ab his obliquas
174 figuras declinare debebit: qui naturam, contra: qui ab utraque, reliquas declinationes ab eiusmodi transitibus. Impositio est in nostro dominatu; nos in naturae:
576 quemadmodum enim quisque volt, imponit nomen; at declinat, quemadmodum volt natura.

54. Sed quoniam duobus modis imponitur vocabulum aut re singulari aut multitudine, singulari ut *cicer*, multitudinis ut *scalae*; nec dubium est, quin ordo declinatuum, in quo res singulares declinabuntur solae, ab singulari aliquo casu proficiscatur, ut *cicer*,

51. *simile*] F. (qui solus pro *si sit* habet *ab hoc*) et GH. Quae sunt inter prius et hoc *simile*, om. a. *similis* vg. *ut est*] om. a. non recte. *servos* et *cervos*] *servus* et *cervus* codd. *figurae* GHa. *figura* F. *figuras* vg.

52. *vel prosus vel rosus*] scripsi. *vel prorsus vel rosus* (*resus* H.) GH. *ut prosus* (*prosas* F.) *ut* (*et* F.) *rosus* (*rosas* F.) Fa. *Rosus* posui, ubi rursus exspectaveris: sed s elidi poterat, ut in prosa oratio, in susum, in rusum. cf. ann. ad VIII, 49. Neque o offendit, nam ex revorsus fieri poterat rorsus, ut ex sevorsum sorsum, ex nevolo nolo. Cur autem haec forma praeter illam in usum inducta sit, ne mireris: alliterationis studium in causa fuit, cui non satisfiebat illo *rursus ac prorsus*, quo Varro alias usus esse traditur. V. Naekius in Mus. Rhenan. a. 1829. F. III. p. 386.

53. *naturae*] coni. Henr. Stephanus. *natura* codd. Ellipsis nihil habet quo offendat. Cf. V, 180. et maxime IX, 6.

ciceri, ciceris; item contra in eo ordine, qui mul-
titudinis erit solum, quin a multitudinis aliquo casu
ordiri conveniat, ut scalae, scalis, scalas: aliud
videndum est, quom duplex natura copulata, ac decli-
natuum bini fiant ordines, ut est mas, mares*, unde
tum ratio analogiae debeat ordiri, utrum ab singulari
re in multitudinem, an contra? 55. Neque enim,
si natura ab uno ad duo pervenit, idcirco non potest
amplius esse in docendo posterius, ut inde incipias, ut
quid sit prius, ostendas. Itaque et hi, qui de omni
natura disputant atque ideo vocantur Physici, tamen ex
his ab universa natura profecti, retro quae essent prin- 577
cipia mundi, ostendunt. Oratio quom ex literis constat,
tamen eam grammatici de literis † ostenderunt. 56.
Quare in demonstrando, quoniam potius proficisci opor-
tet ab eo quod apertius est, quam ab eo quod prius
est, et potius ab incorrupto principio, *quam . . . . . . ,
et potius* ab natura rerum, quam ab lubidine hominum,
et haec tria, quae sequenda magis sunt, minus sunt
in singularibus quam in multitudine: †commodius potest 175
ordiri, quod in his principiis minus orationis verbis 138)
fingendis verborum forma facilius † singularia videri
posse, quam ex singularibus multitudinis, haec osten-

54. *cicer*] cf. VIII, 48. *scalae*] IX, 63. *mas, mares**] coni. *Mars Martis* codd. quod exemplum esset alienissimum. Fortasse *maris* scripsit Varro. *debeat*] GHa. *debuit* cett.

55. *eam*] *ea* GHa. *de literis* †] Locus obscurior. Videtur aliquid excidisse, unde haec sententia effecta sit: Quanquam oratio ex literis constat, tamen grammaticis incipiendum erat a vocabulis, ut ea quibus e literis composita essent, ostenderent. *ostenderunt*] *ostendunt* GHa. Vv. *de literis (litteris* G.) *ostendunt* in codd. denuo inculcantur ante v. *oportet* §. 56.

56. *proficisci*] G. et a. ut videtur. *proficisse* H. *profecisse* F. *potius ab*] vg. *potius quam ab* codd. **quam . . . . . . , et potius*] Huiusmodi membrum cum facile excidere potuerit, vere excidisse, propter v. *tria* in sequentibus dubitari nequit. Quibus autem verbis, quae *incorrupto principio* contraria sunt, significaverit scriptor, vix divinare licebit. †*commodius . . . . facilius* †] Hanc apodosin non uno vitio laborare, intellexit etiam Koeler. Lit. crit. p. 27. Sensus fortasse an sic declarari possit: *commodius potest* hinc *ordiri* etymologos, *quod in his principiis* * *orationis verbis fingendis* idonea *verborum forma* facilius intelligitur; nam ex multitudinis *facilius* . . . Sed haec ipsa Varronis fuisse verba, nemini persuadere volui. *principiis*] vg. *principibus* codd.

dunt: **trabes trabs; duces, dux.** 57. Videmus enim, ex his verbis trabes, duces de extrema syllaba E literam exclusam, et ideo in singulari factum
578 esse trabs, dux: contra ex singularibus non tam videmus, quemadmodum facta sint ex B et S trabs et ex C et S dux. 58. Si multitudinis rectus casus forte figura corrupta erit, id quod accidit raro, prius id corrigemus quam inde ordiemur: *aut de* obliquis assumere oportebit figuras eas, quae non erunt ambiguae, sive singulares sive multitudinis, ex quibus id quoiusmodi debet esse, perspici possit. 59. Nam nonnunquam alterum ex altero videtur, ut Chrysippus scribit, quemadmodum pater ex filio et filius ex patre, neque minus in fornicibus propter sinistram dextra stat, quam propter dextram sinistra. Quapropter et ex rectis casibus obliqui, et ex obliquis recti, et ex singularibus multitudinis, et ex multitudinis singulares nonnunquam recuperari possunt. 60. Principium id potissimum sequi debemus, ut in eo fundamentum sit in natura, quod in declinationibus ibi facilior ratio. Facile est enim animadvertere, peccatum magis cadere posse in
579 impositiones eas, quae fiunt plerumque in rectis casibus singularibus, quod homines imperiti et dispersi vocabula rebus imponunt, quocunque eos libido invitavit; natura

57. *trabs*] F. *trabes* GHa. *dux*] F. *duces* GHa. Hic locus aperte indicat, tum scribi solitum esse *traps*, sicut *urps* et similia. Quanquam ipse Varro, quippe etymologicae orthographiae auctor et commendator, *trabs* scribendum esse praecepit. *Traps*, scribit Cassiodorus p. 2291. P., *ab eo quod dicitur trabis, et urps per P debet scribi, licet Varro per B scribendum putet, quod in reliquis casibus B habeant.* Hinc euphonicae l. L. leges obscuratae sunt, ex quibus S tenuis litera erat, et cum tenuibus committebatur, sicut Atticis σ aspirata erat, quae nonnisi cum aspiratis iungi posset.

58. *Si multitudinis*] coni. *similitudinis* codd. *si similitudinis* vg. **aut de**] addere necesse habui. *oportebit*] coni. *oportere* codd. *multitudinis*] vg. *multitudines* codd. sed de a. non constat. *debet*] codd. cf. ann. ad V, 140. VI, 82. *possit*] scripsi. *possint* G. *possunt* cett. codd.

59. *multitudinis*] Vertranius. *multitudines* codd. sed de a. incertum. *multitudinis*] FHa. *multitudinibus* G.

60. *est enim*] Ga. *enim est* F. *enim* H. *invitavit*] *incitavit* G.

incorrupta plerumque est suapte sponte, nisi qui eam usu inscio depravabit. 61. Quare si quis princi- 176
pium analogiae potius posuerit in naturalibus casibus, quam impositiciis, non multa in consuetudine occurrent, et a natura lubido humana corrigetur, non ab lubidine natura, quod, qui impositionem sequi voluerint, facient contra. 62. Sin ab singulari quis potius proficisci volet, id illum facere oportebit ab sexto casu, qui est proprius Latinus; nam eius cassuis literarum discriminibus facilius reliquorum varietatem discernere poterit, 580
quod ei habent exitus aut in A, ut hac terra; aut 139)
in E, ut hac lance; aut in I, ut hac levi; aut in O, ut hoc caelo; aut in U, ut hoc versu. Igitur ad demonstrandas declinationes biceps una† haec.

63. Sed quoniam, ubi analogia, tria, unum quod in rebus, alterum quod in vocibus, tertium quod in utroque, duo priora simplicia, tertium duplex: animadvertendum haec quam inter se habeant rationem. 64. Primum ea quae sunt discrimina in rebus, partim sunt, quae ad orationem non attineant, partim quae pertineant. Non pertinent, ut ea quae observant in aedificiis et signis faciendis caeterisque rebus artifices, e quis vocantur aliae harmonicae, sic item aliae nominibus aliis: sed nulla harum fit loquendo pars ad ora- 581
tionem. 65. Quae pertinent res, eae sunt quae verbis dicuntur proportione, neque a similitudine quoque vocum declinatus habent, ut Iuppiter, Maspiter; Iovi, Marti. Haec enim genere nominum et

61. *multa*] vg. *multae* codd. nisi quod de a. non constat. *lubido* et *lubidine*] G. *libido* et *libidine* cett. *contra*] vg. *contraria* codd.

62. *id*] vg. *in* codd. *proprius Latinus*] In eadem re Varrone teste utitur Diomedes I. p. 277. P. *cassuis*] scripsi. *casus his* codd. quod factum ex CASUSIS, hoc ex CASSUIS. De forma v. *cassus* v. annot. ad VIII, 11. et de patrico hoc UIS annot. ad IX, 4. *varietatem discernere*] scripsi. *varietate discernere* codd. *varietatem discere* vg. *biceps una†*] codd. Quae vv. quid significent, ignoro. Tentabam VICE PRIMA, unde BICEPS UNA fieri poterat.

65. *Maspiter*] FGa. *Marspiter* H. cf. annot. ad VIII, 49. *genere*] coni. scripsi. *genera* codd. cf. de genere vocabulorum X, 21.

numero et casibus similia sunt inter se, quod utraque
et nomina sunt, et virilia sunt, et singularia, et casu
177 nominandi et dandi. 66. Alterum genus vocale
est, in quo voces modo sunt proportione similes, non
res, ut biga, bigae, nuptia, nuptiae. Neque enim
in his res singularis subest una, quom dicitur biga,
quadriga; neque ab his vocibus quae declinata sunt
multitudinis, significant quidquam, ideo quod omnia
multitudinis, quae declinantur ab uno, ut a merula,
merulae, sunt eiusmodi ut singulari subiungantur: sic
merulae duae, catulae tres, faculae quattuor. 67.
Quare cum idem non possit subiungi, quod non dicimus
biga una, quadrigae duae, nuptiae tres, sed
582 pro eo unae bigae, binae quadrigae, trinae
nuptiae: apparet non esse biga et quadriga, et bigae
et quadrigae; sed ut est huius ordinis una, duae, tres
principium una: sic in hoc ordine altero unae, binae,
trinae, principium est unae. 68. Tertium genus
est illud duplex, quod dixi, in quo et res et voces
similiter proportione dicuntur, ut bonus, malus:
(140 boni, mali; de quorum analogia et Aristophanes et
alii scripserunt. Etenim haec denique perfecta, ut in
oratione illae duae simplices incohatae analogiae, de
quibus tamen separatim dicam, quod his quoque utimur
in loquendo.

69. Sed prius de perfecta, in qua et res et voces quadam similitudine continentur; quoius genera sunt tria, unum vernaculum ac domi natum, alterum adventitium, tertium nothum ex peregrino hic natum. Vernaculum est ut sutor et pistor; sutori et pistori. Adventitium est ut Hectores, Nestores; Hectoras, Nestoras. Tertium illud nothum ut

nominum] *nominatuum* huic loco aptius esset. *similia sunt*] codd. *similia sunt proportione. similia* vg. *utraque*] FG. *utrumque* Ha.

66. *catulae*] codd. (*catule* a.) *caculae* vg.

67. *quod non*] Scioppius. *quom* H. *cum* cett. *biga una*] scripsi. *una biga* Scioppius. *bigae unae* codd. *biga*] vg. *a biga* codd. *una, duae*] vg. *unae* (*anae* a.) *duae* codd.

68. *incohatae*] Ga. *inchoatae* cett. codd.

Achilles, et Peleus. 70. Eo genere multi 583
utuntur non modo poëtae, sed etiam plerique ac primo 178
omnis, qui soluta oratione loquontur, dicebant, ut quaestorem, praetorem, sic Hectōrem, Nestōrem. Itaque Ennius ait:

Hectoris natum de muro iactarier.

Accius haec in tragoediis largius a prisca consuetudine movere coepit, et ad formas Graecas verborum magis revocare, * a quo Valerius ait:

Accius Hectorem nolet facere, Hectora malet.

Quod adventitia pleraque habemus Graeca, secutum ut de nothis Graecanicos quoque nominatus plurimum haberemus. Itaque ut hic alia Graeca, alia Graecanica, sic analogiae. 71. E quis quae hic nothae fiunt
declinationes, de his aliae sunt priscae, ut Bacchi- 584
deis et Chrysideis: aliae iuniores, ut Chrysides et Bacchides: aliae recentes, ut Chrysidas et Bacchidas: quom his omnibus tribus utantur nostri, maxume qui sequontur media in loquendo, offendunt minimum; quod prima parum similia videntur esse Graecis unde sint tralata, tertia parum similia nostris.

69. *Peleus*] F. *pellaes* G. *Peles* Ha. Peleus nothum dici poterat vel propter accentum s. voculationem Latinam, vel propter transitum in reliquos casus.

70. *Eo*] coni. *de* codd. *ac*] coni. Henr. Stephanus. *haec* codd. *omnis*] F. *omnes* GH. *loquontur*] *loquuntur* codd. *loquebantur* coni. Henr. Stephanus. *Hectōrem*] signum productae syllabae addidi ex F. Cf. VIII, 72. *Ennius*] Andromache. Bothe P. Sc. L. V, I. p. 35. Dubitari nequit, quin Scaliger hunc versum recte coniunxerit cum duobus aliis, quos servavit Cicero Tusc. 1, 44. *de* *muro*] *de moero* Scaliger. *de Troiano muro* codd. *Troiano* ex glossematis est, quibus etiam boni codd. interdum vitiati sunt. *iactarier*] Scaliger. *iactari* codd. Varro integrum versum afferre debebat, ut statim productio literae O appareret. *Accius*] Bothe P. Sc. L. V, 1. p. 234. **a quo*] scripsi. *et a quo* codd. *a quo et* coni. Spengel. *Valerius*] Soranus, ut videtur, de quo VII, 31. An Aedituus, cuius eroticum epigramma Gellius servavit? *nominatus*] scripsi ex coni. Spengelii, Emend. Varr. p. 6. *nominatos* codd.

71. *Bacchideis et Chrysideis*] scripsi suadente Spengelio. *bachides et chrysides* (*Chrisides* a.) codd. *iuniores*] Scioppius. *minores* codd. *recentes*] Aldus. *regentes* codd. *qui sequontur*] F. *persequontur* a. *persequuntur* G. *sequuntur* H.

4 **72.** Omnis analogiae fundamentum similitudo quaedam, ut dixi, quae solet esse in rebus, in vocibus,
585 et in utroque: in qua harum parte cumque sit in ferendo† et quoiusmodi, videndum. Nam, ut dixi, neque rerum, neque vocis similitudo ad has duplicis *analogias verborum exprimendas*, quas in loquendo quaerimus, separatim satis est, quod utraque parte opus
(141 est simili. Quas ad loquendum ut perducas, accedere debet usus; alia enim ratio, qui facias vestimentum; alia, quemadmodum utare vestimento. **73.** Usuis species videntur esse tres; una consuetudinis veteris; altera consuetudinis huius; tertia neutra. Vetera, ut
179 c a s c u s, c a s c i, s u r u s, s u r i. Huius consuetudinis, ut a l b u s, c a l d u s; a l b o, c a l d o. Neutra, ut scala, scalam; falera, faleram. Ad quas accedere potest quarta mixta, ut a m i c i t i a, i n i m i c i t i a; a m i-
586 c i t i a m, i n i m i c i t i a m. Prima est, qua usi antiqui, et nos reliquimus: secunda, qua nunc utimur: tertia, qua utuntur poëtae.

74. Analogiae non item ea definienda quae dirigitur ad naturam verborum, atque illa quae ad usum loquendi. Nam quae prior, definienda sic: Analogia est verborum similium declinatio similis. Posterior sic: Analogia est verborum similium declinatio similis, non repugnante consuetudine communi. Ad quam harum duarum ad extremum additum erit hoc: ex quadam parte: poëtica analogia erit definita. Harum primam

72. *cumque sit in ferendo†*] codd. Haec corrupta habeo; nam etiam *quacunque* huius loci non est. Scioppii coniectura: *sit inserenda*, nil proficimus. **analogias verborum exprimendas**] haec transtuli ex inferiori loco post vv. *ex simili*, quo loco in codd. leguntur omni nexu destituta. *quas*] scripsi. *quae* codd. *qui*] G. *qua* cett.

73. *Usuis species*] emendavit Spengel. Emend. Varr. p. 10. *usui species* (*spes* H.) codd. *surus, suri*] coni. Scaliger. *furus, furi* codd. Surus antique pro fuste, ut Festus ex Ennio p. 45. 140. 235. Lindemann. *Neutra*] vg. *neutrae* codd. *falera*] intellige phaleras, quae singulari non dicuntur. *amicitia*] Cf. C. Caesar de anal. apud Gellium XIX, 8. et Nonius p. 129. M. in capite de honestis et nove dictis s. v. Inimicitia numero singulari.

74. *Analogiae*] codd. *analogia* vg. Multitudinis πρὸς τὸ νοούμενον usurpatur.

sequi debet populus, secundam omnes singuli e populo,
tertiam poëtae. 75. Haec diligentius quam apertius
dicta esse arbitror, sed non obscurius, quam de re
simili definitiones grammaticorum sunt, ut Aristeae, 587
Aristodemi, Aristocli, item aliorum, quorum obscuri-
tates eo minus reprehendendae, quod pleraeque definitio-
nes re incognita propter summam brevitatem non facile
perspiciuntur, nisi articulatim sint explicatae. 76.
Quare magis apparebit, si erit apertum de singulis
partibus: quid dicatur verbum, quid similitudo verbi,
quid declinatio, quid similitudo declinationis non repu-
gnante consuetudine communi, quid ex quadam parte.
77. Verbum dico orationis vocalis partem, quae sit
indivisa et minima, si declinationem naturalem habeat.
Simile est verbum verbo tum, quom et re quam signi- 180
ficat, et voce qua significat, et in figura transitus de-
clinationis parile. Declinatio est, quom ex verbo in
verbum, aut ex verbi discrimine, ut transeat mens, 583
vocis commutatio fit aliqua. Similitudo declinationis, 142
quom item ex aliqua figura in figuram transit, ut id
transit cum quo confertur. 78. Adiectum est:
non repugnante consuetudine communi; quod quaedam
verba contra usum veterem inclinata patietur, ut passa
Hortensium dicere pro hae cervices, cervix; quae-
dam non, ut si dicas pro fauces, faux. Ubi addi-
tur, ex quadam parte, significat non esse in consuetu-
dine in his verbis omnis partis, ut declinatum amo,
iuvo; amor, iuvor.

79. Quid videretur analogia in oratione, et quas 5

75. *Aristocli*] De hoc dictum X, 10. Reliqui duo Aristarchii grammatici esse videntur. *sint*] GHa. *sunt* F. *explicatae*] Scioppius. *explicata* codd.

76. *apertum*] coni. *aperte* codd. Aperire de aliqua re hoc sensu recte dicitur.

77. *Simile est*] posui suadente Spengelio. *similem* codd. *re*] coni. scripsi. *res* codd. *voce*] scripsi. *vocem* codd. *et*] vg. *est* codd. *transitus*] a. *transitum* F. *transitu* G. *transitii* H.

78. *veterem*] *veterum* a. *Hortensium*] cf. VIII, 14. *hae*] coni. Henr. Stephanus. *hac si* codd. *has* vg. *omnis partis*] Ga. *omnes partes* FH. *iuvo*] et *iuvor*] *vivo* et *vivor* GHa.

haberet species, et quae de his sequenda videretur, ut brevi potui, informavi; nunc in quibus non debeat esse, ac proinde ac debeat soleat quaeri, dicam. Ea fere sunt quatuor genera: primum in id genus verbis
589 quae non declinantur, analogia non debet quaeri, ut
in his nequam, mox, vix. **80.** De his magis in alio quam in alio erratur verbo; dant enim non habere casus mox et vix; nequam habere, quod dicamus hic nequam et huius nequam et huic nequam: cum enim dicimus hic nequam et huius nequam, tum hominis eius, quem volumus ostendere esse nequam, dicimus casus, et ei praeponimus tum hic nomen, quoius putamus nequitiam. **81.** Quod vocabulum factum ut ex non et volo nolo; sic ex ne et quidquam, item media extrita syllaba, coactum est nequam. Itaque
590 ut eum quem putamus esse non hili, dicimus nihili:
181 sic in quo putamus esse nec quidquam, dicimus nequam. **82.** Secundo, si unum solum habent casum in voce, quod non declinentur, ut literae omnes. Tertio, si singularis est vocabuli series, neque habet cum qua comparari possit, ut esse putant caput, capiti, capitis, capite. Quartum, si ea vocabula quattuor, quae conferuntur inter se, rationem non* habent quam oportet, ut socer, socrus; soceros, socrus.

6 **83.** Contra in quibus debeat quaeri analogia, fere totidem gradus debent esse coniuncti. Primum, ut sint res: secundum, ut earum sit usus: tertium, uti hae res vocabula habeant: quartum, ut habeant decli-

80. *dant*] codd. *dicunt* vg. *praeponimus*] GH. *proponimus* Fa. *nomen*] Scioppius. *non* codd.

81. *Ut ex non et volo*] Hunc Varronis locum sic reddit Gellius VII, 11. *Ut ex non et ex volo*, inquit, *nolo fit*, *sic ex ne et ex quidquam*, *media syllaba extrita*, *compositum est nequam*. *nec quidquam*] scripsi. *nec quicquam* G. *nequidquam* cett.

82. *quattuor*] a. *quatuor* GH. om. F. *non**] coni. addidi. *soceros*, *socrus*] scripsi. *soceros socrum* (*socerum* a.) codd., nisi quod de G. id non notatum est. *socerum socrum* vg.

83. *res*] vg. *tres* codd. Cf. IX, 37.

natus naturalis. De primo gradu, quod natura subest et multitudinis et singularis, dicimus hi asses, hosce asses; hic as, hunc assem: contra quod in numeris finitis multitudinis natura singularis non est, dicitur hi duo et hi tres; his duobus et his tribus. 591
84. Secundo gradu si est natura, neque est usus, id genus ut sit discriminandum, ut fit in faba et id genus, quae item et ex parte et universa nominamus; non enim opus fuit ut in servis . . . .

84. *fit*] G. *sit* cett. *faba*] cf. VIII, 48. IX, 38. Omnino, quae cibo, vestitui, aedificatui erant, eorum multa Romani singularia efferre solebant.

M. TERENTI VARRONIS

EX LIBRIS

DE LINGUA LATINA

FRAGMENTA.

LIBER I.

*

392 1. Sequente G vel C pro ea G scribunt Graeci; et quidam tamen vetustissimi auctores Romanorum euphoniae causa bene hoc facientes, ut Agchises, agceps, aggulus, aggens, quod ostendit VARRO in primo de origine linguae Latinae his verbis:

Ut Ion scribit, quinta vicesima et littera quam agma vocant, cuius forma nulla, et vox communis est Graecis et Latinis, ut his verbis: aggulus, aggens, agguilla, iggerunt. In huiuscemodi Graeci et Accius noster bina gg scribunt, alii n et g, quod in hoc veritatem videre facile non est.
PRISCIANUS tom. I, pag. 37. Kr. p. 556. P.

*

1. *pro ea*] i. e. litera N. *In huiuscemodi*] Haec prioribus continuanda, et Varronis verbis accensenda fuerunt. *Accius noster*] Accium hunc eundem habeo, ad quem Varro alios de grammaticis rebus libros scripsit. Sic Pompeius in Comm. Artis Donati p. 9. Lindem. *Varro dicit in libris, quos ad Actium* (Atticum voluerat Ruhnkenius: at huic libros de V. P. R. perscripsit Varro; et recte illi obloquitur Schneider. in Varronis Vita p. 239.) *scripsit, sedecim fuisse* (apud Romanos literas) etc. Cf. p. 27.

LIBER III. 593

*

2. **Leaena.** Hoc nomen licet veteres Latinum negent, auctoritate tamen valet. Dicebant enim leonem masculum et feminam, ut Plautus in Vidularia: *Nam audivi feminam ego leonem semel parire.* Cicero de Gloria libro II sic ait: *Statuerunt aeream leaenam.* Leam vero VARRO ad Ciceronem libro tertio: *Sicut nocet panthera et lea.* PHILARGYRIUS ad Virgilii Ecl. II, 63.

*

3. **Figor** ambigue declinatur apud veteres tempore perfecto; reperimus enim **fictus** et **fixus.** Scaurus de vita sua: *Sagittis,* inquit, *confictus.* VARRO ad Ciceronem tertio *fixum.* DIOMEDES p. 373. P.

*

4. [**Deus** a δέος] VARRO ad Ciceronem tertio: *Ita respondeant cur dicant deos, cum omnes* antiqui dixerint divos.* SERVIUS ad Virgilii Aen. XII, 139.

EX LIBRIS A QUINTO AD DECIMUM USQUE quae fragmenta a scriptoribus servata sunt, iis in Argumentis supra dispositis locum suum assignare conati sumus.

LIBER XI. 594

*

5. **Rure** Terentius in Eunucho: *Ex meo propinquo rure hoc capio commodi.* Itaque et VARRO ad Ciceronem vigesimo secundo *Rure veni*, quem Plinius

4. *omnes**] *omnibus* codex. Cum hoc loco comparandus est alter apud Servium ad Virgilii Aen. V, 45. *Sed Varro et Atteius contra sentiunt, dicentes divos perpetuos, deos qui propter sui consecrationem timentur, ut sunt dii manes.* Atteii nomen non plane certum est.

ad eundem undecimo *rure ordinatum arbustum* dixisse
595 laudat. CHARISIUS pag. 115. P.

*

6. *Poëmatorum* et in secundo et in tertio idem VARRO assidue dicit et *poëmatis*, tanquam nominativo hoc poëmatum sit, non hoc poëma; nam et ad Ciceronem undecimo: *Horum poëmatorum et his poëmatis*, oportere dici ait. CHARISIUS pag. 114.

*

7. Catinus masculino genere dicitur ut Maecenas in X.: *Iugeribus fumans calido cum farre catinus*, et hinc diminutive catillus fit, ut Asinius contra maledicta Antonii: *Volitantque urbe tota catilli.* Sed VARRO ad Ciceronem undecimo *catinuli* dixit, non catilli. CHARISIUS pag. 60 seq.

*

8. Git. VARRO ad Ciceronem undecimo, per omnes casus id nomen ire debere commeminit, vulgo autem hoc gicti dicunt; ita ut et Plinius sermonis dubii libro sexto. CHARISIUS pag. 106.

*

LIBER XIII.

*

9. Osso. VARRO ad Ciceronem decimo tertio: *Olivo et osso putat*, inquit, *fieri.* Plinius sermonis dubii libro sexto. CHARISIUS pag. 112.

*

10. Palpetras per T VARRO ad Ciceronem decimo tertio dixit, sed Fabianus de animalibus primo palpebras per B. Alii dicunt palpetras genas, palpebras autem ipsos pilos. CHARISIUS pag. 81.

*

6. *et in secundo et in tertio*] librorum de poëmatis, ut videtur.

7. *undecimo*] II apud Putschium legitur, ut sequenti loco, sed perperam.

LIBER XVIII.

*

11. Indiscriminatim, indifferenter. VARRO 596
de Lingua Latina libro decimo octavo:

Quibus nos in hoc libro proinde, ut nihil intersit, utemur indiscriminatim, promisce.

NONIUS pag. 127, 21 Merc.

*

LIBER XXII.

*

V. supra fragm. ex libro XI.

*

LIBER XXIII.

*

12. Ingluviem. VARRO ad Ciceronem in libro vicesimo tertio:

Ingluvies, inquit, *sunt tori circa gulam, qui propter pinguedinem fiunt atque interiectas habent rugas.*

PHILARGYRIUS ad Georg. III, 431.

*

LIBER XXIV.

*

13. M. VARRO in libro de Lingua Latina ad Ciceronem quarto et vicesimo, expeditissime ita finit:

Proloquium est sententia in qua nihil desideratur.

GELLIUS libro XVI, 8.

*

14. Excipiuntur haurio, hausi; invenitur tamen etiam haurivi vel haurii. VARRO in vicesimo quarto ad Ciceronem:

Quum indidem haurierint.

11. *libro decimo octavo*] Editiones veteres legunt: *Varro in lingua latina lib. III.* Monuit Spengelius.

PRISCIANUS tom. I, pag. 509. Kr. pag. 905. P.

*

597 INCERTI LIBRI.

*

15. Nonnulli proprie calamos lupinorum alas dici putant ut Aelius: *Alae ex lupino, surculi sine foliis.* Cato in originibus: *Alae ex lupino lugium* † . . . . tamen VARRO de Lingua Latina alam culmum fabae dicere. SERVIUS ad Georg. I, 75.

*

16. In summa vero constructionis eius quam similem navis carinae diximus, caput collocavit, in quo esset regimen totius animantis, datumque illi hoc nomen est, ut quidem VARRO ad Ciceronem scribit, quod hinc capiant initium sensus ac nervi. LACTANTIUS de opificio Dei tom. II, pag. 84 Dufr. c. 5. pag. 237. Bip.

*

17. Senior. Secundum VARRONEM senior et iuvenior comparativi sunt per imminutionem. Hinc est (VI, 304.): *Iam senior: sed cruda deo viridisque senectus:* additum enim hoc est ad exprimendum, quid sit senior. Item Ovidius (Met. XII, 464.): *Inter iuvenemque senemque.* Et re vera non convenit hunc satis senem accipi, qui et vincere potest et uno ictu taurum necare. Ergo senior non satis senex; sicut iuvenior non satis iuvenis, intra iuvenem; sicut pauperior intra pauperem. Dicit autem hoc VARRO in libris ad Ciceronem. SERVIUS ad Aen. V, 409.

*

18. Solent in verbis etiam peritiores errare, incerti utrum cum R an sine R debeant proferri. Quirito. Livius in octavo *quiritat.* VARRO ad Cicero-

15. *dicere*] *dicit* Burmannus.

17. *iuvenior*] *iunior* alii, utroque loco. Rem hic expositam a Varrone tractatam confirmat etiam Plinius apud Servium ad Aen. VI, 304.

nem: *De Fenestella quiritatur.* Est autem quiritare Quirites ciere. DIOMEDES pag. 377. P.

*

19. Gausapa Ovidius (Art. II, 300.) neutraliter dixit: *Gausapa si sumpsit, gausapa sumpta proba;* et Cassius Severus ad Maecenatem: *Gausapo purpureo* 598
salutatus. Sed Augustus in testamento: *Gausapes lodices purpureas et coloreas meas.* VARRO autem de Lingua Latina ait, vocabula ex Graeco sumpta, si suum genus non retineant, ex masculino in foemininum latine transire et A litera terminari, veluti ὁ κοχλίας haec cochlea, ὁ ἕρμας haec herma, ὁ χάρτης haec charta: ergo ὁ γαυσάπης haec gausapa, cui generi elegantiores addiderunt per necessitatem ut dicerent tunicam gausapam, quod quomodo diceretur merito non constitit, quia usus eius apud veteres non fuit. Et M. Messala de Antonii statuis: *Armenii regis spolia gausape.* CHARISIUS pag. 80.

Haec eadem in brevius contracta leguntur apud PRISCIANUM libro VII, pag. 328. Kr. pag. 759. P.:

VARRO vero de Lingua Latina ait, talia ex Graeco sumpta ex masculino in foemininum transire et aliter ea finiri, ὁ κοχλίας haec cochlea, ὁ χάρτης haec charta, ὁ γαυσάπης haec gausapa.

Multo maior numerus est fragmentorum, quae ex Varronis grammaticis scriptis, sed non laudata libri inscriptione adducuntur, ut incertum sit, ex hisne deprompta sint de Lingua Latina libris, an ex libris *de sermone Latino ad Marcellum*, an *de utilitate sermonis*, atque *de similitudine verborum* libris, an ex *Aetiis*, an ex libris *ad Attium* (de quibus dictum ad fragm. 1.), denique ex aliis quibusvis eius scriptis; nam etymologiae ars totum Varronem sibi mancipaverat, atque omnem eius doctrinam sapore suo imbuerat. Fragmentum de faeneratore apud Gellium XVI, 12., quod ex tertio librorum de Sermone Latino est, in Coll. Fragm. Varron. ed. Durdrecht. perperam infertur fragmentis de Lingua Latina. Locum de pice singulariter dicta a Charisio p. 71. ex secundo de similitudine libro desumptum Spengelius nono de L. L. sive secundo de analogia libro attribuit, in quo locum commodum huic non reperio. Et quod in alio scriptore ratio iuberet, ut librorum numerum coërcere inscriptionumque varietatem minuere studeremus: id in Varrone, qui CCCCLXXXX libris scriptis sibi non satisfecerat, et supervacaneum est et improbabile.

SUPPLEMENTUM

VARIANTIS SCRIPTURAE E CODICE GOTHANO EXCERPTAE.

V. **§. 2.** v. 2. *in qua re* om. prima manus, addit secunda. 4. *pertendo* pr. m. *pertendendo* sec. *positum* pr. m. *impositum* sec. 9. 10. *περὶ σημαινομένων* om. pr. m. addit sec.

3, 4. *est posita* 5. *litteris* 7. *aliud nunc ostendunt* addit m. sec.

4, 2. *ut* ex *aut* fecit m. sec.

5, 1. *pauca*[2] *non*[1] numeros addidit m. sec. 3. *Tercium* 5. *mutij* 8. *mediocres*

6, 1. *Quorum* pr. m. *quoniam* sec. m. 3. 6. *litterarum* 8. *tractationem* m. pr. *arctationem* m. sec. 9. *productionem* 10. *qui quoiusmodi* m. pr. *qui* delevit m. sec. ad *modo putavi* adiicit m. sec. *non* in marg.

7, 2. Ad *Infimus* m. sec. *primus* in marg. 3. *etiam* om. *aeretofodinae* m. pr. *aerifodinae* m. sec. *viocurus* pr. m. *viocurrus* sec. m. 6. 7. 8. *hic* m. pr. *hinc* m. sec. 7. *pacui* m. pr. *pacuvius* m. sec. *rudentisibilus* m. sec. in marg. *in cervice ruicum* m. pr. (et similiter ceteri boni codd.). *incurvicervicum* m. sec. in marg. 8. *chalamyde*

8, 7. *fecit* m. pr. *facit* m. sec.

9, 2. *non secundum*[2] *praeteribo*[1], numeris, ut videtur, sec. m. additis. 3. *Nolui* m. sec. 4. *more* 5. *qr*, cum *a* supra posito, *q* lineola transversa notatum, m. pr. *quaerere* m. sec. in marg. 6. *negligere* 8. *libro* m. pr. *Livio* m. sec. in marg.

10, 1. *quom in* m. pr. *quoniam* m. sec. 2. *tripartita verba quae sunt* om. m. pr. sed addit m. sec. 4. *partem* *quo* m. pr. *quom* m. sec. 5. *ita* m. pr. *ut* m. sec. *opinior* 6. 7. *et quae in his sunt; in secundo de temporum* om. m. pr. sed addit m. sec. in marg. 7. *tercio*

11, 4. *stastus* 6. *Quadripartiton sic magis apparebat* 7. 8. *tempus hora qua currit* om.

13, 1. *quatuor* 3. *sumatim* 4. *cognitio* 8. *agrosium*

14, 3. *collocatum* 5. *illocabilem* 7. *Enium* 8. *funum* *civivium*

15, 3. *praecium inlocarium*

16, 2. *duo Tertia caelum deinde* 4. 5. *sic caelum dicitur modis duobus* om. 6. *in quo etiam syra*

17, 8. *Lucertius* *unum*

18, 1. *scribit* om. *Elus* 5. *de caelando ab eo potuit dici* 5. 6. *quam quod noctu non celatur* om.

19, 5. 6. *noctique* 9. *vationem*

20, 1. *acaveo* 9. *cavium*

21, 1. *Elius* 2. 4. 6. *territur* 5. *limterum* 6. *quod quom fr.* 7. *hin* 8. *hae* *item maxume* (maxume, ponendum erat) 10. *actium* 12. *venit in palatium* *archas*

22, 2. *quidem ea* 2. 3. 4. *territur* 3. *ambitus iter quod* 5. *eo quidem XII* 7. 8. *sola a re*

23, 3. *pinsabant* 4. *ideo his* 5. *sit* om. (sicut Hac., et praestat omittere h. v.) 8. *homo* 10. 11. *humilimus* 11. *mondo*

24, 4. *humida*

25, 1. *summi* 2. *Eolis* 7. *puticuli* 8. *nisi forte ut. Elius* 10. *Affranius* 11. 12. *perpetuos*

26, 2. *paulum* 4. pro v. *στεγνόν* lacuna *rotundas*

27, 3. *ut* om. 4. *introest* *stilicidium*

28, 1. *ambitus* 2. 3. *Amiterni* 4. 5. *causam ex ambitu* 5. *tyberis*, ut 29, 1. 7. *amnis* 9. *tyberim*

29, 1. *extra latium si extra inde* 2. *exfluit influit in linguam* loco v. *ἐτυμολόγον* lac. 3. *latinam* *Samino* 6. *tyberinus* 6. 7. *nostrum et colonia .... Tiberinus* om.

30, 1. *tyberis* 4. *appellatam primo thebrim* (hoc v. primo, quod Venetae, Aldina aliique libri editi omittunt, sed Spengelius non consulto omisisse videtur, si etiam in FHabc. est, quod nunc veri simile existimo, Varroni reddendum erit.) *tyberim* 5. *litteris* 6. *tyberinum*

31, 1. *terram* 6. *phaenice* 8. *fecit* om.

32, 2. 3. *traslatio* 4. *apulia* 5. *utrunque* 6. *universius* 7. *cognominatis* *Preneste prenestinus* 8. *Aritia Aritianus*

33, 4. *a* 5. *paccatus* 8. *a* om. 10. *a* 12. *ager* om.

34, 1. *qui agebant* 3. loco v. ἀγρόν lac. 3. 4. *Si qua agitus eius finis* 5. 6. *et quadrupes* 6. 7. *in quadratum .... CXX* om. 7. 8. *duodecim cursjs*

35, 3. *retunuit* 5. 6. *quod fructus convehebant* 7. *qua quid*

36, 5. *colendo* om. 6. *per* 8. loco v. νομάς lac.

37, 3. *fundit fundit quot quot annis* 5. *atque vitidemia* 6. *a* *id est* om. 7. *non* om.

38, 4. *quem* om. 5. *ipsa* 5. 6. *ager est*

39, 3. *novallis* *ager* om. 4. *sulcos*

40, 4. *divit*

41, 2. *urbis* 3. *e quibus* *capitolinum* 4. *fondamenta* 6. *vestali* 7. *a*

42, 4. *opidum* *in hac* 8. *eaedem* 9. *pistici*

43, 1. 2. *Nevius* 2. *tyberi ferunt* 5. *dyanae* 10. *ascendebant*

45, 2. *saocaria* *urbi* 5. *scripta est* 6. *Esquilina.*

46, 1. *regiones* 4. *obitum* 5. *minuta* 6. *in planum dicuntur* 7. *ideo* om. 8. *celianis* *quia* 9. *traductus* *celiolum*

47, 7. *iuncti*

48, 2. 3. *suburra* 4. *urbe, qui* 6. *ego a* om. 7. *succussam.* 8. *littera* *succussanus*

49, 1. *regiones* 2. *ab eo* om. 3. *escultae* 7. *augusti* *nom* 8. *autaricaa* cum lineola erecta supra c.

50, 1. *Esquiliae* 4. *argiorum* *sic est* 6. *merum* 7. 8. *Oppius mons terticeps .... est* om. 10. *figlinis* 11. *poetilium* 13. *Iononis* 14. *editumus*, ut 52, 8.

51, 3. *umimino* 4. *colles* 5. 6. *quirribus venerunt* 6. *a roma* *habuerunt*

52, 5. *adversum* 10. *sexticep^e s* 11. *summum* 14. *eius* om.

53, 1. *quare* 3. *arcatino* 3. 4. *consedunt* 4. *putaverunt* 6. *Nevius* *appellant*

54, 2. *vellias* 6. *vellienses* *vellia* 9. *hyberna thyberis eo* 10. *Villae* 12. *ex quibus* *lananam* 13. *vellae in aera dicuntur*

55. 1. *partiis* 2. *Taciensium* 3. *Tacienses a Tacio*

56, 1. *ab* 2. *quarum partes* 3. *suburrana esquilina* 4. *romila* *reliqua* 5. *ad his*

57, 1. *his* 3. *quoad* 4. *terram* 5. *sera* 6. *latino*

58, 2. *samotrachum* 4. *speties* 4. 5. *dei imagini scilicet ut* 5. *hi* 5. 8. *samotraces* 6. *polux* pro *θεοὶ δυνατοὶ* lac.

59, 2. *terram* 7. *divitus* 9. *citus* 10. *animam* 10. *hinc* 11. *et immortales* 12. *epicharmis*

60, 3. *homori ariditate* 8. *discessus* om. 9. *cum*

61, 3. *cui* *hyms̄* 5. *nascenda* 7. *igitur duplex ea in nuptiis* 8. *hic*, post quam vocem lac. est 9. *foemina*

63, 2. *de spumis*

64, 1. *a* 6. *gentis*

65, 1. 3. 6. *Iupiter* 2. *ait* om. 5. *atque ex et ex imbre* 7. *mortales* *beluasque omnis* 9. *divum* omisso *que* 10. *cum est conceptum*

66, 2. *hujus nomen* 4. *dicti* om. *unde* *divum* 7. *Elius* 8. *dicebant*

67, 2. *terra* (repetitum ex prioribus) *tellus* 4. *nomina*

68, 7. *divina* 9. *sub terris* (repetitum ex prioribus) *Proserpina* 12. *qui scribit* 13. *proserpes*

69, 1. 2. *luna* 2. *phisici* 3. *quod vel ab* 4. *luce* 7. *quod quo menses*

71, 2. *per* 4. 5. *tyberinus a tyberi* 5. *ab* om. *et a lymphae*

72, 4. *Salatia* 6. *vendo*

73, 3. *ab* om. *viriuſ a* 7. *honus est honos* 9. *litteris*

74, 5. *mollent*, sed in marg. *olent.* *tatij* 7. *et Volcano* 9. *vortunno* 11. *natae sunt in* 13. *dictus esse* *et* post *dianae* om.

75, 1. *immortalis* 2. *mortales* 3. *quod mare in aere* 4. *fimam* 6. *dein geratim* *pleraque* 7. *irrundo*

76, 2. *lusciola* 5. *ellatam* 7. *volitet* 10. *fiunt*

77, 5. *vreon* 7. *colloribus* 9. *conchiliis* 10. *echinnus*

78, 1. *terra* 2. *exeunt* 3. *crocodillus* 4. 5. *in terra et aqua vivere possunt* 5. *anfibiaea*

79, 3. *algedo* *alition*, a sec. m. *alcion* 4. *loligo* 6. *quadrupedes* 7. *subcidere* 8. *ab extrama*

80, 2. *pocore* *febris* 4. *ut Accius*

81, 5. *conquirerent* 10. *in* (repetitum ex pr.) *crustum erina*

83, 2. *Scevola Q.* 2. 3. *dicebatur* 5. *tyberim*

84, 2. *vellato* 3. *hebant fillo* 8. *furrida* (v. Addenda) *feriae furinales*

85, 4. *sunt* om. 8. *ab Titiis avibus* om.

86, 6. *et nunc*

87, 3. *oppressi hostis*

88, 2. *ut* om. 4. *cohorsque* 6. *enim Graece*

89, 2. 3. *taciensium* 7. *triari* 8. *subsedebant*

90, 1. *cum* 4. *legio* 6. *cum* 6. 7. *diminuerent hostis*

91, 1. *turma turmae in v abiit* 6. *ambitionem*

93, 4. *proximo*

94, 1. *a* 2. 3. *nomendator* 5. *pluraque*

95, 2. *pascebant* 9. *peculiatum*

96, 5. *a* 8. *littera* *extracta*, ut videtur. 9. *italos*, cum lacuna post hanc vocem. 9. 10. *vegeticulus*, omisso *vegeti*

97, 2. *omni corpae* *Hircus* 3. *foedus* 4. *A* om. *haedus* 5. *a pruno*

98, 6. *his* 7. 8. *verbex*

99, 4. *ovilloque* 5. *hinc*

100, 3. *recte* 4. 7. *tygris* 6. *armena* 9. *latinum* 9. 10. *alexandrè a camelo pardalis*

101, 3. *quandam* 5. *leporim* 8. *Elius*

102, 2. *ut* om. 3. *id est a vi* 4. *exerurit*, super *er* suprascripto *a* 5. *eoles* *μάλον* 6. *cum* 7. *purgetur* 8. *a*

103, 2. *ocinum* 4. *lapatium* 6. *commotata* 7. *malachem* 8. *a* *malba*

104, 1. *lacte* 2. *Blassica* 3. *scapho* *praesitantur* 4. *scaphi* 5. 6. *curu ͤore* 7. *feruendo* 7. 8. *res haeç* omisso *et* 9. *frumenta* 11. *molla* 12. *uvae ab humore, aliter ab uvere*

105, 4. *apolodorus* 5. *cum* *fervente* 6. *mulieris* 10. *granum* om.

106, 3. loco v. *μελίνη* lac. 4. *liberetur*

107, 2. *simixulas* 6. *trion*

108, 4. *Dein* 7. 8. *ollera* 9. *ruape* 10. *elaea*] *oleo*

109, 1. *carneș* 2. *primum* 4. *id* om. *igne* 5. *quod* om. 6. *succus adest* *destilat* 8. *succi* *e eliquore* 10. *suci* om.

110, 5. *Insitia* 7. *murcta*

111, 4. *non* om. Lacuna post vv. *puto appellasse* 7. *ex istis* 8. *hilo* post *dicta* repetitum 9. *dispendij* 10. *seminet* 13. *illa*

112, 4. 5. *constituta* 5. *quoḍ id* 6. *graece graeci sigilatim*

113, 1. *ut polibius ut calimachus* 2. *maritimae* 3. *quod* om. 4. *eo stat eo in tela* 5. *subtegmen* 7. *fillum*

114, 2. *volendo*

115, 3. *partis* 3. *acumen* 4. *astans* om. 5. *traiiciendo* 6. *fit* 7. *umbonis*

116, 1. *G in C* *fit* om. 2. 3. *pilum quod* 3. *perillum* 4. *subccidiȧ* 5. *annulis*

117, 1. *nunc* om. 5. *litterae* 6. 7. *cornuum cervi; item reliqua fere ab similitudine* om. 7. *vinae tustudo*

118, 6. *trudae* 11. *nisi* om. 12. *tulla*

119, 2. *qui* om. 3. *dictus* post *aqualis* om. 5. *quod*

120, 1. *immensa* 2. *uirulenti* 3. *nominaverunt* 4. *aut* post *autem* deest. 5. *a* ante *magn*. om. 6. *dixerunt*

121, 4. *ansate* 5. *praehendi possint*

122, 1. 2. *patherae* 4. *gratia, cum*

123, 1. *a qua* 4. *a* *quod sinus maiorem cautionem*

124, 1. *quod vinum* 2. *appellaverunt* 3. *nominaverunt* 4. 5. *epichisis et cyatus*

125, 2. *columbella* 3. *apud compl.* 4. 5. *cartibum unde* om.

126, 2. *urnas* om. 4. *balneum* *solebant* 5. *dictae* om.

127, 2. *rursum* 5. *cacabum*

128, 1. *a* 3. 4. *subselium* 4. *sella erat* 5. *biselium*

129, 2. *Ornatus dictus quasi* *ab* om. 3. *decebat* 4. *calefactum* 6. *quod* In extr. §. locus: *Speculum* et seqq. ponitur ante *Pecten* cum seqq.

130, 1. *vel ab* *velus* 2. *dictum* om. 4. *ab* ante *rarit*. (quod recipiendum.) 7. *a* 8. *foeminae* *vellant*

131, 2. *capiat pectus idē* 5. *suparus* *hosce* 6. *pala* 9. *calculum*

132, 3. *circumlectui*

133, 2. 3. *brevitatem* 3. *clamides* 4. *Lena*

134, 2. *a* 5. *ruitum*

135, 6. 7. *burra* 8. *opilatur* 8. 9. *jumenta*

136, 3. *erruant* 5. *foeni secta* 7. *erruunt*

137, 2. *littera* 4. *foenariae* 5. 6. et 9. *sirpitulae* 6. *dumeta* 7. *in* om. sicut *b*. fort. recte. v. VI, 53. 8. *lumeta* 9. *vocatae* om. *a* 10. *cum* 11. *inscissos* 12. *phanclas*, suprascripto *funclas* ut videtur.

138, 1. *ubi fit id dictum* 6. *Vilum* 8. *quod*

139, 5. *dicunt*

140, 3. *dictum, ut aliis est arcera*] *dictum est aliisve etiam dictum ab his vel arcera.* De origine huius scripturae v. Praef. 5. *ut arcar*

141, 6. *essent* 6. *quid ex agerabant* 7. *continerent moverum*, *quo moveniendi* (quod annotationi adiiciendum) 8. *manusque saepiebant*

142, 2. *in galeis habere* 4. *haeç proiiciunt*

143, 2. *nictis* *aratrom* 7. *pomerium* 10. *circumdata* 12. *urbes*

144, 6. *a*

146, 2. *addictum*, omissis *ab eo cognomen* 3. *bovarium* 3. *anquum* 5. *hostia* 6. 7. *tyberim*

147, 5. *fuerit domus*, *cui* *fuerit* 6. *fuerit dirupta et qua* 7. *vocatur*

148, 3. *prodit* 4. *dihisse* 5. *s. et c* *auruspices* 8. *virum fortem* *et ea conc.* 10. *coiisse*

149, 4. 5. *impressione* 5. *Curtius* 6. *cloachae*

150, 1. *Luctatius* 2. *s. et c* 3. *idque*

151, 3. *prohibetur* 5. *aditum* 6. 7. *latimiae et de lautimia*

152, 1. *laurentum* 2. *a* 3. *a* 4. *intra* *aeditum* 5. *abcise* 6. *esculentum* *escula* 7. *unde et iobis* *quod sacellum ibi*

153, 1. *lociusm* (?) 4. *dicunt* 6. *noster et ecce* 7. *emittuntur* 8. *Nevius* 10. *misit signum* 13. *currus*

154, 1. *Intimus* 4. *monet* *quod ibi est sacellum* 5. *murtetae* 7. *quod* om. 7. 8. *thaurijs*

155, 1. *comiciis* 10. *aperte*

156, 2. *Stasi graeco* 3. *opima* 8. *ganum*

157, 1. *Equimelium* 7. *aiunt inesse* 8. *nūmae* 9. *Argeletum* 12. *terrae sit*

158, 1. *Clivus* 1. 2. *aedibus* 4. *viris*

159, 2. *ab Africa* 5. *Sabini* 8. *ut mulio*

160, 5. *edditu* *abibant* 7. 8. *inde dicamus aedicamus*

161, 9. *postquam* 10. *similare*

162, 1. 2. *uniuscuiusque* 2. *discepta* 3. *celam* 4. *poenus* 6. *caetero* 10. *hirberna* 11. *domum*

163, 1. *portius* 2. *tutillinae* 3. *nevia* 4. *ea enim loca* 7. *ara lavernaelis*

164, 2. *mutionis* 4. *a*

165, 2. *a.* 2. 3. *iam signum* 4. *cum* 7. *et bello carthaginensi*

166, 4. *terras* 5. *λίκτρον* om. 7. *segestria* 8. *si* om. 8. 9. lac. post v. *Graecis* 9. *ut* *fitur* 10. *φέρετρον* om.

167, 2. *tormentum* 3. *celebant* 4. *quicquid* 4. *a* 5. *pluvinar* 6. *operiebantur* 7. *palia* 8. 9. *amphimalum*

168, 3. *in* om. 4. 5. *περιστρώματα* et *περιπετάσματα* om. 5. *et sic convivii*

169, 6. *a sing. num.* *a*

170, 4. *tricensis* 5. *quod* 6. post *nam* v. *caeteri* additur.

171, 7. *septuns* 8. *et* (*ut*) *uncia*

172, 2. *a diminutione* *diminuuntur*

173, 1. *id est a* 3. 4. *sextertius*

174, 3. *simbella* 4. *terruntius* 5. post *ut* v. *valet* additur.

175, 3. 5. 7. lacunae l. vv. *δωτίνη* et *δόμα* et *δόσιν* et *ἀῤῥαβών* 6. *dicta*

176, 2. *cum* 3. *exolveret* 4. *coeptum*

177, 4. *cum* 7. *Praetium* *estimationisque* 8. *facere possunt*

178, 2. *factum est* 3. *praetio* 5. *hae* 6. *scaena* 8. *ob* om.

179, 1. *datur*

180, 1. 2. *in litibus verit: Sacromento* 3. *inficiebatur* 3. *uterque* 6. *redibant*

181, 2. *tributum* 3. *exigebantur* 5. *erant* *multi reddant*

182, 2. *a* 4. *archa* omisso *in* 6. *a* 7. *a* 10. *repulari* 11. *Aennius*

183, 3. *aut* ante *secunda* additur. 4. *dispendio* 5. *cum* 7. *cum* 8. *tritinam*

VI. §. 2, 2. *Crysippus* 3. *litterarum* 4. *Appollodorus* 5. *litteras* 6. *adsumant, alia mutent* 7. *declinante* 9. *Aristarcum* 11. *a* 12. *a* *a*

3, 2. *fiant* 4. *invallum* *partis* 5. *maxime a solis* ab om.

4, 8. *cum* 10. *cum* *effertur* 11. lac. pro φῶς ἀγαθόν.

5, 4. *esse iubet* 7. 8. *a miterno*

6, 2. *nox mocet* 3. lacuna pro νύξ. *cum* 4. lac. pro ἕσπερον. *Plautus ait* 6. lac. pro ἑσπέρα. 7. *stella* om.

7, 2. *dicit* 4. *Elius* *cum* 5. *omnes* om.

8, 5. *cum* *spacium* 7. *aequinotium* 9. *anni*

9, 4. *tunc* 7. lac. loco v. αἴθεσθαι

10, 1. *a* 2. *a* 4. *intermestris dci*

11, 3. *ultra* 4. *Saeclum spacium centum annorum* 8. lac. loco v. αἰῶνα. 9. *crisippus* lac. post *eon.* 10. *non enon omnis* *non est satis*

12, 2. *quid eorum* 4. *immolant diti ab agoneo* 6. *sacratum*

13, 4. *appellant* 6. *antiquitum* 10. *sepulchrum* 11. *his* 12. *cum*

14, 5. 6. *dies cunus* 7. *a* 9. *septumum* (quod recipi poterat) 10. *septematrus* 12. *in* om.

15, 2. *sybilinis* 3. *megalesium* 6. *pregnantes* 8. *et feriae* *et cerealia*

16, 1. *non veris* 2. *rei atra non* 3. *a* 6. *aesta caesa* 10. *robicalia* *a*

17, 3. *a* 4. *urgem* 5. *a* 6. *tulio* 6. *quod diis* *fortunae fortis* 7. *tyberim*

18, 6. *aliquod* 8. *Iononi* 10. *togata*

19, 3. *publice* 5. *atributus* 7. *tyberino*

20, 3. *tum* om. 4. *consulia* 6. *a*

21, 2. *a* *sacrarum* 12. *vino* om.

22, 2. *infontes* 5. *a* 6. *circuibant* 7. *a*

23, 1. *quod* 3. *publice* 3. 4. *inscribendo* 4. *accalarentia* 5. *cui*

24, 3. *sepulchrum*

25, 4. *sacrificatus* 6. *carmen*

26, 1. *sementivae* (quod fort. rectius) 4. *habent* 7. *novem dialis*

27, 3. *ab eo* om.

28, 3. *a* 4. *in urbe in agris* (et sic omnes codd., *in urbem ab agris* vg.) 6. *vestigia apparent in tum*

29, 4. *periculo*

30, 3. *eorum* om. 4. *qui* (et sic omnes codd. *quid* vg.) 9. Q.

31, 5. *comiciavit*

32, 2. *stercum* 4. *evertitur* 5. *Allio* 6. *exercitū obsiderunt*

33, 2. 3. *si ut a Martio instituerunt numeros* 5. *afrodite litteris* 8. *minoribus*

34, 2. *ut ad* 5. *a.* 6. 7. *februatum* 9. *cinctus*

36, 1. *cum* 2. *quatuor* 3. *assignat a lego* 5. *a* 3. *utrunque a* 4. *a* 5. *et lectissime* 8. *primigena* 12. *speties*

37, 3. *caetera* 5. *a* 8. *aperuit* 10. *cum* 11. 12. *principia . . . . sint* om.

38, 4. *aliqt fit* 7. *et concessit* 11. *ad* om.

39, 3. *sint* om. 4. *his* om. *constat* 6. *a* 8. *expedit*

40, 2. *admonuit* 5. *ne ea* om. *quorum imptum* (cum lineola per p ducta) 6. *De* om. (et om. omnes codd.) *dixit*

41, 1. *primus* 5. *nihil*

42, 2. *dein* 5. *cum quod* 6. 7. *et cum . . . agimus* om.

43, 2. *cogit* om. 6. *fulonem cum*

44, 3. *cum* 5. *cum*

45, 4. *solii* 7. *sepulchris* 9. *caetera*

46, 3. *uritur*

47, 2. *vult* 3. *a* 4. *unde dicebant a*

48, 1. *cum* 2. *cum* 3. *a* 4. *cum*

49, 2. *tremusti* 3. *tremo*

50, 7. *exuperet*

51, 5. lacuna pro ἔτυμα.

52, 2. *faciunt* 3. *cum* 5. *parce* 7. *et* om.

53, 2. *periculo* 4. *aures*

54, 3. *profanum quod est* 4. *inde* om. 5. *herculi* *dicunt* *dicuma* 6. *fanantur* 7. *poriciendo cum* 10. *idem* 12. *cum*

55, 2. *et* om. *dicti* 3. *et confessi* 10. *compositia*

56, 1. *a* 2. *a vocabula* 4. *Crysippus*

57, 2. *quid elloquuntur id dictus* 7. *loquellam* 8. *concinne loqui dictum a concinne*

58, 4. *pronuntiant* 4. *maxume tum id tum* 5. *quom* (quod reponendum) 8. *vocitata nostris*

59, 2. *etiam nunc* 3. *Elius* 5. *ut* om. 7. *novitius*

60, 4. *noncupare* 5. *noncupare* 6. *noncupatae* 12. *nominetur*

61, 3. *Dico* om. 4. *dicantur* 7. *dedicare* 8. *a* 13. *is* om.

62, 1. *sic* 2. *docemus ut dicimus* 4. *sit* 5. *a* 6. *litteris*

63, 5. *fit pura* (et sic FG., ut puto recte) 6. *ne sit* om.

64, 5. 6. *compraehensum est.* 10. *compraehendimus* 13. *nam adserere*, omisso *manu*

65, 4. *foenere*

66, 2. *litterae* 7. *in eo loco* 11. *a*

67, 3. *intelligatur* 4. *littora* 5. *crepe a*

68, 3. *qui* om. cum ceteris codd. additur vg. 11. *eunti. Io*] *cunctio*

69, 5. *et tunicam et caetera reiiceret* 11. *disponsor*

70, 2. *Nevius* 7. *intra* 8. *disponsa*

71, 2. *dispondisse* 4. *sponsuerat* 6. *dispondisse*

72, 2. 3. *sponderent* 5. *respondet* 6. 7. *Ita* 8. *dispondere*

73, 2. *volet* 4. *mastraba*

74, 5. *cum* 7. *cum* *incoeptis* 8. *ceptum* 9. *vadem*

75, 2. *permutatio*

76, 4. *oscinem*

77, 3. *iis* 5. *fabulam facit* 7. *qui dicitur*

78, 3. *finguram* 4. *cum* 7. 8. *administrant* 11. *translatitiis* *nam* om.

79, 2. *a luce noctiluca* 3. *a* 4. *adquirere* 5. *querere*

80, 2. *cum* 3. *vix* 4. *ad stellas pervenit*

81, 2. *ut Ennius.* 3. *iubar ne* 10. *creatione* 14. *ut* om. 14. 15. *videtur multorum*

82, 7. *prae verbis* 12. *de qua prospimus* 13. 14. *iungimus* 14. *spicimus*

83, 1. *verba videntur dicta* 2. *ab aucto . dicere* 5. *a* 8. *auscultari* 12. *Littera*

85, 2. *capiatur*

86, 1. *de* om. 5. *foelix salutare quae* 10. *tribunum* 11. *in litium*

87, 3. *scribe mura* 4. *tribuni quae* 7. *faciant*

88, 1. *sic scriptum* 4. *Calphurnii in litium* 6. *in litium* 8. *vocat* 10. *accensus . . . . quirites* om.

89, 1. *hinc preconi* 3. 4. *adcensum*

90, 2. *populum meum* 5. *Mani S. quaestoris*

91, 1. *in tempo auspitiis* 2. 3. *mittat auspitium* 5. *preco portet* 13. *iubeas adesse*

92, 2. *scripti* 5. *eodem die erunt in arce* bis. 7. *T. Q.* 6. *canit*

93, 1. *cum* 2. *his* 4. *id magistratus* 7. *centuriā* 7. *quinquanalem* 10. *erat per centuriata*

94, 1. *dubium cum* (non *quom*) 2. *illicitum cum* 7. *ermiona quod*

95, 2. *id est tum imperatus* 4. *ad inceptum* 5. 6. *intereat*

96, 1. *paucis verbis* 4. *et sternere* 5. *id est ab Item ab* 6. *providete* 14. *quoius* (hoc repone) *origo graeca*

97, 3. *his* 5. *ex* om. *duos priorem* om. *et* post *locis* om.

VII. §. **1.** 2. *litteris.* Sic 2, 8. 9. 8. *admovet*

2, 1. *erudiendam* 4. *et cum essent posuissent ferent* 6. lac. pro *ἔτυμα.* 7. *quae non* 8. *multum lictet* 9. *Helii* 10. *lira* 11. *praeteritam*

3, 2. *cum* 4. *ad* 6. *Pompilii* 6. 7. *neque a superioribus* (ut videtur) 8. *repraehendas* 9. *attavum cum* 10. *tritavi in rem dicere non possis*

4, 3. *repraehendendum* 4. *ethilogice posse dici* 6. *ducere* 9. *equites ab ab*

5, 5. 6. *quadripartione* 6. *compraehendam*

6, 2. *cellula* 4. *a* 4. 5. *ab auspicio* 5. *a* 6. *a caelum* 8. *caeli tum* 10. *in terris* 12. *aggreditur*

7, 2. *dictum* bis 4. *alti tonantis* 5. *Ennius* 8. *pates quatuor* 9. *meridem*

8, 2. *templum te locus* 7. *arbor* *sentiam*

9, 5. *levam*

10, 2 *glosas* 3. *non* om.

11, 5. *desinat cum* 8. *misteria qr* 12. *Delatos* 16. *unde* om. 19. *misteria* 20. *a vesca dicta*

12, 1. *unde* 3. *iupiter* 6. *tutella* 9. *tamen* om. 9. *hos* 12. *quid*

13, 3. *esse* om.

14, 6. *quidem pervade* 7. *sydera* 8. *equinotium*

15, 5. *p̄. VIII esse* *idem inflexu*

16, 6. *et* utroque loco om.

17, 4. *medis* 5. *utrunque* 6. *neque . . . . medius* om. 10. *ut* om. 11. *me dio* 15 *et* 16. lac. loco v. ὀμφαλόν. 16. 16. *pitomos aiunt esse* 16. *non nostri*

18, 2. *exuperatum* 3. *Calidonius* 4. *etholia* 5. *calidom aperte totum* *etholiam*

19, 3. *misteriis*

20, 5. *a* 6. *Pilae id est espiades eliconides*

21, 2. *ellespontum* 6. *ellesponto*

22, 1. *Pacuvi* 2. *loqui* *fretum* 4. *concurrant* 6. *a*

23, 3. *aqua tum* *cum* 5. *Nevius cum* 7. *sedantes* (sic codd. omnes) 9. *duas partes* (non *parteis*) 10. *translatum illi* 11. Post *asseres* unius versus spatium.

24, 3. *sepulchru* 5. *frūdem* 6. *vellatas*

25, 2. *cornua tam*

26, 1. *memorat* 6. *in* om.

27, 1. *perfoedensum* 2. *miorem* 3. *Casmena camena* 8. *versum*

28, 1. *n carmine* 11. lac. loco v. ἐπιγραμμάτιον 12. *casculam* 13. *tum te* 16. *aut amica*

29, 1. *cassinum* 2. *a* 4. *attellanis aliquod popum* 5. *carnar*

30, 2. *quidem tibi*

31, 4. 5. lac. loco v. παροιμίον 8. *littera* 9. *orationes* 11. *ambiegnanos apud*

32, 2. 3. *animadvertenda .s.* 13. 14. *repraehensus* 14. *canina* 16. 17. *noctuque*

33, 6. *caecidisset* 8. *trabes*

34, 2. *caeli tum* *expectata* *salva* 3. *glosmata* 9. *calimum in poëmatibus*

35, 1. *enim* 3. *dicunt* om. 4. *eius metria non*

36, 1. *quo olim* *vates quae* 5. *faunus dictus*

38, 4. *coctum*

39, 1. *Nevium* 2. *locustam* 3. *elefans* 5. *a libicis* 5. *a* 9. *quadrupes* *quod*

40, 1. *a* 5. *a* *quam longe* 6. *clipeos* 6. 7. *tumor natae*

41, 3. *orationum haberet* 5. *cum*

42, 4. *comiciis* 5. 6. *inductivis* 6. *ollus: ollus* 7. lac. loco v. λήθη.

43, 2. 3. *idem quae ancilla* 4. *tracum*

44, 5. *sublitio* 6. *tyberim* *hi* 9. *vellatas* 10. *fiebat* om. 11. *eo quid*

45, 2. *cum homines a singulis sint dei* 3. *apparet*, et lac. 4. *sunt* om. 12. *Aora*

46, 4. *Elius* 5. *sed accius* 6. *nunc coepit memorari*

47, 2. *tinno*

48, 5. *prime*

49, 4. *ideo postea*

50, 4. *cum* 7. *qua* 8. *appellat* 12. *graeci dicunt*

51, 1. *Nevius* 2. *optimum* 3. *superrimo* 5. *dei* 6. *tempestute*

52, 3. *a* 4. *habent* 6. lac. loco v. λάτρον 8. *ut milites*

53, 3. *cassabundus* 6. *utrunque*

54, 1. *in menechinis* 3. *idem hoc est* *Nevii* 7. *quae romulo Nevius* *a boscis*

55, 1. *impsa* (*p* cum lineola transversa) 2. *cogerro mens* 3. *cogerro*

56, 1. *in menechinis* 2. *ascriptivis* 4. *ascriptivi* *ascribebantur*

57, 1. *trinumo* 2. *libi* 6. *ferentur* 7. *eques* 8. *ascriptos*

58, 2. *rorani* 4. *rorani* *a* *quae* *ante* om. 5. *plusti*

59, 2. *cum* *tripotenta*

60, 3. *odei* 4. *Nevius* *a* 6. *circulione*

61, 2. *sincerastro* 3. *sincerastrum*

62, 3. *tramis*.

64, 2. *hic* om. 5. *diovolares* 5. 6. *a scheno* 8. *deformes*

65, 1. *idem* 8. *reiices*

66, 2. *villi* 7. *demonstrare* 8. 9. *factiose* 9. *actiose*

69, 1. *perulo* 2. *gradum*

70, 2. 3. *proprefica* 6. *laudes* 8. *Nevii* 11. *proficisceretur* 12. *utrunque*

72, 4. *intempesta nox* *a* 5. *a* *nocte*

73, 1. *altissimo* 5. *a* om. 8. *erat*

74, 2. *vocat* lac. loco v. ἅμαξαν 3. *ea* 6. *maxime cum* *equis*

76, 4. *esse circiter* 6. *exororto*

77, 4. *noctis ac* *ideo u haeç res*

79, 4. *cum*

80, 2. *cum* *fiant* 6. *cum* 7. *a* *recipere* om.

81, 4. *qui in id* 7. *secum dū* 8. *caedit*

82, 2. *Andramache* 6. *volunt* (et sic cett. codd. *voluit* vg.) 6. lac. loco v. ἔτυμον. 7. lac. loco v. ἔτυμα. 8. 9. *Andromache* 10. *intelligere* 13. 14. *alexicatem*

83, 5. *cum aureo* 6. *rutuli* 7. *ruffae*

84, 2. *olent* 5. 6. *e corio a* 8. *quod* 10. *attellanis*

85, 2. *Multis numen* 3. *a*

86, 3. *epytirum* 4. *quoque vellet* 5. *dixit* *omnia faciunt*

87, 5. *quod* om. lac. loco v. *Θέτις* 7. *q̄i* 9. *cuius a bache*

88, 3. *littus* 4. lac. loco v. *ἀλκυών* *nostri* 7. *cum* 8. *precipit* 10. *et rectum*

89, 3. *libenter* *cuius* 4. lac. loco v. *κῶμος* 5. *quidam dicunt*

90, 1. *Acilium* 2. *cede* 3. *proxumo* (quod recipiendum)

91, 3. *cicorare* 5. *cicorare* *ferro* 6. *id est dicitur* *et* om. 7. *verturi* (sive *vecturi*) 8. *Cicuri* (et sic FHa. *Cicouri* b.) *ciccure videtur*

92, 1. *Nevium* 3. *utrumque dicitur*

93, 3. *significans* 5. *hehe* 10. *q* (cum lineola transversa) *ait* 13. *quem* 14. *dicunt cum* 15. *ab eo quod obiurgat*

94, 6. *dicunt* (lac.) *clepere.*

95, 1. *Mantium* 2. *moerebar* 3. 4. *et a quo* 4. *attellanis*

96, 1. *Mantium* 2. *omnes autor* 3. *obscenum* 6. *foeneratricem* 7. *foenisitia et foenisitia* 12. *dedet*

97, 2. *turpitula* 4. *abscaeva dicta* 5. *uspicia* *a quod*

98, 4. *haeres cum* 5. *cum*

99, 3. *asiduam* 4. *his* 6. *praetio* *frequentaret* 9. *cum*

101, 3. *aplius* *μῶ* 5. *μοῦ*

102, 2. *moliora*

103, 3. *convitio.* Post *pipatu* unius et dimidii versus spatium. 4. *translata* 8. *Ganit* 9. *Cilii* 10. *dilabare*

104, 1. *Portii a* 2. *ululatu* 4. *tybicina* 6. *clamorem* 8. *facere* 14. *cassina* 15. *fringuttis* 17. *in rem eque* 18. *Esopi*

105, 10. *abaeratus*

106, 2. *iubet* 3. *domi nihil* 4. *delinquendum* 6. *delicium* 8. *autorem* *Attilium* 10. *a quando*

107, 2. 3. *Nevium* 22. *tecnico*

108, 4. 5. *exbolas aulas quassant quae eiiciuntur* 8. *abserare* *id est* om.

109, 2. *rescripserint* 4. *procedendum* 12. lac. pro v. *ἐτυμολογικὴ* 15. *aethimologiae*

110, 2. *primo* 5. *et* om. In fine libri: *Quae dicantur cur non sit analogia liber I.*

VIII. §. 1, 1. *ratio naturae* 3. *secundo* 7. *rectum* om.

2, 5. *et* om.

3, 3. 4. *tm* 5. *neque dedicissemus*

4, 7. *emiliorum*

5, 5. *usum* om.

6, 1. *quidem* 2. *descendo ei* 4. 5. *qua nisi ratio mihi vocabulo* 5. *in* om. 7. *in* om. 8. *novitii*

7, 1. *offendet* 3. *volius* (+) 4. Post *declinaretur* haec: *(ut est a Terentio terentia. Sic in recto casu quas imponeret); ab homine homines* etc. (*ua* above *ut*, *nt* above *imponeret*) 6. *foeminae*. Item 10. 7. *a* 8. *quo*

8, 1. *Quur* 2. *sit* 3. 4. *potuerunt* 4. *assequi*

9, 3. *declinari* bis. *noluerunt* 4. *informem* 6. *dispariles* 8. *vixerat magis*

10, 8. *posses* 11. *Antonius* om. 16. *ab hominibus his declinandis* (*declinandus* FHa. *declinatus* vg.) *putaret*

11, 4. *adsignificant* 5. *aristotelis*

12, 2. *quae posteriora* 5. *et* om. 6. *scribi*

13, 1. *cum* 2. 3. *temporale .... igitur* om.

14, 4. *equito* 7. *aut ab homine*

15, 5. *a*

16, 1. *sum* 3. *cum* *cum* *cum* 6. 7. *Hercules .... ut ad* om. *ut Herculis* om.

17, 1. *propterea* 4. *maius aut minus* 5. *a* om. *candius, candissimum* 7. *ferret*

18, 6. *ab* om. *a*

19, 1. *ea* om. 2. *suis* om. *priamidę* 3. *fato* 4. *circuire*

20, 2. *praesens et futurum* 3. *ut a saluto*

21, 1. *quur* 2. *requiritur* 7. *artem, idorus* 9. *ab iona ionem*

22, 4. *idem* 5. *artem idori* *ephesis*

23, 4. *aperientur* 6. *cum* 7. *liberos* 8. *appellaverunt* lac. pro v. ἀναλογίας 9. *negligendum* 10. *similitudinem* (ut FH. *dissimilitudinem* a. ut videtur, ut vg.) 10. 11. *vocarunt* (et lac.) 11. *utrunque* 12. *in* om. 12. 13. *sic anomali*

24, 3. *priores* (*prioris* FHa.) *tres* *declinatione* 4. *posterioris* (*posteriores* FHa.) *compaginibus* 8. *cum* 9. *incipimus*

25, 1. *dicitur* 2. *est* om. 3. *puella* om. *avum* 3. *imberbis* 6. *sermo*

26, 5. *intelligatur* 7. *Neque ad utrumque* 9. *cum* 9. 10. *negligendum* 10. *brevi*

27, 3. *cum sint* 4. *si* om.

28, 1. *Accidit* 2. *adsumpta* 3. *cum* 4. *palio* 5. *inaequalitatem*

29, 2. lac. loco v. περίστυλον

30, 1. *cum et* 2. *caeterisque* 2. 3. *adsumpta* 4. *inaequalitas*

31, 2. *est* 5. *in tecto* om. 7. *vitam* 10. *si bellum* 11. *discessum et ad utilitatem*

32, 8. lac. pro *aliis* 10. *aut* 11. *iocunda* 12. 13. *dissimilitudine* 13. *vitandum*

33, 2. *nobis* om. 4. *cum* 6. *quatuor* 9. *analogia* 9. *repraehendendus*

34, 3. *sit* 4. *a* 5. *a* 6. *bonum et malum* 7. *a* 8. *a* 9. *a* 10. *iupiter* *et* om.

35, 1. *iam* 6. *cum* *fuerunt* *dici* 7. *Athenae* 7. 8. *Atheneopolitae*

36, 3. *a* *absolvo*, *absolvam* (non *abluo*, *abluam*) 7. *iuris* 7. *muliebribus* 8. *ut Plautius* 9. *et cometine*

37, 2. *et similitudo* *cum in*

38, 4. *Aethiopem* *dentes* om.

39, 1. *a* 2. *analogia*

40, 4. *intelligimus* 4. 5. *debeat esse* 5. *foemina* *sit* om. 6. *nomen et an* *ille*

41, 2. *pene* 3. *inveniuntur etiam dissimiles* 6. *qui in* 10. *ondere* (id est oūdere, ostendere)

42, 3. *cum* 6. *orehechmos* *cum*

43, 3. *ignorarent*

44, 1. *partim* 3. *secunda* 4. *naturam* (et sic FHa. *natura* vg.) 4. *quatuor* (etiam 45, 1.) *hahabet* 6. *quidem*

45, 4. *Remus* om. 5. *nomina*

46, 1. *sigilatim* 4. *sint*

47, 2. *debemus*

48, 4. *sciser* 5. *scisera* 6. *spetie* 8. *ut* om.

49, 1. 2. *alia .... obliquos* om.

50, 4. *sic* om.

51, 2. *pronuntiarent* 3. *si* 8. *partius tetigi*

52, 1. *accidunt* 3. *earum* 4. *quatuor* (etiam 55, 7.) 7. *cistella*

54, 2. *oville et suille* 3. *boville* *et tamen cum* 4. *ut* om. *avitium* 5. *oville* *aville*

55, 5. *dicerentur* *a pelle suina*

56, 1. *a* 2. *a* 5. 6. *nolani romani* 6. *a* 7. *pergameus ileus* 8. *foemina* 9. *lybia* 10. *lybiaticos*

57, 4. *a* 5. *a* *dicitur*

58, 1. *cum sit* 2. *similiter habet* 5. *huiusmodi* 9. *huiusmodi verbum est vocabulum*

59, 4. *contra* 7. *loquor* om. *et venerunt de illa* 9. *et ea*

60, 6. *sedetitantes*

61, 4. *Quom* (quod Varroni reddendum) *a tibii* 5. *analogia* 6. *cythara* 6. 7. *cytharicen* 7. *et* om. *sic* 9. *sic*

62, 1. 2. *aeserarias* 2. *ubi* om.

63, 1. *reliquitur* *arstarchei* 3. *dicunt* (non *dicant*, ut cett.) 5. *litteras* 6. *quatuor* 8. *quinto quinto quinte*

64, 2. *litterae*

65, 7. *debeant*

66, 1. *essent* 2. 3. *repraehensione* 5. 6. *patricos*

19

67, 1. *a* (nam *ab* ex FH. reponendum) 4. *atque quam potest* 7. *a* 8. *mentis* 9. *a tertium dentium et dentis*

68, 2. *quur* 5. *aristarcus cratetinam* 9. *aristarcum*

69, 1. *quicque* 2. *diceret* 3. *cum* 4. *adsum cum*

70, 2. *ut avium et ovium suium* 3. *sic* 5. *sed ei rei*

71, 2. *aedem* 2. 3. *consentum et non deorum* om. 3. *quur* 6. *maniliorum variniorum*

72, 2. *dicere* om. (et sic FHa., fortasse recte.) 2. 3. *hectórem nestórem* 4. *quaestórem* et sic porro 5. *debebunt*

73, 2. 3. *non debuerunt dicere attiniae* 4. *attinia* 5. *patres* om. 6. *pater*

74, 3. *bovis iovis* 4. *bovem iovem* (hoc v. bis)

75, 3. *analogia* 8. *optimum*

76, 4. *caecissimus* 9. *melissimum*

77, 6. *pauperrimus* 9. *frugalissimus et frugus et fruga*

78, 1. *proportionem esse et uno vocabulo* 6. *foeminam*

79, 3. *macricolus* 4. *nigricolus* 7. *dicendum est non esse* 10. *facillime*

80, 2. 4. *ac significant .... infinita* om. 5. *a* 8. *ut cum sit*

81, 4. *M.* 5. *analogia est sequenda* 6. *Q.* 7. *cycico* 8. *Andrius* om. (et om. FHa. additum vg.) *cycicenus cycicius*

82, 3. *ab oppidis .... habent* om.

83, 4. *dici* om. 8. *liberarumt coeperunt*

84, 2. *mecenas a* 3. *debuit*

Posthaec, spatio unius versus relicto, liber nonus sine inscriptione et minuscula prima litera incipit.

IX. §. 1, 3. *crysippo* 5. *Aristarcum* 6. *videat* 7. *Crysippus* 7. *inaequalitate* 10. *verbum Aristarcus* 11. *aequalitate* 11. *de* om. *similitudinem* 12. *quarundam*

2, 1. *hi*

3, 5. *repudiandi anomala* 6. 7. *quod .... anima* om.

4, 4. *quarum sumam* 6. *quod exigunt* 7. *aliud dicere .... analogiis* om.

5, 4. *analogia uti* 6. *ostensione* 7. *lineam*

6, 1. *in sua pot* 3. *suum* 6. *unusque* 7. *quancunque summa* 9. *esse* om.

7, 2. *repraehendenda* (eadem scribendi ratio est 12, 2. 63, 1. 66, 1. 68, 1. 2. 8. 70, 1. 74, 1. 2. 79, 1. 90, 1. 6. 95, 6. 96, 5. 97, 1. 98, 5. 101, 1. 3. 104, 1. 105, 1. 106, 7. 110, 2. 111, 9.)

8, 3. *negligat*

9, 3. *conferrimus* 9. *in* om. 10. *caeterorum*

10, 1. *indeclinationum* 3. *mundum* 5. *concedunt* 6. *aut si quis* 7. *mane* 8. *concēdat* 10. *concendat*

11, 2. *ingeniculis* 5. *traducit* 5. 6. *repraehendendus* 6. *valentem* om. 7. *traducat*

12, 1. *Appelles* 2. *quod* om. *Myconos* 5. *veteritatem*

13, 4. *oportere* om.

15, 2. *inludunt mittunt* 3. *barbaros* *ignorabant*

16, 3. *animus* (et sic FHa. *a minus* vg.) 11. *obsolescet* 11. *oblitterata*

17, 1. *nonas* 4. *aures* 6. *quae deterrius*

18, 2. *sequemur* correctum ex *sequamur* 4. *caeteris* 5. *eo* 7. *secutus* om. (et om. FHa. receptum est ex vg.)

19, 4. *restituantur*

20, 5. *quem* 6. *abrogante* 7. *caedunt*

21, 2. *e* *ablatis* *oblitteratae* 3. *capullarum speties* 7. *suppellectilis*

22, 1. *fervor*

23, 6. *sunt* om.

24, 2. *aequinotiali* 3. *septentriolem* *contra a paribus* 7. *arciarcum* (vocabulum etiam in caeteris codd. corruptum extat, sed in nullo eorum lac. est, quapropter fort. praestabit latinis literis ponere: *antarcticum*

25, 1. *Non* 2. *sola bruma* *aequinotium* 3. *aequinotialem*

26, 3. *se quater mutant* 5. *ad hanc* 7. *in* om.

27, 4. *praesente*

28, 2. *non exquilis aquile* 3. *suis* (et sic FHa. *sui* vg.) 9. *mullus* 9...11. *tamen .... mulus* om. 11. *mullo ex asina*

29, 3. *seperatim*

30, 2. *eae* 4. *septima* 5. *hac*.

31, 4. *utrunque* *Et quid* 5. *alia ne sic utra* (et sic FHa. *alia non; sic utraque* vg.)

33, 8. *videri mutillum* *luschum* 9. *aut equorum*

34, 4. *fabricata* *viderit* 5. *hostia* (sic etiam a. fortasse recte, cf. VI, 92.) 6. *factam* (ut Fa. *factum* H. *facta* vg. 7. *analogiam* 8. *libitum* 10. *quod ea* (et sic FH. *quod ex* a. *eas* vg.) *eam* 14. *naturalis* 15. *imposuerunt rebus .... Roma* om. 16. *a* 17. *tempore* *a* 18. *a*

35, 9. *sint offensione*

36, 3. *Quare si quid* 4. *ac caetera crimina* 5. *in* om. (et om. FHa. receptum est ex vg.)

37, 4. *resque designentur* *sit* om. 5. *visu* 8. *possunt*

38, 3. *foeminae* 4. *significat vnti* 6. *utrunque* 7. *a*

39, 1. *collocata* 2. *querendum* 4. *apulla* 5. *spetiem* 5. *apullam* 6. *Nec nunc*

40, 2. *ab occe ana significatione* 5. *foeminae* 8. *muliebres sunt* 11. *muliebres*

41, 1. *perpenam* 4. *utrunque* 6. *significant* *praeponimus*

42, 2. *sic* 3. *adsumant*

43, 2. *impudenter* (et sic FHa. *imprudenter* ex vg. receptum est.) 3. *sed et ex* 4. *si similes* 5. *sint et de* 6. *sit* 8. *habeant*

44, 2. *X* om. 3. *quae* 4. *verbis* om. 4. 5. *intelligamus* 5. *iis* 7. *Phryx* om.

45, 1. *parte* om. 2. *analogiam*

46, 1. *Quod* om. *non dissimilitudinem* 2. *suppellectile*

47, 6. *suppellectile* 7. *paris* 8. *tricliniaris* 9. *quisque denique*

48, 2. *habebunt* 3. *quidem* om. 4. 5. *vestimenta* 7. *palium palio.*

50, 2. *romilla* 3. *ut* om.

51, 1. et 6. *litterarum* 5. *sub similibus*

52, 4. *quatuor* 7. *conferat* 9. *conferat*

54, 2. *dispendij* 3. *quicquam* 6. *omnis* 7. *et ihili* 8. *commutantur* 13. *sic huic nihilo non nihili* 15. *terentium*

55, 2. *foemina* (itidem 55, 11. 56, 7. 10. 57, 6. 7. 8. 59, 1. 61, 1. 62, 4.) 5. *non nullus* 11. *et* om.

56, 6. *at nunc* 9. *appellantur*

57, 5. *ut usus* 6. *his* om. *mare ac foemina*

58, 9. *debet*

59, 1. *foemina. Habet* 2. *naturam* 3. *neutra* om. 9. *gentilitia* 10. *summus* 11. 12. *Terentia foemina*

60, 1. *pronominibus* 3. *gentilitia* *a* 9. *luci* om.

61, 1. *item* om. 2. *declinarat* 3. *Mania . . . . enim* om.

62, 7. *hominibum*

63, 8. *una*

64, 3. *duae* (v. Addenda) 7. *alteram* *alteram*

65, 4. *quae*

66, 10. *argentum*

67, 2. *inter se habet* 3. *vina et unguenta* 4. *Lesbio* 6. *sic item* 7. *sic acceptarum rerum* 9. *denique rescindere* 11. *cum*

68, 3. *publice* 4. *unum . . . . dicant* om. 6. *neque* om. 7. *venerunt* *respondere*

69, 2. *a* 7. *a* 8. *appellasset*

71, 2. *transeunte* 3. *a* 6. *aquilani* 7. *oriantur* 7. *Cecilius* 9. *si* 10. *nas est*

73, 8. *magis . . . . quod* om.

74, 2. *annus* 4. 5. *piscinula* om. 6. 7. *in . . . . sit* om. 8. *cistulla* 8. 9. *catulus et catellus*

75, 5. *dispiter* *Maspiter . . . . Maspitrem* om.

76, 3. *est* om. 8. *quoiusmodi* (quod reponendum) 13. *additum id est ac* 14. *casus vovis*

77, 2. *video nihil quod* 4. *nam . . . . est* om.

78, 6. *Nevium*

79, 4. *analogiam esse esse* 7. *veniant* 9. *placula* (et sic FHa. *plagula* vg.)

80, 4. *u. f.* 5. *debet* *fici et nummi* 12. *haec fico* *huius manu*

81, 4. *erât* 5. *utrunque* 9. *a* 10. *hi tressibus* 12. *a centussis*

82, 1. *nume qui* 3. *et haec* 4. *cum* *adsumit*

83, 2. *quid pertinet* 3. *ut* om. *quoque* 7. *pro passibus*

84, 1. *quare cum ad* 4. *qñ* *est* om. 7. *dispondius*

85, 2. *similitudinem* *utrunque* 5. *denariorum* 6. 7. *et haec .... denarii* om. 7. *Sed esset* 10. *sed et in utris*

86, 2. *una non moventia* 3. *qua* 4. *numerus moventrius*

87, 3. *utrunque*

88, 1. *hoc* 2. *actum* om. 5. *scribibous analogiam* 6. *utrunque* 8. *huiusce* 9. *preponemus*

89, 2. *vocam* 3. *omonimya* *fiant* om. 9. *metionis*

90, 3. *Sapho* *alceus et alceo* 4. *geriones* 6. *analogiã* 7. *quisquis* 9. *alceus* *alceonis* 10. *alceonem* *secutus fuerit*

91, 5. *vocandi* om. 7. *trissyllabum* *bissyllabum*

92, 2. *similias* 4. *soleat* 6. *siquos* 7. *similes*

93, 2. 3. *et minus* 4. *tm̄* 6. *succosi. igitur*

94, 2. *adsumitur* 3. *adsumi* *hic lepus* om. 5. *adsumptum erit et extr.* 6. *erit* om. 7. *lapidem* 7..10. *duo .... lapides* om. 10. *dicunt*

95, 3. *possit* 5. *tempora*

96, 2. *dicam* 3. *simile* 4. *inchoatam*

98, 2. *maledicunt* 2. 3. *percussi .... feriebam* om.

99, 4. *tondo tondam*

100, 2. *series. s.*ᒪ *ut* 4. *fuerim* 7. *cetera* om.

101, 5. *sic enim naturae* 5. 6. *habent* 6. *habent* 8. *infecta* *solum* *verba* (i. e. *infecta verba solum*)

102, 2. *discrepant* 4. *si* om. 6. *si hic*

103, 6. *adsumpta* *videre* 7. *rectus casus nonnunquam* 10. *intelligimus*

104, 4. *ut putant* 6. *ideoque lege in venditiones* 7. *rura*

105, 1. *putant* om. 3. *commove analogiam* 5. *dicant*

106, 3. 4. *lavari .... lavant* om. 4. *ut* .T. *fit* 5. *E: ablavantur*

107, 5. *sed quod quoniam* 9. *ut* ..... 108, 1. *analogia* om.

108, 2. *a* *a* 4. *adsumi* *quod* 6. *temporibus* 7. *transierit* 9. *similiter intelligitur*

109, 3. *as cum is* 4. *similitudines* 6. *similitudo* 9. *unumquoque*

110, 1. *analogiam* *iis* 1. 2. *principia* 3. *a* 6. *quicque* 7. *amatis amatis*

111, 5. *oms* 8. *neutra*

113, 1. *rebus* om. *arbitramur* 2. *priore* *analogiam* 2. *breviter* 4. *analogia* 5. *mundi* om. 7. *sicut* om. 9. *et* om. 10. *murena* 11. *mustelle* *numerus sic* 12. *murenis*

114, 3. *verbis sit ortus* 4. *est* om. 5. *item quae cum* 7. *analogiam* 10. *aliud est populo*

115, 4. *liber adpollicitus est demonstraturum*

X. §. **1.** 3. *a* 4. *appellatur* 5. *libro primo* 7. *dicentur* 9. *fondamenta*

2, 3. lac. loco v. *λόγον* 4. lac. loco v. *ἀνάλογον*

3, 2. *quid* *fondamentum* 4. *quos illud* 7. *item .... esse simile* om.

4, 3. *dissimilis* 4. *a* 5. *spetie* 9. *pene* 11. *habent*

6, 1. *fuit ut* 5. *homini* om. 6. *partis habeant* *potest*

8, 3. *et* om. *utrunque* 10. *aut hoc nemus et lepus*

9, 1. 2. *similitudinem*

10, 4. *LXXIam* 6. *septim* *litteras.* Itidem 21, 7. 25, 6. 55, 7. 8. 57, 3. 62, 3. 82, 2. 6. *cum*

11, 3. *quarum origo principia*

12, 4. *a* 6. *cum* *utrunque* 8. *ac perfectam* 9. *analogiam*

13, 2. *sola* om.

14, 2. *haec* om. *nux*, *mox* 3. *cum* 4. *nihil in* 5. *dicit* om. 6. *utrunque* 7. *casum*

15, 3. *uniusquoiusque*

16, 2. *a* 6. *Aristarchi* 10. *imperito*

17, 2. *partes* *quatuor* 3. *docilis et facilis*

18, 1. *speties* 2. *partes*

19, 7. *nominativum* 8. *ab illa abdividendum*

20, 3. *cum* 5. *sic ubi*

21, 2. *spetie* 4. *spetie* 5. *virili*

22, 2. *in* om. 4. *a* 5. *a recto in recto in rectos* 8. *explicatis*

23, 2. *alium alio*

25, 6. *et* om. 7. *in* om.

26, 3. *summi* 6. *proxume supra neque* 7. *pōt*

27, 3. *plerunque* 10. *cecinna*

28, 5. *intelliguntur* 6. *utrunque*

29, 8. *similitudinem* 9. *similius* 11. *nisi id sumpseris*

30, 3. *Reliquitur* 6. *significet* 9. *his*

31, 1. *hebent* 3. *speties* 6. *scribo ne* etc.

32, 4. *spetie* 5 et 33, 7. *speties*

33, 3. *scribo et lego* 7. *quicque*

34, 2. *inde participialia*

35, 4. *repraehendimus*

36, 7. *sic*

37, 2. lac. loco v. *ἀνάλογον* 5. *eas duas alterae duae res* 6. *bina* om. 7. lac. pro *λόγον*. *utrunque seperatim*, deinde lac.

38, 2. *cum* *menechinum menechino* 4. *cum* 6. *cum*

39, 3. *utrunque* 5. *sodalis sustuleris* om. *sic sodalis* 7. *analogiam*

40, 3. *expectare* 4. *expectes* 5. 6. *prosequare*

41, 5. *auctoriatum* 8. *progremie*

42, 2. *gemetrae* 5. 6. *dissimilem*

43, 2. *a* 3. *sit* om. 5. *dico*, *quatuor* 6. *quadraginta* om. 11. *unum*

44, 2. *a* 4. *fit* 8... 10. *Albius Atrius*, *Albio Atrio per derectas declinationes* om. 10. *albus* *alba* 11. *aentenaria*

45, 5. *conformus*

46, 2. *cytharae*

47, 2. *sint*

48, 2. *lego .... perfecta* om. 3. *debeat* 4. *cum* 11. *tundam* om. 13. *eram*, *et amatus* 13. 14. *repraehendunt*

49, 3. *cum* 4. *sit* 5. *compraehenditur*

50, 2. *duos* 3. *a* 4. *obliquum* 7. *a* 8. *a*

51, 7. *simile* om. 9. *utrunque sequitur* 10. *servae* 10. *in* om. *cervae*

52, 2. *a* *a* 3. *a* 5. *impositione*

53, 2. *aliquas*

54, 3. *scolae* 5. *a* *proficiscantur* 7. *a quo casu* 8. *ordinari* 9. *cum* 11. *autem ratio* *a*

55, 2. *ad circo* 3. *dicendo* *idem* 4. *quidem omni* 5. *phisici*

56, 2. *qui prius* 3. *potius* om. 4. *a* *a* 7. *quam in his*

57, 3. *idem*

58, 3. 4. *adsumere*

59, 2. *Crysippus* 4. *dextera* 5. *dextras*

60, 5 et 8. *plerunque*

61, 3. *impositiтiis* *occurrerent* 4. *in natura* *corrigeretur* *a*

62, 1. *a* 2. *a* 6. *in E* om.

63, 1. *atria* 3. 4. *animadvertendum haec* om.

64, 1. *sunt* post *partim* om. 5. *armonice*

65, 3. *Iupiter* 6. *sunt* post *virilia* om.

66, 4. *cum* 6. 7. *significant ... multitudinis* om. 9. *quatuor*

68, 7. *seperatim*

69, 3. *dominatum* 3. 4. *adventium* 5. *et* post *pistori* om. 6. *Adventium*

70, 2. *non*] *ut* 4. *haectorem.* 6. *Haectoris* 8. *cepit* 10. *nollet* *mallet* 11. *adventia* 12. *plurimus*

71, 4. *bachides* 5. *bachidas* *cum* 8. *sunt translata*

72, 2. *ea* additum ante *ut* *rebus et in* 3. *cunque* 4. *et in quoiusmodi* 7. *seperatim* 8. 9. *accedere accedere debent*

73, 7. *ut* om.

74, 1 et 3. *diffinienda* 1. *qua* 2. *atque ea* 3. *Namque prior* 9. *omnem* *e*] *est*

75, 5. *repraehendendae* *pleraque* *diffinitiones*

77, 1. *vocabulis* 3. *quoniam* (et sic FH. *q̄m* a.) 5. *cum* 8. *cum*

78, 5. *dices* 6. *sign̄t* 7. *amabo* 8. *amabor*

79, 2. *speties* 3. *potuit informavit* 6. *non*] *ac non*

80, 4. 5. *et huic nequam .... huius nequam* om. 6. *eius quem*] *cuiusque*

81, 2. *sic*] *sic etiam ne* *quicquam*

82, 2. *declinetur* 5. *quarto*

83, 3. *ut* 4. *quartum ut habeant* om. 4. 5. *clinatus.*

COMMENTARIIS ADDENDA.

Ad lib. V. §. 4. *impotem*] vg. *impotentem* codd. sed de G. nihil notatum est.

7. *incurvicervicum*] v. Suppl. V. Scr. e C. G. pag. 270.

8. Sic velim scribas: *ad initia rerum*] coni. *et initia regis* codd., quod Turnebus (non Victorius) et Scaliger etc.

13. *qua cognatio eius erit verbi quae*] Nunc puto Vertranium verum vidisse, qui pronomen *quae* mutaverit in *quod.*

14. *Liberi fanum in civium Moero locavi*] In margine libri Spanhemiani in bibliotheca Regia Berolinensi asservati correctum est: *Liberi fanum inclutum Maro locavi*, et intelligitur Maro, Bacchi sodalis, Maroneae in Thracia conditor. Haec Schneiderus in Vita Varron. p. 240. De forma nominis Threca v. Praefatio p. XXXIX.

18. Adde primae annot.: Nempe Plinius eo loco non de L. L. libros adhibuit, sed usus est Varronis Menippea, cui inscriptum Dolium, ex qua Probus ad Virgilii Ecl. VI, 31. haec: *Appellatur a caelatura caelum, Graece ab ornatu κόσμος, Latine a puritie mundus.* Posteriore tempore Varronem ab hac Aelii magistri sui sententia descivisse, ex h. l. intelligitur.

21. *item maxime*] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 271.

23. *terra sit obrutus*] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 271.

Annot. de osse excepto nunc addo, duplicem morem hac in re discernendum esse. Nam cum mortuum hominem terra condere Romanis religiosissimum videretur, ubi iustis faciendis vel tempus vel locus non dabatur, aut corpori nondum combusto digitus decidebatur (hoc dicebatur membrum abscidi, teste Festo p. 101. Lindem.), aut, cum ossa legebantur, os, credo calva potissimum capitis, excipiebatur et ad glebae

iniectionem servabatur. Hoc cum saepe factum esset ad funus et luctum protrahendum, interdictum est XII tabulis (ap. Cicer. de legg. II, 24, 60. cf. Dirksen. de Duod. tab. p. 672.): *Homini mortuo ne ossa legito, quo post funus faciat*, id est eo consilio, ut in osse quodam non condito sed servato funebria fierent. Excipiebatur autem bellica et peregrina mors.

30. Varronis de Tiberis origine et Tiberino rege sententiam commemorat Servius ad Virgilii Aen. VIII, 330.

appellatam thebrim] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 272.

46. *contra Tatium regem*] Eadem ex Varrone narrat Servius ad Virgilii Aen. V, 560., sed in quibusdam pleniora, ita ut alio scriptoris libro eum usum esse appareat.

49. *Larum Querquetulanum*] Non opus est ut copula interseratur, cum *Querquetulanum* quominus patrico casu accipiatur nihil impediat. Larum autem sacellum, nisi ii Lares Querquetulani fuissent, a Varrone adhiberi non poterat ad demonstrandam Exquiliarum ab aesculetis originem.

54. *Germalum*] Assentior nunc Niebuhrio, R. H. I. p. 401. ed. sec., hoc loco *Cermalum* reponenti. Etiam Ciceroni ad Atticum IV, 3. *Cermalum* reddendum esse, ex librorum scriptura intelligitur.

61. *nuptiis*] De eadem re Varronis quaedam extant apud Servium ad Virgilii Aen. IV, 167.

68. *Luna vel quod*] FGb. *Luna ut quod* Hac. Manifestum est, *vel* servari non posse, nisi forte alterum etymon excidisse statueris.

71. *hanc aquam petere*] Praestabit codd. plurimorum scripturam *hinc* retinere.

80. *fuat*] Longe praefero nunc *cluat*, quam correctionem proposuit V. D. Coloniensis laudatus a Scaligero ad Festum p. 358. Lindem. cf. Neukirch. de fab. tog. p. 89. *siet* scripsit Niebuhr. R. H. T. I. p. 543. ed. alt.

83. *Scaevola Quintus*] Cur Varro ea nomina sic collocaverit, causa haec est, quod postquam Scaevolam dixit, eum ut distinguat a P. Mucio Scaevola Pont. Max., praenomen Quintus addit: deinde etiam a Q. Mucio Scaevola Augure Pontificis Maximi appellatione eum discernit. Cf. annot. ad VII, 105.

84. *Furrinalis* et *Furrina* scribendum esse, postea vidi. Cf. annot. VI, 19. VII, 45. H. l. *furrida* FGH.

89. *extremis*] Periculosius videtur sumere, h. v. a Varrone adverbii significatu usurpatum esse, quam corrigere *extremi*, praesertim cum proximi vocabuli prima litera sit S.

95. *peculia tori atque*] cf. ann. ad IX, 9.

96. De armentis Servius Danielis ad Virgilii Aen. III, 540. sic: *Varro autem boves armenta vocari voluit, quasi aramenta, quod eorum praecipue opera in arandis agris utimur.*

101. *G in C mutavit*] Cur *mutata* reiecerim, apparet ex annot. ad VII, 74. IX, 54.

108. *quare*] Ad codicum scripturam *quorum* propius accessissem *quor* scribendo. Cf. annot. ad V, 66.

130. V. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 276.

137. V. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 276.

141. *Quod operis muniebant*] *opere* video reponere Zumptium in Annal. Lit. Berol. a. 1827. p. 1514.; neque infitior, hanc loci formam, quam Turnebus proposuit, non displicere: *oppidum ab opi dictum, quod munitur opis causa, ubi sit, et quod opus est ad vitam gerundam, ubi habeant* (i. e. habitent) *tuto* (*tuto* Hab.). *Oppida quod opere muniebant, moenia dicta.* Sed ratio et progressus totius loci facit, ut ad illud, quod posui, sententia mea praeponderet. Ad *moerum* et *moeniendi* v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 277.

148. *postilionem postulare id* defendi poterit collata altera dictione, quam nativam esse in Latio, non e Graecia adscitam, certum est: *vocare inlicium Quirites* VI, 88.

149. *Curtium in locum*] *Curtium* ex glossemate in margine adscripto illatum esse videtur.

150. Sententiam loci apertius declarassem, si inter *septum esse* atque *id quod μέση* distinxissem.

153. *carceres*] Non hunc, sed similem locum Varronis tangit Servius, cum refert ab illo carceres dictos esse *quasi arceres*; ad Virgilii Aen. V, 145.

158. *a Flora susus*] *a Florae susus versus* coni. Io. Fr. Gronovius ad Gell. IX, 4. p. 537. Conr. Etiam §. 160. ad *inde dedicamus* pro Iacobo Io. Fr. Gronovius appellandus erat.

VI. 2. *Λευκίενον*, quod propter scripturam cod. H. in ordinem recepi, cedere debebit formae *Λευκιηνόν*.

5. De *Plaetoria lege* cf. Dirksen. de XII. tab. legg. p. 187.
In Reatino] Reatinorum sermonis Varro eo magis gnarus esse de-

bebat, quod ipse Reatinus erat. V. Sidonius Apollin. Epist. IV, 32. et Symmachus Epist. I. p. 298. ed. Par. 1684. Hinc singularis eius Sabini agri locorum peritia, de qua dixit Petit-Radel in Annal. Instit. Archaeol. a. 1832. p. 18.

14. *appelletur*] Sic scripsi ex Fab. *appellatur* GH.
septimum] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 279.

20. *Vinalia rustica*] de tempore horum sacrorum cf. Schneider ad Varron. de R. R. 1, 1. p. 248.

26. *Sementivae*] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 279.
omnes pagi] *omnes pagus* FHa. *omnis pagus* G. ut vg. et redeo ad hanc lectionem. Nam non omnes pagi, sed omnis pagus (id est omnes pagi incolae) Paganicas ferias in agris habebant. Caeterum hacpropter non opus esse, ut *haberet* scribatur, sicut vg. fit, verbo monendum.

28. *in urbem ab agris*] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 280.

30. *quid*] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 280.

31. *eo est*] cf. Praefatio p. XXXVI.

40. *De quibus*] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 280.

57. *eloqui ac reloqui*] De hoc notabili Sabinorum ritu, qui ad divinationem pertinere videtur, divinando quaedam profert Petit-Radel in Annal. Instit. Archaeol. a. 1832. p. 240.

58. *cum agunt*] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 281.

63. *sit pura*] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 281.

68. *ab his qui*] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 281.

94. *dubium cum*] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 281.

98. *cuius*] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 282.

VII. 3. *verba poëtica dicunt prolata*] *v. p. d. contineri* coni. Grauert. Analect. p. 68. quod ad nexum sententiarum parum aptum mihi videtur.

14. Ad stabiliendam eam Accii versuum scripturam, quam recepi, facit comparatio anapaestorum ex Menippea Varronis ap. Probum ad Virgilii Ecl. VI, 31. (Bipont. p. 270.) de limbo picto *bis sex signis stellimicantibus*; i. e. Zodiaco.

22. *fretum* a fervido Varronem dixisse, scribit Isidorus XIII, 18, 2.

23. *non* ferre queant*] Sic me correxisse paenitet et piget, postquam incidi in versum Plauti Bacchid. IV, 6. extr. *bene navis agitatur, pulcre haec confertur ratis:* ex quo intelligo, conferre navem dici de remigibus, qui cum omnes una remis incumbunt, navem propellunt, quod ferme dicitur a Thucydide VII, 14. *ξυνέχειν τὴν εἰρεσίαν.* Sic Naevius in primo bello Punico narrasse videtur, quae tum cura et quod studium fuerit Romanorum, ut *conferre queant ratem aeratam* remiges.

sedentes] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 283.

64. *Cistellaria*] Ne quis me, quod obscurius sententiam meam significaverim, reprehendat: adiicio certissimum haberi, Cistellariam non integram extare, sed truncatam. In antiquissimo codice plures ex hac fabula pagellae exciderant; postea alia quaedam, quae nexu iam destituta erant, omissa, et hians iunctura callide levigata est. Ambrosianus codex palimpsestus, cuius reliquias Maius edidit, cum multis aliis versibus, qui nunc in ea fabula non leguntur, habet etiam hunc, quem antea ex Nonio p. 164. noverant: *Expurgabo hercle omnia ad raucam ravim.* Hunc frustra Cistellariae ereptum, et Clitellariae (quam Nonius pariter ac Varro in his libris semper Astrabam appellat) donatum esse, nunc manifestum est. Itidemque statuendum de Varroniano hoc loco.

82. *voluit*] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 285.

90. *proximo*] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 286.

91. *Cicurii*] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 286.

95. *apud Dossenum*] *personam* coni. Schober de Atellanis p. 18. quod a literis codd. *ad obsenum* nimium distat. Verum praeter Fabium Dossenum scriptorem Atellanarum idem nomen etiam personam Atellanarum significat, quam quod poëta ille in his fabellis, quae a civibus agebantur, ipse sustinere soleret, eum hoc cognomine appellatum esse existimo. Id nomen personae apud Festum s. v. temetum aperte extans, aliis locis ex corruptelis librorum enucleatur, de qua re nuper dixit Ed. Munk de L. Pomponio p. 66. 73. 81. Quos locos cum considero, atque Dossenum ipsum *edacibus in parasitis* magnum fuisse reputo, scilicet in ea ipsa persona, a qua nomen suum retulit, adducor iam ut h. l., omisso praeverbio *apud*, scribendum censeam *Dossenum* s. *Dorsenum.* Nam etiam ex hoc ipso nomine (*d-orsenum*) facile fieri poterat *ad obsenum.*

107. 108. Naevii fabulas eo ordine Varronem disposuisse, quo dixi, eo probabilius est, quod eodem ordine, observatis tantum primis nominum literis, etiam Plautinas composuit et descripsit. Nam Plauti comoediae, quas habemus, Varronianae cum sint, consentaneum etiam ordinem earum eum esse quem ille descripserat. In quo ordine (*Amphitruo, Asinaria, Aulularia, Capteivei, Curculio, Casina, Cistellaria, Epidicus,*

Bacchides, *Mostellaria*, *Menaechmi*, *Miles*, *Mercator*, *Pseudolus*, *Poenulus*, *Persa*, *Rudens*, *Stichus*, *Trinummus*, *Truculentus*, et *Vidularia*, quae amissa est, mutilatis antiqui codicis extremis, cuius codicis ab antiquitate et conditione indaganda nunc pendet legitima omnis Plauti fabularum crisis) cum mirari subiret, quamobrem Bacchidum fabula sola suo loco mota esse videretur, solvit hoc ζήτημα satis acute idem iuvenis, cuius diligentiam in excutiendo cod. G. laudavi in Praefatione p. XII. Nempe Bacchides Varro Epidico noluit anteponere, quoniam illam in hac ipse poëta commemorat. V. Bacchid. II, 2, 30.

VIII. 10. extr. *declinatus*] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 287.

23. *a similibus*] *ab similibus* FH. quod recipiendum. *a similibus* cett.

dissimilitudinem] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 288.

24. *prioris* et *posterioris*] cf. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 288.

36. *Lua Luam*] cf. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 288.

38. *Aethiopam*] Haec forma qui defendi possit, nescio. *Aethiopam* FHa. *Aethiopem* G.: hinc *Aethiopa* faciendum est. Cf. Praefatio p. XXXIX.

44. *natura*] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 289.

61. *Cum*] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 289.

63. *discant*] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 289.

67. *a similibus*] *ab similibus* FH. quod reponendum. *a similibus* cett.

72. *dicere*] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 290.

81. *Andrius*] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 290.

83. *sub magistratuum nomina .... succedere*] Cf. ann. ad X, 14.

IX. 6. *intelliges*] GHa. *intelleges* F. quod reponendum.

7. *non modo*] Beierum propter exempla ab eo congregata advocavi; eius sententiae, in hoc structurarum genere negativam particulam necessario addendam esse, non accessi.

16. *a minus*] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 291.

18. *secutus*] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 291.

23. *an aër et caetera*] Haec e cod. B. et vg. sumpta sunt. om. FGHa. Et non modo supervacanea ea sunt, sed etiam molesta, praeter unam particulam *an*, qua: *quae sunt in his*, cum superioribus coniunguntur. Nam in iis quae secuntur enumerantur caelum (24. 25.), mare (26.), terra (27.), et deinde quae sunt in caelo s. aëre, in mari, in terra (28.), eodem ordine, quem scriptor iam V, 75 sqq. observaverat.

24. *ἀνταρκτικόν*] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 291.

28. *sui*] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 292.

31. *in qua sit casus*] *sint* scriptum esse a Varrone, verisimile est.
alia non, sic utraque] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 292.

34. *ostia*] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 292.
facta] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 292.
eas] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 292.

36. *in analogias*] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 292.

43. *imprudenter*] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 292.

59. extr. *mulier*] H. *femina* Fa. *foemina* G.

64. *duo*] vg. *duae* codd. Id reponendum.

76. *cuiusmodi*] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 293.

79. *plagula*] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 294.

X. 77. *quom et re*] v. Suppl. V. Scr. e C. G. p. 298.

INDICES.

I. SCRIPTORUM ET LIBRORUM POPULORUMQUE NOMINA, QUORUM VERBA A VARRONE REFERUNTUR. ADIECTI SUNT ETIAM ARTIFICES.

Ubi scriptores a Varrone non nominati sunt, sed ex aliis libris intelligi possunt, asteriscum * addidi, ubi scripta, crucis signum †.

Ubi nullus in his Indicibus liber memoratur, quintus intelligitur.

II. VOCABULA QUAE A VARRONE EXPLICANTUR.

Immiscui huic indici Artis vocabula quibus Varro utitur, sed discriminavi ea a caeteris inclinata literarum forma.

III. RES ET VERBA, QUAE IN ANNOTATIONE EXPLICANTUR.

GOTTINGAE,
TYPIS DIETERICHIANIS.

